Così, com'è, l'uomo non è perfetto : è un essere essenzialmente bisognoso d'un restauro, d'una riabilitazione, d'una pienezza, d'una perfezione, d'una felicità. È una vita, che non basta a se stessa ; ha bisogno d'un complemento di Vita, un complemento infinito. Esaltate l'uomo : metterete in evidenza maggiore la sua deficienza, la sua incompletezza, la sua segreta necessità d'essere salvato. Diciamo subito e diciamo tutto : la sua necessità d'un Salvatore.

Sì, bisogno d'un Salvatore ; uomo per unirsi agli uomini, ma nello stesso tempo Dio per portare l'uomo all'altezza, a cui la sua primigenia e sempre immanente concezione, lo destina, l'altezza divina.

A voi, uomini Fratelli, diciamo oggi queste cose fondamentali, affinché le sappiate, le crediate, le viviate. A voi, uomini Fratelli, se siete nel dolore, nella miseria, nella sofferenza, nel peccato; a voi, genti di tutto il mondo, noi ripetiamo, con la letizia della certezza : Fratelli, è nato per noi un Salvatore; il Salvatore; Egli è il Figlio di Maria, è il Figlio di Dio. Si chiama Nostro Signore Gesù Cristo.

Deinde Beatissimus Pater lingua italica, gallica, anglica, germanica, hispanica, graeca, polona, russica, sinensi, vietnamensi et latina cunctis qui Eum audiebant, felicia omina pronuntiavit.

[3] Cfr. Pascal, 434.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Decembris 1973. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sululitanae Exc. P. D. Thomam Guillermum Murphy, C. SS. R., hactenus Episcopum Iuazeiriensem, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Avelar S. R. E. Cardinalis ßrandäo Vilela, Archiepiscopi S. Salvatoris in Brasilia.**

die 11 Ianuarii 197'Jf. — **Cathedrali Ecclesiae Bonfimensi R. D. Iairum Rodericum Matos da Silva, curionem paroeciae Sancti Antonii in ((Jequié », in dioecesi Amargosensi.**

die 15 Ianuarii. — **Titulari, pro hac vice, archiepiscopali Ecclesiae Uppensi Exc. P. D. Sergium Oheso Rivera, hactenus Episcopum Papantlensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Aemilii Abascal Salmerón, Archiepiscopi Ialapensis.**

die 21 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Arecibensi R. P. Michaelem Rodríguez, sodalem Congregationis Sanctissimi Redemptoris.**

II

ALBINGANENSIS
(ALBINGANENSIS - IMPERIAE)

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

In dioecesi Albinganensi urbs Imperia exstat, quae cum sit civilis eiusdem nominis provinciae caput ideoque Magistratuum ac publicorum munerum sedes, hisce temporibus magna incrementa coepit.

Nunc vero Exc.mus P. D. Alexander Piazza, Episcopus Albinganensis, vota quoque cleri atque fidelium exprimes, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut dioecesis Albinganensis aptius Albinganensis-Imperia appellaretur.

Quapropter Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, his omnibus rite perpensis, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Imperiam nomen unit veteri titulo Albinganensi, ita ut posthac dioecesis et Episcopus Albinganensis-Imperiae nuncupari possit ac debeat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 decembris 1973.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

93 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen, *a Secretis*

III

ALBINGANENSIS - IMPERIAE

DECRETUM

De Concathedralis erectione

In dioecesi Albinganensi-Imperia, urbs Imperia, quae civilis eiusdem nominis provinciae caput est, sive fidelium numero sive religionis operibus et incolarum industria prospera suscipit hac nostra aetate incrementa.

Sacra autem Congregatio pro Episcopis, vota excipiens Exc.mi P. D. Alexandri Piazza, Episcopi Albinganensis-Imperiae atque eorum quorum interest, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, templum in eadem urbe exstans, Deo in honorem Sancti Mauritii dicatum, ad dignitatem concathedralis evehendum censuit cum vero id in animarum bonum cessarum merito videatur.

Quapropter praesenti Decreto Sacrae Congregationis pro Episcopis, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae

forent, praefatum templum Sancti Mauritii, ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis evehit, ita ut in eadem ecclesia cathedra episcopalis erigi possit et Episcopus Albinganensis-Imperiae pro tempore, prout ipsi magis expedire videtur, sollemnia quae maluerit pontificalia exercere queat.

Ad haec omnia executioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Alexandrum Piazza eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto ei onere mittendi quam primum ad hanc Sacram Congregationem exemplar peractae executionis actus.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 decembris 1973.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

68 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DIRECTORIUM DE MISSIS CUM PUERIS

INTRODUCTIO

1. Pueros baptizatos, qui adhuc plene initiandi sunt per sacramenta Confirmationis et Eucharistiae, necnon eos, qui recens iam ad sacram Communionem admissi sunt, peculiariter fovere debet Ecclesia. Condiciones enim vitae hodiernae, in quibus pueri adolescunt, profectui eorum spiritali minus favent.[1] Insuper parentes non raro obligationes educationis christianae in Baptismo filiorum suorum susceptas vix implent.

2. Quoad pueros in Ecclesia educandos peculiaris difficultas ex eo oritur, quod celebrationes liturgicae, praesertim eucharisticae, vim innatam paedagogicam[2] in pueros plene exercere non possunt. Quamvis nunc in Missa sermonem patrium adhibere liceat, tamen verba et signa captui puerorum non satis aptata sunt.

Re quidem vera pueri etiam in vita sua cotidiana non semper omnia intellegunt, quae cum adultis experiuntur, quin iis ex hoc taedium oriatur. Inde nec pro liturgia postulari potest ut semper omnia et singula iis intellegibilia esse debeant. Tamen damnum spiritale timendum est, si pueri per annos in Ecclesia iterum iterumque vix comprehensibilia experiantur; recens enim psychologia probavit, quam profunde pueri experientia religiosa infantiae et primae pueritiae formentur vi capacitatis religiosae singularis, qua gaudent.[3]

3. Ecclesia, Magistrum suum secuta, qui parvulos « complexans ... benedicebat » *(Me* 10, 16), pueros hac in condicione constitutos sibimetipsis relinquere nequit. Inde mox post Concilium Vaticanum II, quod iam in Constitutione de sacra Liturgia de necessitate aptatio-

[1] Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale,* n. 5: *A.A.S.* 64 (1972), pp. 101-102.

[2] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 33.

[3] Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale,* n. 78: *A.A.S.* 64 (1972), pp. 146-147.

nis liturgiae ad diversos coetus locutum erat,[4] diligentius, praesertim in prima Synodo Episcoporum anno 1967 Romae habita, coepit considerare, quomodo participatio puerorum in liturgia facilior evadere posset. Explicitis verbis illa occasione oblata Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia dixit agi quidem non posse « de efformando aliquo ritu omnino speciali, sed potius de quibusdam elementis retinendis vel breviandis vel omittendis, de quibusdam textibus magis aptis seligendis ».[5]

4. Postquam per Institutionem generalem Missalis Romani instaurati anno 1969 editam omnia et singula pro celebratione eucharistica cum populo statuta sunt, haec Congregatio, petitionibus ex toto orbe catholico iterum iterumque receptis obsecuta, peculiare Directorium pro Missis cum pueris tamquam supplementum huius Institutionis apparare coepit, cooperantibus viris et mulieribus peritis ex omnibus fere nationibus.

5. Conferentiis Episcoporum aut singulis Episcopis hoc Directorio perinde ac Institutione generali quaedam aptationes reservantur.[6]

Eaedem Conferentiae aptationes Missae pro pueris in sua dicione forte necessarias, quippe quae Directorio generali contineri nequeant, iuxta art. 40 Constitutionis de sacra Liturgia, Apostolicae Sedi proponant, de ipsius consensu introducendas.

6. Directorium prae oculis habet pueros, qui nondum in aetatem quam vocant prae-adulescentiam, intraverunt. Per se non loquitur de pueris sive corporaliter sive mentaliter impeditis, quia non raro pro iis largior aptatio necessaria est ;[7] tamen normae, quae sequuntur, mutatis rebus mutandis, iis etiam applicari possunt.

7. In primo capite Directorii (nn. 8-15) quasi fundamentum ponitur, ubi disseritur de multimoda puerorum manuductione versus liturgiam eucharisticam ; alterum caput breviter tractat de Missis cum

[4] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 38; cfr. etiam S. Congr. pro Cultu Divino, Instructio *Actio pastoralis,* 15 maii 1969: *A.A.S.* 61 (1969), pp. 806-811.

[5] De Liturgia in prima Synodo Episcoporum: *Notitiae* 3 (1967), p. 368.

[6] Cfr. infra nn. 19, 32, 33.

[7] Cfr. Ordinem Missae cum pueris surdis mutisque regionis linguae germanicae, die 26 iunii 1970 ab hac Congregatione probatum seu confirmatum (Prot. n. 1546/70).

adultis (nn. 16-19), quas etiam pueri participant; tertium demum caput (nn. 20-54) fusius agit de Missis cum pueris, quas nonnulli tantum adulti participant.

CAPUT I

DE MANUDUCTIONE PUERORUM VERSUS CELEBRATIONEM EUCHARISTICAM

8. Cum vita plene christiana cogitari nequeat sine participatione actionum liturgicarum, in quibus a fidelibus in unum congregatis mysterium paschale celebratur, initiatio religiosa puerorum ab hoc fine aliena esse non debet.[8] Ecclesia, quae infantes baptizat, eonfisa donis hoc sacramento collatis, curare debet, ut baptizati crescant in communione cum Christo et fratribus, cuius communionis signum et pignus est participatio mensae eucharisticae, ad quam pueri praeparantur vel in cuius significationem profundius introducuntur. Quam formationem liturgicam et eucharisticam separare non licet ab educatione universali et humana et christiana; immo nocivum esset, si formatio liturgica tali fundamento careret.

9. Inde omnes, ad quos spectat pueros instituere, unitis viribus et collatis consiliis ad id tendant, ut illi, etsi aliqualem iam sensum Dei rerumque divinarum habent, iuxta aetatem et progressionem personalem experiantur etiam valores humanos, qui celebrationi eucharisticae insident, uti sunt actio communitaria, salutatio, capacitas auscultandi necnon veniam petendi et tribuendi, expressio grati animi, experientia actionum symbolicarum, convivii amicalis, celebrationis festivae.[9]

Catecheseos eucharisticae, de qua in n. 12, erit tales valores humanos ita excolere, ut pueri gradatim iuxta aetatem et condiciones psychologicas et sociales animos aperiant ad valores christianos percipiendos et ad mysterium Christi celebrandum.[10]

10. Maximam partem in his valoribus humanis et christianis inculcandis habet familia christiana.[11] Inde institutio christiana, quae pa-

[8] **Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia** ***Sacrosanctum Concilium,*** **nn. 14, 19.**

[9] **Cfr. S. Congr. pro Clericis,** ***Directorium catechisticum generale,*** **n. 25: A.A.S. 64 (1972), p. 114.**

[10] **Cfr. Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana** ***Gravissimum educationis,*** **n. 2.**

[11] **Cfr. ibid., n. 3.**

rentibus praebetur vel aliis personis, quibus incumbit educatio, etiam ratione habita formationis liturgicae puerorum valde fovenda est.

Vi conscientiae officii in Baptismo infantium suorum libere accepti parentes obligatione tenentur pueros gradatim docendi orare, cum iis cotidie comprecantes eosque ad preces privatim fundendas manuducentes.[12] Si pueri ita praeparati iam a teneris annis, quandocumque id desiderant, una cum familia Missam participant, facilius incipient in communitate liturgica cantare et orare, immo quodammodo iam praesentient mysterium eucharisticum.

Si autem parentes in fide debiliores sunt et tamen institutionem christianam puerorum desiderant, saltem invitentur ad valores humanos, de quibus supra, cum pueris communicandos et, occasione data, ad partem habendam in coetibus parentum et in celebrationibus non eucharisticis, quae cum pueris fiunt.

11. Insuper communitates christianae, ad quas singulae familiae pertinent vel in quibus pueri vivunt, officio devinciuntur circa pueros in Ecclesia baptizatos. Communitas christiana testimonium Evangelii praebens, fraternam caritatem vivens, mysteria Christi actuose celebrans optima schola est institutionis christianae et liturgicae pro pueris, qui in ea vivunt.

Intra communitatem christianam, patrini vel aliae personae navitate spectatae, impetu apostolico motae, familiis, quae partem suam in educatione christiana vix implent, magnum possunt afferre adiumentum ad pueros debite catechizandos.

Peculiariter iisdem finibus inserviunt « prae-scholae » et scholae catholicae necnon varii coetus puerorum.

12. Quamvis ipsa liturgia vim sibi propriam eruditionis[13] etiam in pueros semper exerceat, debitum momentum meretur intra institutionem catecheticam et scholarem et paroecialem catechesis de Missa,[14] conducens ad eius actuosam, consciam et genuinam partici-

[12] Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale,* n. 78: *A.A.S.* 64 (1972), p. 147.

[13] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de g. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 33.

[14] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 14: *A.A.S.* 59 (1967), p. 550.

pationem.[15] Talis catechesis ((puerorum aetati et ingenio sane accommodata eo tendere debet, ut per praecipuos ritus et preces tradatur Missae significatio, etiam ad vitae Ecclesiae participationem quod attinet »;[16] hoc praesertim dicendum est de textibus ipsius Precis eucharisticae et de acclamationibus, quibus hanc pueri participant.

Peculiari mentione digna est illa catechesis, qua pueri ad primam Communionem praeparantur. In ea non tantum discant, quae sint veritates fidei circa Eucharistiam, sed quomodo deinceps, pro modulo suo paenitentia praeparati, plene corpori Christi inserti actuose cum populo Dei Eucharistiam participare possint, partem habentes in mensa Domini et in communitate fratrum.

13. Magnam partem in formatione liturgica puerorum et in eorum praeparatione ad vitam liturgicam Ecclesiae habere possunt etiam celebrationes varii generis, quibus pueri quaedam elementa liturgica vi ipsius celebrationis facilius percipiunt, uti sunt salutatio, silentium, laus communis, praesertim ea quae fit cantu communi. Caveatur tamen, ne celebrationes huiusmodi indolem nimis didacticam induant.

14. Magis magisque in his celebrationibus iuxta captum puerorum verbum Dei locum obtineat. Immo crescente capacitate spiritali sat frequenter cum iis habeantur sacrae verbi Dei celebrationes proprie dictae, praesertim tempore Adventus et Quadragesimae.[17] Quae celebrationes aestimationem verbi Dei apud pueros magnopere fovere possunt.

15. Omnis institutio liturgica et eucharistica, salvis iis, quae dicta sunt, semper ad id tendere debet, ut vita cotidiana puerorum in dies magis Evangelio respondeat.

[15] Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale,* n. 25: *A.A.S.* 64 (1972), p. 114.

[16] S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 14: *A.A.S.* 59 (1967), p. 550; cfr. etiam S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale,* n. 57: *A.A.S.* 64 (1972), p. 131.

[17] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 35, 4.

CAPUT II

DE MISSIS CUM ADULTIS, QUAS ETIAM PUERI PARTICIPANT

16. In multis locis, imprimis diebus dominicis et festis, Missae paroeciales celebrantur, quas simul cum magno numero adultorum non pauci pueri participant. In his Missis testimonium fidelium adultorum magnum effectum habere potest apud pueros. Sed et adulti ex eo, quod in tali celebratione experiuntur partem, quam pueri in communitate christiana habent, emolumentum spiritale capiunt. Spiritus christianus familiarum magnopere fovetur, si pueri tales Missas simul cum parentibus et aliis membris familiae participant.

Ipsi infantes, qui Missam participare adhuc nequeunt vel nolunt, in fine Missae adduci possunt, simul cum communitate benedicendi, postquam v. gr. adiutrices quaedam paroeciales eos inter Missam in loco separato custodierunt.

17. Tamen in Missis huius generis sedulo cavendum est, ne pueri se neglectos sentiant propter incapacitatem participandi et intellegendi ea, quae in celebratione aguntur et proclamantur. Aliquo saltem modo ratio habeatur eorum praesentiae, v. gr. alloquendo eos peculiariter in monitionibus (v. gr. in initio et in fine Missae) et in aliqua parte homiliae.

Immo fortasse aliquando, si condicio locorum et personarum id permittit, opportunum erit liturgiam verbi cum homilia in aliquo loco separato, sed non nimis distante cum pueris celebrare, qui, antequam liturgia eucharistica incipiat, introducuntur in locum, ubi adulti interim propriam liturgiam verbi celebraverunt.

18. Valde utile esse potest in his Missis quaedam pueris ofiicia concredere; possunt v. gr. afferre dona, unum alterumve ex cantibus Missae exsequi.

19. Interdum huiusmodi Missa, si numerus puerorum notabilis est, opportune ita ordinetur, ut etiam magis puerorum postulatis satisfaciat. Tunc homilia ad pueros dirigatur, ita tamen ut etiam adulti ex ea fructum capere possint. Praeter aptationes in ipso Ordine Missae iam exstantes una aliave ex aptationibus peculiaribus infra descriptis, in Missa cum adultis, quam etiam pueri participant, adhiberi potest, ubicumque Episcopus id permiserit.

CAPUT III

DE MISSIS CUM PUERIS, QUAS NONNULLI TANTUM ADULTI PARTICIPANT

20. Praeter Missas, quae a pueris una cum parentibus et aliis familiae membris participantur, quaeque nec semper nec ubique fieri possunt, commendantur, praesertim infra hebdomadam, Missae cum solis pueris celebrandae, nonnullis tantum adultis participantibus. In his Missis quasdam aptationes necessarias esse ab initio instaurationis liturgicae omnibus persuasum est.[18]

De quibus aptationibus, et quidem generalioribus tantum, infra (nn. 38-54) sermo erit.

21. Semper prae oculis habendum est tales celebrationes eucharisticas pueros versus Missas adultorum manuducere debere, praesertim eas, ad quas communitas christiana in dominicis convenire debet.[19] Inde, salvis aptationibus quoad aetatem necessariis, non perveniatur ad ritus omnino speciales,[20] qui nimis differant ab Ordine Missae cum populo celebrandae. Finis variorum elementorum semper iis respondere debet, quae in Institutione generali Missalis Romani de singulis dicta sunt, etiamsi aliquando propter rationes pastorales *identitas* absoluta inculcari nequit.

DE OFFICIIS ET MINISTERIIS IN CELEBRATIONE

22. Principia actuosae et consciae participationis quodammodo a fortiori valent, si Missae cum pueris celebrantur. Inde curetur, ut omnia fiant ad talem participationem augendam et impensiorem reddendam. Hanc ob rem quam plurimi pueri partes speciales in celebratione agant; cuius modi hae sunt: locum et altare apparare (cfr. n. 29), munere cantoris fungi (cfr. n. 24), in choro cantare, musicam instrumentis exsequi (cfr. n. 32), lectiones proferre (cfr. nn. 24 et 47), respondere infra homiliam (cfr. n. 48), intentiones orationis universalis reci-

[18] Cfr. supra, n. 3.
[19] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* nn. 42 et 106.
[20] Cfr. De Liturgia in prima Synodo Episcoporum: *Notitiae* 3 (1967), p. 368.

tare, dona ad altare afferre necnon similes hisce actiones facere iuxta consuetudines diversorum populorum (cfr. n. 34).

Ad participationem fovendam aliquando iuvabunt etiam quaedam additiones, v. gr. insertio causarum ad gratias agendas, antequam sacerdos dialogum Praefationis incipiat.

In his omnibus prae oculis habeatur actiones externas sine fructu manere, immo nocivas esse, nisi internae participationi puerorum inserviant. Quapropter sacrum silentium etiam in Missis cum pueris suum momentum habet (cfr. n. 37). Magna cum diligentia attendatur, ne pueri obliviscantur omnes participationis formas culmen suum obtinere in Communione eucharistica, in qua Corpus et Sanguis Christi ut cibus spiritalis accipiuntur.[21]

23. Sacerdoti Missam cum pueris celebranti cordi sit reddere celebrationem festivam, fraternam, meditativam;[22] magis enim quam in Missis cum adultis haec animorum dispositio in celebratione a sacerdote efficiatur. Pendet ex eius praeparatione personali necnon ex eius modo cum aliis sese gerendi et loquendi.

Dignitati, claritati et simplicitati gestuum apprime consulat. Alloquens pueros ita se exprimat, ut facile intellegi possit, vitata tamen quavis forma nimis puerili.

Monitiones libere proferendae[23] pueros conducant ad genuinam participationem liturgicam nec sint explanationes mere didacticae.

Ad corda puerorum movenda iuvabit, si eos sacerdos quandocumque propriis verbis invitaverit, v. gr. ad actum paenitentialem, ad orationem super oblata, ad orationem dominicam, ad pacem dandam, ad Communionem.

24. Cum Eucharistia semper sit actio totius communitatis ecclesialis, optanda est participatio saltem nonnullorum adultorum, qui non tamquam vigilantes, sed tamquam comprecantes Missam participent et pueros, quatenus necessarium est, adiuvent.

Nil impedit, quin unus ex his adultis, qui cum pueris Missam participant, annuente parocho vel rectore Ecclesiae, post Evangelium verba ad pueros dirigat, praesertim si sacerdos difficulter tantum mentis

[21] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 56.

[22] Cfr. infra n. 37.

[23] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 11.

habitui puerorum sese aptat. Qua in re serventur normae proxime edendae a S. Congregatione pro Clericis.

Etiam in Missis cum pueris diversitas ministeriorum foveatur, ut celebratio tamquam communitaria appareat;[24] adhibeantur, ex. gr., lectores et cantores sive ex pueris sive ex adultis. Ita varietate vocum taedium vitabitur.

DE LOCO ET TEMPORE CELEBRATIONIS

25. Locus primarius celebrationis eucharisticae cum pueris est ecclesia, in qua tamen, si praesto est, diligenter seligatur spatium, quod numero participantium respondeat et in quo libere se gerere possint pueri iuxta postulata liturgiae vivae aetati eorum congruae.

Si autem ecclesia his postulatis non respondeat, opportunum erit interdum extra locum sacrum cum pueris Eucharistiam celebrare, sed tunc locus sit aptus tantaque celebratione dignus.[25]

26. Pro Missis cum pueris illud tempus diei seligatur, quod melius convenit circumstantiis, in quibus vivunt, ita ut quam maxime aperti sint ad verbum Dei audiendum et ad Eucharistiam celebrandam.

27. Missa infra hebdomadam a pueris participanda certe cum maiore fructu et minore periculo taedii celebrari potest, si (ex. gr. in collegiis, in quibus pueri simul vivunt) non cotidie ut; **insuper diligentius praeparari potest, si longius spatium temporis inter varias celebrationes intercedit.**

Interdum praeferenda est communis precatio, ad quam pueri etiam sponte conferre possunt, vel communis meditatio vel sacra verbi Dei celebratio, quae priores celebrationes eucharisticas continuat et ad posteriores profundius participandas valet.

28. Quandocumque numerus puerorum, qui simul Eucharistiam celebrant, nimius est, participatio attenta et conscia difficilior evadit. Itaque, si fieri potest, plures coetus efficiantur, qui non rigide iuxta aetatem, sed attenta formationis religiosae progressione et praeparatione catechetica constituantur.

Infra hebdomadam autem tales coetus opportune diebus diversis ad sacrificium Missae invitentur.

[24] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 28.
[25] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 253.

DE PRAEPARATIONE CELEBRATIONIS

29. Sedulo et tempestive quaevis celebratio eucharistica cum pueris praeparetur, praesertim quoad orationes, cantus, lectiones, intentiones orationis universalis, collatis consiliis cum adultis et cum pueris, qui ministerium peculiare in his Missis exercent. In apparando et ornando loco celebrationis necnon in praeparandis calice cum patena et urceolis, si fieri potest, aliqui ex pueris partem habeant. Salva congrua participatione interiore, etiam tales actiones fovendo sensui communitariae celebrationis inservire possunt.

DE CANTU ET MUSICA

30. Cantus, si magni fieri debet in omnibus celebrationibus, praesertim in Missis cum pueris celebrandis propter eorum affinitatem peculiarem ad musicam, attentis ingenio diversorum populorum et capacitate puerorum praesentium propria, omnimode fovendus est.[26]

Ubi fieri potest, acclamationes, praesertim eae, quae ad Precem eucharisticam pertinent, a pueris potius cantentur quam recitentur.

31. Ad faciliorem reddendam participationem puerorum in cantibus « Gloria », « Credo », « Sanctus » et <(Agnus Dei » adhibere licet cum modis musicis aptas interpretationes populares ab auctoritate competenti receptas, etiamsi in omnibus cum textibus liturgicis non concordent.[27]

32. Etiam in Missis cum pueris « musica instrumenta magnam utilitatem ... afferre possunt»,[28] praesertim si ab ipsis pueris adhibentur. Inserviunt enim vel cantui, quem sustentant, vel meditationi puerorum, quam nutriunt; interdum gaudium festivum et laudem Dei modo suo exprimunt.

Sedulo semper caveatur, ne musica cantui praeponderet vel apud pueros potius distractionem quam aedificationem gignat; respondeat oportet fini, qui singulis temporis spatiis, quibus inter Missam musica editur, propositus est.

[26] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 19.

[27] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram,* 5 martii 1967, n. 55: *A.A.S.* 59 (1967), p. 316.

[28] Ibid, n. 62: *A.A.S.* 59 (1967), p. 318.

Sub iisdem cautelis et cum debita circumspectione ac peculiari discretione etiam musica technice effecta in Missa cum pueris adhiberi potest, iuxta normas a Conferentiis Episcoporum statutas.

DE GESTIBUS

33. Ratione habita naturae liturgiae tamquam actionis totius hominis et psychologiae puerorum, participatio per gestus et habitus corporis in Missis cum pueris magnopere fovenda est, iuxta aetatem et locorum consuetudinem. Multum pendet non tantum e gestibus sacerdotis,[29] sed etiam e modo, quo tota communitas puerorum se gerit.

Si qua Conferentia Episcoporum iuxta normam Institutionis generalis Missalis Romani gestus, qui in Missa occurrunt, ingenio populi aptat,[30] respectum habeat etiam condicionis peculiaris puerorum, vel pro pueris tantum tales aptationes determinet.

34. Inter actiones, quae gestibus adnumerantur, peculiari mentione dignae sunt processiones et aliae actiones participationem corporis secumferentes.

Ingressus processionalis puerorum cum sacerdote celebrante iuvare potest, quo melius sentiatur communionem tunc constitui;[31] participatio saltem aliquorum puerorum in processione cum Evangelio clarius patefacit praesentiam Christi, verbum populo suo annuntiantis; processio puerorum cum calice et donis vim et sensum praeparationis donorum manifestius exprimit; processio ad communionem debite ordinata multum iuvat ad pietatem puerorum fovendam.

DE ELEMENTIS VISUALIBUS

35. Ipsa liturgia Missae multa elementa visualia continet, quibus apud pueros maximum momentum tribuendum est; quod dicendum est praesertim de elementis visualibus peculiaribus in decursu anni liturgici, uti sunt adoratio crucis, cereus paschalis, lumina in festo Praesentationis Domini, diversitas colorum et ornamentorum liturgicorum.

Praeter illa elementa visualia ipsi celebrationi atque loco celebrationis inhaerentia alia opportune introducantur, quae pueris permit-

[25] Cfr. supra, n. 23.

[30] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 21.

[31] Cfr. ibid., n. 24.

tant magnalia Dei in creatione et redemptione perpetrata oculis percipere et ope visus precationem suffulciunt. Numquam liturgia appareat tamquam res arida et mere ad cogitationes pertinens.

36. Eadem de causa usus etiam imaginum ab ipsis pueris praeparatarum utilis esse potest, v. gr. ad homiliam illustrandam, ad intentiones orationis universalis visibiliter demonstrandas, ad meditationem inspirandam.

DE SILENTIO

37. Etiam in Missis cum pueris « silentium, tamquam pars celebrationis, suo tempore est servandum »,[32] ne nimia pars tribuatur actioni externae; nam etiam pueri pro modulo suo meditationis sunt revera capaces. Tamen quadam manuductione indigent, ut discant iuxta momenta diversa (v. gr. post Communionem[33] vel etiam post homiliam) ad seipsos converti vel breviter meditari vel in corde suo Deum laudare et orare.[34]

Insuper curandum est — et quidem diligentius quam in Missis cum adultis — ut textus liturgici sine festinatione et intellegibiliter proferantur, debitis pausis interiectis.

DE PARTIBUS MISSAE

38. Salva semper structura generali Missae, quae ((duabus partibus quodammodo constat, liturgia nempe verbi et eucharistica », necnon quibusdam ritibus celebrationem aperientibus et concludentibus,[35] intra singulas partes celebrationis sequentes aptationes necessariae videntur, ut pueri reapse ((fidei mysterium ... per ritus et preces »[36] secundum leges psychologicas pueritiae more suo experiantur.

39. Ne differentia inter Missas cum pueris et Missas cum adultis nimia evadat,[37] aliqui ritus et textus pueris numquam aptentur, uti

[32] *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 23.

[33] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium,* 25 maii 1967, n. 38: *A.A.S.* 59 (1967), p. 562.

[34] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 23.

[35] Ibid., n. 8.

[36] Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 48.

[37] Cfr. supra, n. 21.

((acclamationes et responsiones fidelium salutationibus sacerdotis)),[38] oratio dominica, formula trinitaria in fine benedictionis, qua sacerdos Missam concludit. Suadetur etiam, ut pueri paulatim — salvo usu Symboli Apostolorum, de quo in n. 49 — assuefiant Symbolo Mcaeno-Constantinopolitano.

a) *De ritu initiali.*

40. Cum ritus initialis in Missa eo spectet, « ut fideles in unum convenientes communionem constituant et recte ad verbum Dei audiendum digneque Eucharistiam celebrandam sese disponant »,[39] curandum est, ut illa dispositio in pueris oriatur nec periclitetur nimietate rituum, qui hic proponuntur.

Inde aliquando licet unum alterumve elementum ritus initialis omittere, aliud autem forsan magis amplificare. Semper adsit saltem aliquod elementum introductorium, quod per collectam concluditur. In electione singulorum elementorum attendatur, ut unumquodque elementum tempore suo appareat nullumque penitus neglegatur.

b) *De lectione verbi Dei eiusque explanatione.*

41. Cum lectiones e Sacra Scriptura desumptae ((partem praecipuam liturgiae verbi » constituant,[40] etiam in Missis cum pueris celebrandis numquam desit lectio biblica.

42. Quod vero attinet ad numerum lectionum in dominicis et festis, servanda sunt decreta Conferentiarum Episcopalium. Si tres vel duae lectiones in dominicis vel feriis praestitutae difficulter tantum a pueris intellegi possunt, licet duas vel unam tantum ex iis legere; numquam tamen desit lectio ex Evangelio desumpta.

43. Si omnes lectiones diei assignatae captui puerorum minus convenire videntur, licet lectiones seu lectionem seligere vel e Lectionario Missalis Romani vel immediate ex Bibliis, attentis tamen temporibus liturgicis. Suadetur autem, ut singulae Conferentiae Episcoporum Lectionaria pro Missis cum pueris conficienda curent.

[38] *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 15.
[39] Ibid., n. 24.
[40] Ibid., n. 33.

Si propter captum puerorum necessarium videtur unum alterumve versiculum lectionis biblicae omittere, hoc caute fiat et ita, « ne sensus textus aut mens et quasi stilus Scripturae mutilen tur ».[41]

44. In seligendis lectionibus criterium sumatur a qualitate potius quam a quantitate textus Sacrae Scripturae. Non semper et per se lectio brevior pueris aptior est quam alia protracta. Omnia pendent ex utilitate spiritali, quam lectio pueris praebere potest.

45. Quia in ipso textu biblico « Deus populum suum alloquitur ... et ipse Christus per verbum suum in medio fidelium praesens adest »,[42] vitentur paraphrases Sacrae Scripturae. Commendatur tamen usus versionum, quae, ab auctoritate competenti admissae, pro catechesi puerorum forsitan iam exstent.

46. Inter lectiones cantentur vel versiculi psalmorum iuxta intellegentiam puerorum diligenter selecti vel canticum in modum psalmorum vel ((Alleluia » cum versu simplici. Semper autem in his cantibus pueri partem habeant. Nil impedit, quin interdum silentium meditativum pro cantu substituatur.

Si unica tantum lectio seligitur, cantus edi potest post homiliam.

47. Ut pueri lectiones biblicas suas faciant et dignitatem verbi Dei in dies magis dignoscant, magni aestimanda sunt omnia elementa, quae interpretationi lectionum inserviunt.

Inter quae elementa admonitiones enumerandae sunt, quae lectiones praecedunt[43] et pueros ad bene et fructuose audiendum excitant, vel contextum explicando vel ad ipsum textum conducendo. In Missa de Sancto diei ad ea interpretanda et illustranda, quae ex Sacra Scriptura proferuntur, aliquid ex eius vita narrari potest non tantum in homilia, sed etiam ante lectiones biblicas in modum admonitionis.

Ubi textus lectionis id suadet, utile esse potest ut ipsi pueri eum distributis partibus legant, quemadmodum pro lectione Passionis Domini in Hebdomada Sancta statutum est.

[41] Missale Romanum, *Lectionarium I,* De Ordine lectionum Missae, Praenotanda generalia, n. 7 d.

[42] *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 33.

[43] Cfr. ibid., n. 11.

48. In omnibus Missis cum pueris magnum momentum homiliae tribuendum est, qua verbum Dei explanatur. Homilia pueris destinata interdum in dialogum cum iis transibit, nisi praeferatur, ut in silentio auscultent.

49. Si Symbolum in fine liturgiae verbi occurrit, apud pueros sumi potest Symbolum Apostolicum, quippe quod inest eorum institutioni catecheticae.

c) *De orationibus praesidentialibus.*

50. Ut sacerdos in orationibus praesidentialibus pueros revera sibi sociare possit, licet ei textus pueris aptiores e Missali Romano seligere, attento tamen tempore liturgico.

51. Interdum principium selectionis non sufficiet, ut pueri orationes considerare possint tamquam expressionem vitae propriae et suae experientiae religiosae,[44] cum orationes compositae sint pro fidelibus adultis. In hoc casu nil impedit, quin textus orationum Missalis Romani necessitatibus puerorum aptentur, ita tamen, ut, fine et quodammodo etiam substantia servatis, omnia vitentur, quae a genere litterario orationis praesidentialis aliena sunt, uti adhortationes de moribus et modus loquendi nimis puerilis.

52. Summum momentum in Eucharistia cum pueris celebranda competit Preci eucharisticae, quae est culmen totius celebrationis.[45] Multum pendet e modo, quo haec Prex a sacerdote profertur[46] atque a pueris auscultando et acclamando participatur.

Ipsa animorum dispositio, quae in hoc centro celebrationis requiritur, tranquillitas et reverentia, quibus omnia fiunt, pueros maxime attentos reddere debent ad praesentiam realem Christi in altari sub speciebus panis et vini, ad eius oblationem, ad gratiarum actionem per ipsum et cum ipso et in ipso necnon ad oblationem Ecclesiae, quae tunc fit et qua fideles semetipsos et vitam suam cum Christo Patri aeterno offerunt in Spiritu Sancto.

[44] Cfr. Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, *Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple,* 25 ianuarii 1969, n. 20: *Notitiae* 5 (1969), p. 7.

[45] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 54.

[46] Cfr. supra, nn. 28 et 37.

Adhibendae sunt interim quattuor Preces ab auctoritate suprema pro Missis cum adultis approbatae et in usum liturgicum inductae, donec Apostolica Sedes pro Missis cum pueris aliter provideat.

d) *De ritibus ante Communionem.*

53. Prece eucharistica finita, semper sequantur oratio dominica, fractio panis et invitatio ad Communionem,[47] quia his elementis maximum momentum competit in structura huius partis Missae.

e) *De Communione et de ritibus, qui eam sequuntur.*

54. Omnia fiant, ut pueri apte dispositi, qui ad Eucharistiam iam admissi sunt, tranquille et cum recollectione animi ad sacram mensam accedant, ut plene participent mysterium eucharisticum. Ubi fieri potest inter processionem Communionis edatur cantus pueris accommodatus.[48]

Monitio praecedens benedictionem finalem[49] in Missis cum pueris magni momenti est, quia hi indigent, antequam dimittantur, quadam repetitione et applicatione eorum, quae audierunt, brevissimis tamen verbis enuntiata. Praesertim hoc loco opportune patefiat nexus inter liturgiam et vitam.

Saltem interdum pro temporibus liturgicis ac diversis in vita puerorum momentis, sacerdos adhibeat formas ditiores benedictionis, retenta semper formula trinitaria cum signo crucis in fine.[50]

* * *

55. Omnia, quae hoc Directorio continentur, ad hoc tendunt, ut pueri expedite et cum gaudio in celebratione Eucharistiae possint simul occurrere Christo et cum eo astare coram Patre.[51] Conscia et actuosa

[47] Cfr. supra, n. 23.

[48] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram,* 5 martii 1967, n. 32: *A.A.S.* 59 (1967), p. 309.

[49] Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani,* n. 11.

[50] Cfr. supra, n. 39.

[51] Cfr. Missale Romanum, Prex eucharistica II.

participatione sacrificii et convivii eucharistici formati, de die in diem magis discant domi et extra domum, inter familiares et aequales Christum annuntiare, vivendo fidem, « quae per caritatem operatur)) *(Gal* 5, 6).

Hoc Directorium, a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparatum, Summus Pontifex Paulus VI die 22 octobris 1973 approbavit et confirmavit idemque publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 1 novembris 1973, in sollemnitate Omnium Sanctorum.

DE SPECIALI MANDATO SUMMI PONTIFICIS.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

® H. BUGNINI
Archiep. tit. Diocletianen.
a Secretis

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì **13** Dicembre **1973,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza ring. **GUSTAVO ADOLFO GUERRERO,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di El Salvador.

Giovedì **20** Dicembre **1973,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **IGNACE KARUHIJE**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Rwanda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Paolo VI, approvando la votazione fatta dagli E.mi Car dinali Vescovi titolari delle Chiese Suburbicarie, ha nominato:

7 gennaio 1974. S. E. il Sig. Cardinale Traglia Luigi, del titolo della Chiesa Suburbicaria di Albano, ***Decano del Sacro Collegio.***

» » » S. E. il Sig. Cardinale Confalonieri Carlo, del titolo della Chiesa Suburbicaria di Palestrina, ***Sotto-Decano del Sacro Collegio.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

10 gennaio 1974. S. E. Mons. Rotoli Ippolito, Arcivescovo tit. di Tibiuca, ***Pro-Nunzio Apostolico in Giappone.***

25 » » S. E. il Sig. Cardinale Saniore Antonio, ***Bibliotecario e Archivista di Santa Romana Chiesa.***

» » » S. E. il Sig. Cardinale Knox James Robert, Arcivescovo di Melbourne, ***Prefetto della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.***

» » » S. E. il Sig. Cardinale Knox James Robert, Arcivescovo di Melbourne, ***Prefetto della Sacra Congregazione per il Culto Divino.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

2 gennaio 1974. S. E. Mons. Palenzuela Velázquez Antonio, Vescovo di Segovia, ***Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.***
3 » » Mons. Gremillon Ioseph, ***Membro della Pontificia Commissione «Iustitia et Paxy>.***
14 » » Prof. Cousins Ewert, ***Consultore del Segretariato per i Non Cristiani.***
21 » » S. E. il Signor Cardinale Vagnozzi Egidio, ***Membro della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.***
» » » S. E. Mons. Mauro Antonio, Arcivescovo tit. di Tagaste, ***Consultore della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.***

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 maggio 1973. Al sig. Maissan Gerardo Giuseppe (Haarlem).
» » Al sig. Claes Michele Giuseppe (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. De Lentdecker Luigi Enrico (Mechelen-Brussel).
» Al sig. De Witte Karel (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. Falque Andrea Emilio Roberto (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. Gyselink Andrea (Mechelen-Brussel).
» » » Al sig. Rock Roberto (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. Van Impe Gastone Giuseppe (Mechelen-Brussel).
9 luglio » Al sig. Mercelot Guglielmo Gustavo (Gent).
» Al sig. Cabus Walter Pieter M. (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. Clement Enrico Renato Leopoldo (Mechelen-Brussel).
14 settembre » Al sig. Brügemann Giuliano Maria Gerardo (Haarlem).
18 » » Al sig. Streng Guglielmo (Rotterdam).
» » » Al sig. Spauwen Arnoldo Giuseppe Uberto (Roermond).
» » » Al sig. Van-Asten Cornelio Francesco Maria ('s-Hertogenbosch).
» » Al sig. Heerink Reiner J. M. (Utrecht).
9 ottobre Al sig. Adani Adelmo (Reggio Emilia).

NECROLOGIO

31 dicembre 1973. Mons. Dereere Victor Vincent, Vescovo tit. di Ibora.
8 gennaio 1974. Mons. Dempsey Michael Ryan, Vescovo tit. di Tronto.

An. et vol. LXVI 28 Februarii 1974 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria sexta, die xxi mensis Decembris, in Aula Consistoriali Palatii Apostolici Vaticani habitum est *Consistorium Secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Magna cum animi delectatione vos hic hodie coram adspicimus, dilectissimi Nobis Cardinales, quos amantibus verbis, benevolentiae et existimationis Nostrae testibus, cupimus salutare.

Ut vobis plane in comperto est, ea de causa ad hoc Consistorium participandum vos arcessivimus, ut nempe mens vestra Nobis innotescat de maximi momenti quaestionibus, quae ad religionis bonum magnopere conferunt. Scilicet vobis sententia proferenda est, utrum constet de miraculis, quae proposita sunt ad canonizationem impetrandam beatae Theresiae a Iesu Jornet Ibars, Virginis, Conditricis Instituti Parvarum Sororum Senum Derelictorum.

Antequam autem ad hanc causam tractandam procedatur, postulat ordo rerum agendarum in hodierno Consistorio ser-

vandus, ut opportunam hanc nacti occasionem, nuntium demus de Ecclesiis vacantibus, quibus Nobis providere mens est, ac simul vos certiores facere de Ecclesiis, quibus iam provisum est.

II - OPTIO

Postea Reverendissimus Cardinalis Sebastianus Raggio, dimisso Titulo Ss. Angelorum Custodum in regione vulgo « Città Giardino », opta vit titulum S. Sebastiani ad Catacumbas.

III - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde, Beatissimus Pater sequentes proposuit Ecclesias :

Metropolitanae Ecclesiae Barensi praefecit R. P. Anastasium a Ss.mo Rosario, ex Ordine Fratrum Discalceatorum B. Mariae V. de Monte Carmelo, in saeculo Albertum Ballestrero.

Cathedrali Ecclesiae Calatanisiadensi R. D. Alfredum Garsia, archidioecesis Syracusanae Vicarium episcopalem.

Cathedralibus Ecclesiis Alatrinae et Anagninae Ex. P. D. Humbertum Florenzani, Episcopum Ferentinum.

Cathedralibus Ecclesiis Verulanae-Frusinatensi et Ferentinae Ex. P. D. Michaelem Federici, Archiepiscopum S. Severinae.

Archiepiscopali Ecclesiae S. Severinae et cathedralibus Ecclesiis Crotonensi et Cariatemi R. D. Iosephum Agostino, archidioecesis Rheginensis Vicarium generalem.

Cathedrali Ecclesiae Angelopolitanae Ex. P. D. Stanislaum Amadeum Kreutz, Episcopum titulo Maronanensem.

Cathedrali Ecclesiae Sciiamchiamensi Ex. P. D. Petrum Wang-Kei Lei, Episcopum titularem Octabensem.

Cathedrali Ecclesiae Ootacammndensi R. D. Iacobum Masilamony Aruldas, seminarii S. Petri archidioecesis Bangalorensis moderatorem.

Cathedrali Ecclesiae Nuakchottensi R. P. Robertum de Chevigny, Congregationis S. Spiritus sodalem, seminarii maioris archidioecesis Dakarensis moderatorem.

Praeterea Beatissimus Pater assignavit titulum Ecclesiae suburbicariae Veliternae E.mo P. D. Hildebrando S. R. E. Cardinali Antoniutti.

Postea, Summus Pontifex Sacrorum Antistites a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renuntiatos publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS

BangJcoJcensem, **Michaelem Michai Kitbunchu.**

Pondicheriensem et Cuddalorensem, **Venmani S. Selvanather, hactenus Episcopum Salemensem.**

Aemoniensem, **Ecclesia « pro hac vice » ad Archiepiscopalem evecta, Maximinum Romero de Lema, Sacrae Congregationis pro Clericis a Secretis, hactenus Episcopum Abulensem.**

Lucensem, **Iulianum Agresti, hactenus Archiepiscopum Spoletanum atque Episcopum Nursinum.**

Fortalexiensem, **Aloisium Lorscheider, hactenus Episcopum Angelopolitanum.**

Gomp.ostellanum, **Angelum Suquia Goicoechea, hactenus Episcopum Malacitanum.**

Lagosensem, **Antonium Okogie, hactenus Episcopum titularem Masculitanum.**

Calaritanum, **Iosephum Bonfiglioli, hactenus Archiepiscopum Syracusanum.**

Equiliensem, **Ecclesia « pro hac vice » ad Archiepiscopalem evecta, Miltonium Correa Pereira, Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Ioannis de Souza Lima, Archiepiscopi Manaënsis, hactenus Episcopum Garanhunensem.**

Sancti Germani, **Iosephum Aegidium Ouellet, hactenus Episcopum Gaspesiensem.**

Aquilanum, **Carolum Martini, hactenus Archiepiscopum titularem Abaritanum et Delegatum Apostolicum in Republica Mexicana.**

Numidensem, **Ecclesia « pro hac vice » ad Archiepiscopalem evecta, Marium Pium Gaspari, Delegatum Apostolicum in Republica Mexicana.**

Loriensem, **Ecclesia « pro hac vice » ad Archiepiscopalem evecta,**

Hieronymum Hamer, Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei a Secretis.

Atfoeniensem, Nicolaum Foseólos.

Edmontonensem, Iosephum N. Mac Neil, hactenus Episcopum Sancti Ioannis Canadensis.

Remensem, Iacobum Eugenium Aloisium Ménager, hactenus Episcopum Meldensem.

Abaritanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem « pro hac vice » evecta, Carolum Fumo, Nuntium Apostolicum in Republica Peruviana.

Aeliensem, Ecclesia ad Archiepiscopalem « pro hac vice » evecta, Iosephum Laigueglia, Nuntium Apostolicum in Bolivia.

Gompsanum, Gastonem Mojaisky-Perrelli, Episcopum Nuscanum, S. Angeli de Lombardis et Bisaciensem.

Ugiungpandanganum, Theodorum Lumanauw.

Gluentensem,, Ecclesia ad Archiepiscopalem « pro hac vice » evecta, Vincentium Farano, Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Indonesiana.

Spoletanum, Ottorinum Petrum Alberti, Episcopum Nursinum simul constitutum.

Lipensem, Richardum Vidal, hactenus Episcopum titularem Claternensem et Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Emmanuelis dei Rosario, Episcopi Malolosini.

Zamboangensem, Franciscum Cruces, hactenus Episcopum Iuganensem.

ßyracusanum, Calogerum Lauricella, hactenus Episcopum Cephaludensem.

Kasamaënsem, Eliam Mutale, hactenus Episcopum Mansaënsem.

Reginatensem, Carolum Halpin.

Kvangiuensem, Victorinum Kong-Hi Youn, hactenus Episcopum Suvonensem.

Nomentanum, Ecclesia ad Archiepiscopalem « pro hac vice » evecta, Emmanuelem Gerada, hactenus Episcopum titularem Nomentanum, Nuntium Apostolicum in Rebuspublicis Guatimalensi et Salvatoriana.

EPISCOPOS

Indorensem, **Georgium Anathil.**

Maruanum-Mokolensem, **praefectura in dioecesim evecta, Iacobum Iosephum Franciscum De Bernon, hactenus Praefectum Apostolicum eiusdem nominis praefecturae.**

Yaguanum, **praefectura in dioecesim evecta, Ludovicum Oharpenet, hactenus Praefectum Apostolicum eiusdem nominis praefecturae.**

Kohimaënsem-Imphalensem, **noviter erecta dioecesi, Abraham Alamgimattathil.**

Lupercianensem, **Thomam Nkuissi, Administratorem Apostolicum ((sede vacante » et « ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Nkongsambensis.**

Egugensem, **Antonium Hubertum Thijssen, Administratorem Apostolicum « sede vacante)) et « ad nutum Sanctae Sedis » dioeceseos Denpasarensis, hactenus Episcopum Larantukanum.**

Ogogiaensem, **Iosephum Ukpo, hactenus Episcopum titularem Chullitanum.**

Abahalilciensem, **noviter erecta dioecesi, Thomam McGettrick, hactenus Episcopum Ogogiaensem.**

Rarotonganum, **Ioannem Hubertum Macey Rodgers, hactenus Episcopum titularem Caput Cillensem.**

Caiennensem, **Franciscum Morvan.**

Malangensem, **Franciscum Xaverium Sudartanto Hadisumarta.**

Sunyaniensem, **noviter erecta dioecesi, Iacobum Kwadwo Owusu.**

Taiohaënum, **Hervé-Mariam Dionysium Le Cléac'h, hactenus eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.**

Manantoddyensem, **noviter erecta dioecesi, Iacobum Toomkuzhy.**

Abydenum, **Iosephum Pallikaparampil, Auxiliarem Exc.mi P. D. Sebastiani Vayalil, Episcopi Palaiensis.**

Pergamenum, **Ioannem Bilock, Auxiliarem Exc.mi P. D. Stephani I. Kocisko, Archiepiscopi Munhallensis Ruthenorum.**

Abilenum in Palaestina, **Abba Paulum Tzadua, Auxiliarem Exc.mi P. D. Asrate Mariae Yemmeru, Archiepiscopi Neanthopolitani.**

Larissensem in Syria, Bonaventuram Akiki, Vicarium Apostolicum Aleppensem.

Zertensem, Iacobum Kavanagh, Auxiliarem Exc.mi P. D. Dermot I. Ryan, Archiepiscopi Dublinensis.

Gulmensem, Bernardum Ozaplinski, hactenus Episcopum titularem Faustinopolitanum.

Rutengensem, Vitalem Djebarus, hactenus eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.

Con mirada atónita contemplamos el milagro de arcana predilección divina que supone la santificación de un alma, cuyo sorprendente camino por la vida terrena, imitando a Cristo, pasa de los sufrimientos a la cumbre de la gloria.

Nos encontramos ante una de esas figuras que dejan una impronta propia y profunda de su paso por el mundo, legando a la Iglesia y a la sociedad el sello de su personalidad siempre lozana e inmarcesible : servir, inmolarse por los demás, será la faceta distintiva de la espiri-

* Die 27 mensis ianuarii a. 1974.

tualidad de Santa Teresa Jornet quien, obedeciendo a un mismo impulso de amor al necesitado, eligió un modelo de vida similar al que sirvió también a la Sierva de Dios, Juana Jugan, fundadora del Instituto de las ((Petites Sœurs des Pauvres », cuya causa de beatificación esperamos pueda ser reanudada próximamente.

Es consolador contemplar con cuánta profusión de formas y de colorido espirituales se van perfilando — prodigios de la gracia — nuevos cuadros de la santidad de la Iglesia. En la obra límpida y transparente de un alma consagrada, como Santa Teresa Jornet, se trasluce la misma ansia que animara a su homónima abulense para desplegar, en formas diversas, la hermosura y la riqueza inagotables del designio de salvación. \ Cuántas páginas de historia eclesial, bellísimas, llevan impresos esos lances del amor divino que brotan del corazón de Cristo, como manantial perenne de luz y de verdad !

Difícil seguir en detalle la vida y la actividad de la Madre Teresa. La niña de Aytona y Lérida, la estudiante y maestra de Fraga y Argensola, a la búsqueda de su vocación entre las Terciarias Carmelitas y las Clarisas de Briviesca, deja el paso a la religiosa gallarda y sencilla que, mientras cubre distancias y recorre las ciudades más diversas, sabe conservar el secreto de su dinamismo : la unión con Dios. Alma que amaba pasar desapercibida, pero que no por ello dejaba de marcar con su huella personal, recia y dulce al mismo tiempo, las bases mismas de su incipiente obra. Ella supo guiar, desde sus primeros pasos, el nuevo Instituto, desde Barbastro a Valencia y Zaragoza, extendiéndolo después — en un incansable afán caritativo — por buena parte de la geografía española y que más tarde se trasplantaría a América.

Teresa Jornet tuvo algo, misterioso si se quiere, que nos atrae. A su lado se siente esa presencia inefable de la Vida que la sostuvo y *teb* alentó en sus afanes de consagración a Dios y al prójimo, orientándola hacia la senda concreta de la caridad asistencial.

El fruto de la ingente labor desplegada por tan humilde religiosa cuajó de manera admirable, pero sin clamor externo. El quehacer de la gracia será siempre algo misterioso. La opción hecha en la intimidad del alma sabe de la predilección divina, de la acción fecundadora del Espíritu. ¡ Quién podría describir por qué rutas y celadas Santa Teresa ha ido descubriendo a su Esposo ! Al abrazar un género de vida abnegada, ella ha querido realizar el programa de santidad trazado por el Divino Maestro : descubrir la verdadera felicidad, la Bienaventuranza

que está escondida, como un precioso tesoro oculto, en el amor y servicio a los pobres y necesitados.

Al contemplar la figura de la nueva Santa y de la multitud de vírgenes que en el Instituto por ella fundado inmolan su vida por los ancianos desamparados, sentimos que el ánimo se nos inunda de afecto indecible. ¡ Servir a los Ancianos Desamparados ! Sabemos bien que son miles y miles las personas que han podido beneficiarse de tan espléndida corriente de gracia y caridad. Esta da un matiz peculiar al carisma confiado a Santa Teresa, que se insiere con fuerza lógica en la misión misma de Cristo y de todo apóstol : « para evangelizar a los pobres me ha enviado)).*

Hoy más que nunca, en esta época de gigantescos progresos, estamos asistiendo al drama humano, a veces desolador, de tantas personas llegadas al umbral de la tercera edad y que ven aparecer a su alrededor las densas nieblas de la pobreza material o de la indiferencia, del abandono, de la soledad. Nadie mejor que vosotras, amadísimas hijas, Hermanitas de los Ancianos Desamparados, conoce lo que ocultan los pliegues recónditos de tan triste realidad. Vosotras habéis sido y sois las confidentes de esa especie de vacío interior que no pueden llenar, ni siquiera con la abundancia de recursos materiales, quienes están desprovistos y necesitados de afecto humano, de calor familiar. Vosotras habéis devuelto al rostro angustiado de personas venerables por su ancianidad, la serenidad y la alegría de experimentar de nuevo los beneficios de un hogar. Vosotras habéis sido elegidas por Dios para reiterar ante el mundo la dimensión sagrada de la vida, para repetir a la sociedad con vuestro trabajo, inspirado en el espíritu del evangelio y no en meros cálculos de eficiencia o comodidad humanas, que el hombre nunca puede considerarse bajo el prisma exclusivo de un instrumento rentable o de un árido utilitarismo, sino que es entitativamente sagrado por ser Hijo de Dios y merece siempre todos los desvelos por estar predestinado a un destino eterno.

¡ Oh ! Si pudiéramos penetrar en vuestras comunidades y residencias, allí sorprenderíamos a tantas hijas de la nueva Santa que, como ella, están difundiendo caridad : caridad encerrada en un gesto de bondad, en una palabra de consuelo, en la compañía comprensiva, en el servicio incondicional, en la solidaridad que solicita de otros una ayuda para el más necesitado. Bien sabemos que vuestra entrega a los ancia-

[1] *Luc. i,* .18.

nos, cuyos achaques requieren de vosotras atenciones delicadas y humanamente no gratas, tienen un ideal, una pauta, un sostén : el amor a Cristo que todo lo soporta, todo lo supera, todo lo vence, hasta lo que para tantas mentalidades de hoy, empapadas de egoísmo o prisioneras del placer, es considerado una locura. Ese amor que se alimenta en la oración y que adquiere un ulterior dinamismo en la Eucaristía llevó a vuestra Santa Fundadora y os impulsa a vosotras a ver en los ancianos una mística prolongación de Cristo, a atenuar en ellos sus fatigas, sus enfermedades, sus sufrimientos, cuyo alivio repercute con cadencias de evangelio en el mismo Cristo : « a Mí me lo hicisteis ». ¡ Esta es la respuesta de la caridad ! ¡ Ese es el sentido de lo que humanamente sería inexplicable ! ¡ Esa es la respuesta a quienes verían mejor empleada, en otros campos eclesiales, la vitalidad de vuestras llamas vocacionales que mantienen la tenue y casi apagada existencia de los ancianos ! Y ello es una constante interpelación a la conciencia del hombre de hoy, insensible con frecuencia ante la realidad de los beneficios, aun sociales, que aporta la caridad hecha en nombre de Cristo. ¡ Caridad operativa que Santa Teresa, con fina percepción, intuyó tan necesaria en un problema de su tiempo ! Caridad que encuentra hoy la misma necesidad y la misma urgencia.

Nuestras palabras se concentran ahora para rendir homenaje de devoción a Santa Teresa Jornet Ibars. Su vida queda en nuestra memoria como ejemplo de virtud; y su obra, fielmente continuada por las Hermanitas de los Ancianos Desamparados es una invitación apremiante a la acción caritativa y social. Mientras la invocamos como Santa, demos gracias a Dios que nos ha permitido ser testigos de las maravillas de su gracia en una hermana nuestra, en quien se cumplen admirablemente las palabras profétieas : « enalteció a los humildes ».[2] Tal exaltación redunda en honor de todo el Pueblo de Dios, pero especialmente de España, tierra de Santos, que en todo tiempo ha sabido dar ejemplos de piedad, de generosidad, de heroísmo, de santidad. Justo honor el que hoy rendimos a un pueblo tan querido que, entregándose generosamente a las tareas del espíritu, ofrece siempre la reserva de lo esencial y definitivo : su fe cristiana, arraigada y vital. Honor pues a España, con el reconocimiento de la Iglesia entera.

Y, superada toda frontera, ¡ honor a la misma Iglesia ! que invoca entre sus Santos a esta española, universal por el espíritu y el alcance

[2] *Luc.* 1, 52.

de su obra. Gloria a la Iglesia, que ve correr por sus miembros la savia siempre nueva de la caridad que su Divino Fundador le infundió como esencia de la tarea salvadora. Hoy resplandece más, de hermosura y de gozo, al proclamar la santidad de una de sus hijas, proponer su nombre e invocar su intercesión para ejemplo y ayuda de todos los bautizados.

No queremos concluir sin dedicar unas palabras a la nutrida representación española que, con sus celosos Pastores — cuya presencia nos complace de modo particular —, nos trae el dulce y compacto testimonio del catolicismo de España, tan vinculada a esta Cátedra de San Pedro. Nuestro deferente y especial saludo a la Misión Extraordinaria enviada por el Gobierno español, a los Señores Cardinales y Hermanos todos en el Episcopado; nuestra afectuosa bienvenida a los sacerdotes, religiosos y peregrinos españoles, y sobre todo a vosotras, Hijas de Santa Teresa Jornet, y a vuestros ancianos que, en prueba de agradecimiento, han querido asistir a esta memorable ceremonia.

Ante el ejemplo de Santa Teresa, repetimos a todos los presentes y a cuantos en la distancia se encuentran espiritualmente unidos, la exhortación de San Pablo : « haced demostración de vuestra caridad y acreditad los encomios que de vosotros hicimos a la faz de las Iglesias ».[3] Así sea. Con nuestra Bendición Apostólica.

* * *

Pare a noi doveroso aggiungere una parola in lingua italiana per estendere ai fedeli presenti che hanno propria questa lingua la riflessione che non può mancare sopra l'avvenimento che noi abbiamo ora compiuto, e che per sempre, da oggi in poi, la Chiesa cattolica non cesserà di ricordare e di magnificare come avvenimento gioioso. Noi ci limitiamo ora a indicare semplicemente i motivi principali di gaudio, che sono salienti di questo rito singolare e solenne : esso deve appunto riempire i nostri animi di santa letizia.

E il primo motivo è la natura stessa d'una canonizzazione. Che cosa è una canonizzazione? È una sentenza, che impegna il magistero della Chiesa, circa la santità d'una persona, che è dichiarata appartenere in gloriosa pienezza al Corpo mistico di Cristo, nella sua finale e perfetta condizione di Chiesa celeste. Essa è pertanto, e innanzi tutto, una glorificazione, quale a noi membra della Chiesa terrestre

[3] *2 Cor.* 8, 24.

è possibile, della santità di Dio, fonte d'ogni nostro bene, e di Cristo, causa meritoria della nostra salvezza, nell'effusione animatrice dello Spirito Santo. È il riconoscimento della divina perfezione, cioè della santità di Dio, riverberata in un'anima eletta, come la luce del sole si riflette nelle cose che esso illumina col suo splendore e conferisce alle cose l'irradiazione della bellezza. E questa divina derivazione della santità, e perciò del culto che alla santità d'una creatura noi tributiamo, è da tenere sempre presente a tutela della nostra dottrina cattolica, che mentre esalta la santità dei Santi, la riconosce e la celebra relativa e tributaria di quella unica e somma di Cristo e di Dio, e infonde in noi, ancora pellegrini verso la patria celeste, una grande gioia, tutta esultante di ammirazione e di speranza, facendoci sempre esclamare : *mirabilis Deus in sanctis suis.*[4]

Perché questo è il significato del culto dei Santi, il riconoscimento dei doni di Dio in anime fortunate e felici, che tali doni (come i talenti della parabola evangelica) non solo hanno ricevuto, ma hanno in sé e fuori di sé coltivati e moltiplicati.

Ed ecco allora il secondo motivo della nostra gioia : ammirare nella nuova Santa l'epifania, cioè la manifestazione dei doni divini, sia al loro grado iniziale, di doti naturali o di carismi soprannaturali, e sia al loro grado di espansione, di professione, di sviluppo, che caratterizza la particolare e sempre originale fisionomia della Santa che celebriamo. E qui non possiamo tacere l'elogio dello studio dei Santi, cioè della agiografìa. Se ogni studio della vita umana, considerata nella sua esistenziale fenomenologia, è sempre interessantissimo (quanta scienza, quante arti vi trovano il loro inesauribile nutrimento !), quale interesse, quale passione dovrebbe avere per noi lo studio dell'agiografia, cioè delle vite dei Santi, nei quali questo soggetto di studio, ch'è il volto umano, svela segreti di ricchezza, di avventura, di sofferenze, di sapienza, di drammaticità, in una parola, di virtù, che non possiamo riscontrare in pari vigore di esperienza e di espressione, e finalmente di ottimista affermazione, in altri viventi, siano pur essi dotati di straordinarie qualità. La parola « edificazione » è qui appropriata; la conoscenza della vita dei Santi è per eccellenza una edificazione. Così ricordassero i nostri maestri di spirito e di umanesimo e i nostri educatori del popolo la prodigiosa, staremmo per dire la misteriosa efficacia pedagogica e formativa d'attingere alla

[4] *Ps.* 67, 36.

scuola dei Santi la vocazione e l'arte di vivere bene, da veri uomini e da veri cristiani ! Eccoci dunque oggi, convocati da questa Chiesa nostra, Madre e Maestra, alla scuola della nuova Santa Teresa di Gesù Jornet e Ibars!

Che cosa diremo? noi ci risparmiamo ora l'apologia, che sarebbe di regola, della vita mirabile di questa cittadina della terra dichiarata cittadina del paradiso, e perciò esemplare in molti e meravigliosi suoi aspetti. La brevità stessa di questo discorso sarebbe insidiosa alla sua fedeltà : del resto voi tutti conoscete l'itinerario biografico della Santa; il quale, per nostra fortuna scolastica, si presta alla sintesi più densa e più breve, se osserviamo ch'esso ebbe una sola traccia, altrettanto aspra che rettilinea, quella della carità verso il prossimo ; e quale carità ! Dovremo avere tutti la saggezza di descrivere alla nostra meditazione questa polivalente lezione di carità, e senza volerci difendere dalla sorprendente sua somiglianza con altri e non pochi nel nostro tempo profili agiografici, che ci sembrano quasi coincidere in un medesimo, o analogo disegno di vita dedicata alla regina delle virtù, la carità, troveremo fonti di meraviglia e modelli di imitazione nella figura serena, dolce e forte, di questa Santa, specialmente in due aspetti caratteristici, quello della carità rivolta alla vecchiaia abbandonata, carità che (senza far torto a qualsiasi altra sua espressione) ci sembra eroica e originale, e quello dell'avere suscitato nella Chiesa di Dio una nuova Famiglia religiosa, che vediamo qui splendidamente rappresentata, e che tutta si consacra con incomparabile dedizione, al medesimo esercizio di carità cristiana e sociale. Aprire gli occhi, dobbiamo, fratelli e figli, appunto affinché le nostre anime possano godere di così mirabili irradiazioni del Vangelo immortale, del servizio, del silenzio, del sacrificio, dell'amore evangelico, quale Cristo insegna e suscita tutt'oggi nella sua Chiesa.

E alla fine non vogliamo tacere un terzo motivo del nostro gaudio odierno, e lo enunciamo appena, sebbene anch'esso si presterebbe a lunghe dissertazioni. Noi godiamo che Santa Teresa di Gesù Jornet e Ibars sia un nuovo regalo che la Spagna cattolica fa alla Chiesa di Dio e all'umanità del nostro tempo. Sì, ella era spagnola; e noi godiamo che quella terra fiera e generosa sappia ancora germinare fiori di tanta bellezza spirituale e frutti di tanta fecondità umana e sociale.

Noi non vogliamo tacere l'augurio — un vaticinio? — che la Spagna possa sempre trovare nella fedeltà alle sue tradizioni religiose e storiche la fonte della sua piena, originale e magnifica espressione, per

la sua libera, organica e compatta interiore unità e per il suo rinnovato impulso al compimento dei gravi e grandi doveri che oggi la storia propone ad ogni civile e progrediente società.

L'umile e grande Figlia della Spagna, che noi oggi eleviamo all'onore degli altari, possa essere ispiratrice di pace e di prosperità interiore ed esteriore al suo nobile e piissimo Popolo, e lo conforti ad attingere dalle sue straordinarie energie etniche e morali quel rinnovamento generale e spirituale, individuale e sociale che l'indizione dell'Anno Santo propone ad ogni Nazione, alla nostra santa Chiesa cattolica principalmente.

Così sia, con la nostra Apostolica Benedizione.

VII

Ad Praelatos Auditores, Advocatos et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, a Beatissimo Patre novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos. *

Veneratissimo monsignor decano!

Ancora una volta noi abbiamo il piacere di riceverla ufficialmente, in occasione dell'apertura, sebbene praticamente già da qualche tempo avvenuta, del nuovo anno giuridico del nostro Tribunale della Sacra Romana Rota, insieme con l'insigne collegio dei prelati uditori che lo compongono e con quanti officiali vi prestano l'opera loro, circondati dall'illustre ed eletta schiera degli avvocati e dei procuratori, che vi esercitano le loro funzioni. Alla compiacenza, che questo incontro ci procura, si aggiunge quella delle nobili e schiette parole con le quali ella, monsignore, ha testé voluto presentare a noi cotesto Sacro Tribunale mettendo in rilievo, piuttosto che l'opera da esso svolta, e le gravi, complesse, prementi questioni, oggi interessanti l'attività giudiziaria del foro canonico, lo spirito con cui l'esercizio di cotesto ministero, — perché tale esso è —, viene compiuto con l'ansia della perfezione, la consapevolezza delle difficoltà, l'attesa dell'annunciata revisione legislativa, per cui l'amministrazione della giustizia si fa, ad un tempo, più ardua e più meritoria.

Ed è a cotesto spirito che noi oggi fermeremo la nostra attenzione, vogliamo dire il nostro encomio ed il nostro incoraggiamento, volendo,

* Die 31 mensis ianuarii a. 1974.

da un lato, significare quanto ci sia gradita l'espressione di cotesti sentimenti e di cotesti propositi, e desiderando, d'altro lato, esaltare la persona di chi alla magistratura ha dedicato la propria vita, ancor prima di considerare i problemi obiettivi della sua professione.

E basti a noi, in questa occasione, corrispondere a cotesta previa considerazione dell'ordine giudiziario, la quale riguarda la persona del giudice, nell'intento di rendere omaggio al carattere sacro di chi ne possiede l'autorità e ne esercita, ancor più che la funzione, la missione, non potendosi disgiungere dall'esercizio della vostra attività un riferimento al suo carattere religioso. Diciamo cosa a voi tutti ben nota, e penetrata nell'intimità e nella profondità della vostra coscienza ; ma non è certo mai vano farvi richiamo, quando, da un lato, l'origine e la natura di tale carattere sacro toccano le frontiere del divino e perciò del trascendente e del misterioso, e dall'altro la mentalità moderna tende a ridurre a dimensioni puramente razionaliste l'ambito del diritto, e a compiti puramente professionali, non diversi da quelli delle comuni attività profane, l'esercizio dell'autorità giudiziaria.

Sacra è la vostra missione, perché a voi devoluta dalla nostra autorità apostolica. È dall'investitura della nostra potestà sacerdotale e pontifìcia, che a voi deriva la magistratura che vi fa giudici, cioè maestri, custodi, interpreti, operatori della legge divina ed umana, che governa la Chiesa, cioè il Popolo di Dio. Tanta è la dignità, tanta l'autorità del giudice ecclesiastico, che, come ognuno ricorda, San Paolo, ai primordi della legislazione costituzionale ecclesiastica, quasi con enfasi reclama l'esistenza e l'azione del « santo », cioè del membro della comunità cristiana, chiamato a partecipare all'autorità stessa di Cristo e dell'apostolo,[1] per giudicare un membro indegno della comunità cristiana, anzi per assurgere un giorno a sentenziare con Cristo, al quale il Padre ha affidato ogni giudizio,[2] perfino sugli angeli.[3] Avere coscienza di questa altissima dignità, di questa associazione alla potestà di Cristo, supremo Giudice, meditarla, risvegliarla, come ogni ministro ((dispensatore dei misteri di Dio »[4] è esortato a fare ad alimento della propria spiritualità sacerdotale, così il Giudice ecclesiastico, non per gonfia e fatua ambizione, ma per ossequio al carattere divino della potestà che a lui è commessa, deve fare, quasi ripiegan-

[1] / *Cor.* 5, 4.

[2] *Io.* 5, 22 e 27.

[3] *1 Cor.* 6, 3.

[4] Cfr. *1 Cor.* 4, 1; *2 Cor.* 6, 4.

dosi in umiltà dentro di sé, per attingere la forza d'essere poi pari alla pericolosa grandezza del suo sovrumano mandato.

Del resto il senso sacrale della funzione giudiziaria ha sempre accompagnato nel processo storico della civiltà coloro che tale funzione hanno esercitato, ovvero su di essa hanno saggiamente discorso. Accenniamo, a prova di ciò, ad un'erudita, e certo a voi notissima, citazione di Ulpiano, rievocata dal nostro venerato Predecessore Papa Pio XII, in un memorabile discorso su la professione giuridica, e referita, sì, alla giurisprudenza, ma con quale ripercussione religiosa ai suoi cultori ! Ecco : *divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.*[5] E per corroborare questo senso religioso, che deve penetrare la coscienza del magistrato, ci possiamo valere della testimonianza d'un illustre maestro del foro civile italiano, da non molto tempo scomparso, Piero Calamandrei : « Mi convinco sempre più che tra il rito giudiziario e il rito religioso esistono parentele storiche molto più strette di quanto non indichi l'uguaglianza della parola ... La sentenza in origine era un atto sovrumano, il giudizio di Dio; le difese erano preghiere ...)). E poi : « Nell'ordine giudiziario affluivano un tempo dalle Università i giudici migliori, richiamati non dalla speranza di lauti guadagni, ... ma dall'alta considerazione di cui la magistratura godeva nella pubblica opinione e soprattutto dall'attrattiva che su certi spiriti religiosi ha sempre esercitato l'austera intimità di questo ufficio, in cui il giudicare gli altri implica in ogni istante il dovere di fare i conti colla propria coscienza ».[6]

Questa reminiscenza di letteratura giudiziaria dovrebbe essere qui accompagnata dall'apologia della superlativa integrità morale con cui l'ufficio vostro deve essere esercitato, in ogni suo atto, in ogni suo aspetto. Ma siamo dispensati dal farla dalla stima che noi nutriamo verso le vostre persone e verso l'intero Tribunale della Sacra Rota. La nostra lode e la nostra esortazione sorreggono la testimonianza che voi date, anche su questo capitolo essenziale della vostra attività, che impegna non poche virtù specifiche d'ordine professionale e che impone interiormente ed esteriormente uno stile di severità, di disinteresse, di magnanimità forte e paziente, a cui la vostra sensibilità cristiana aggiunge umile, ma irradiante splendore.

Voi procurate sempre di personificare la figura ideale del Giudice

[5] Discorsi, XI, 261.

[6] Elogio, pp. 249, 251.

cattolico; e noi godiamo del prestigio, oggi si dice della credibilità, che deriva da ciò alla Chiesa e alla Curia Romana in modo particolare. Cotesta linea spirituale e morale, che configura le vostre persone e il vostro Tribunale, non risolve, ben lo sappiamo, i problemi antichi e nuovi della vostra nobile, ma delicata e complicata, attività giudiziaria. Anzi sovente li rende più complessi e pungenti, come lo sono oggi, ad esempio, quelli del rapporto fra coscienza e legalità, problema psicologico; ovvero del rapporto fra legge vigente e evoluzione civile, problema sociologico ; oppure del rapporto fra lo *ius conditum* e lo *ius condendum,* problema storico.

Ma educatori come voi siete alla scuola della legge, cioè del dovere, dell'ordine in funzione dei principii generali del diritto, del bene pubblico e del dinamismo giuridico verso il bene comune, voi non trovate insolubili tali problemi, ricordando, da un lato, certi valori assoluti dell'obbligazione morale, come il timor di Dio e l'amore evangelico, il rispetto alla verità, la dignità della vita e della persona umana, l'inviolabilità della coscienza formata, la pace fra gli uomini, e così via; e, dall'altro, vorrete considerare la soverchia facilità con la quale l'uomo moderno, che tanto fieramente rivendica la propria libertà, sia poi intimamente tentato, e talora vulnerato da un relativismo sistematico, che lo piega alle scelte più facili della situazione, della demagogia, della moda, della passione, dell'edonismo, dell'egoismo, così che esteriormente tenta di impugnare la ((maestà della legge », e interiormente, quasi senza avvedersi, sostituisce all'impero della coscienza morale il capriccio della coscienza psicologica.

E giudici, come parimente voi siete, dell'operare altrui, ma non giudici della legge, che a voi solo è consegnata per la sua razionale e normale applicazione, voi saprete sapientemente conservare alla legge — alla legge della Chiesa, pensate sempre ! — l'osservanza provvida e sostanziale che le è dovuta, temperandone quando e come è possibile, l'eventuale eccessiva gravità con quell'umano senso pastorale, ch'è proprio del giudice operante in virtù del ministero cristiano.

Quanto diciamo vorrebbe confortare in voi la coscienza nella missione che la Chiesa vi affida, e per ciò stesso la fiducia nella sua legislazione, sia perché essa è dettata da criteri superiori attinti alle sorgenti teologiche, e sia anche perché sperimentata da una tradizione secolare incardinata su la profonda e autentica scienza dell'uomo, e orientata verso la sua trascendente salvezza.

Sì, fiducia nella legislazione della Chiesa.

Non possiamo a questo proposito, e concludendo queste semplici parole, nascondere la sorpresa non solo da noi provata per l'eco anche a noi giunta di alcune espressioni di critica, eccessiva nelle forme e non del tutto fondata nella sostanza, circa la presente legislazione canonica sul matrimonio, pronunciate da persona molto autorevole e in una sede e in un'occasione quant'altre mai degne di più riverente e obiettivo linguaggio.

È noto l'episodio; e vi accenniamo appena, affinché anche voi, esperti e interessati quali siete nella materia, sappiate che noi non possiamo condividere alcuni giudizi ivi pronunziati sulla disciplina vigente della Chiesa, su tema di tanta importanza. Vero è che alle note negative del discorso seguono quelle positive delle quali prendiamo nota con leale riconoscenza. Ma a noi pare che i valori affermati in queste seconde, piuttosto che confermare le prime, le rettificano ; così che il risultante giudizio di merito sulla vigente legge canonica del matrimonio merita per essa ancor oggi fiducia, come interprete e tutrice di norme sacre e fondamentali per l'uomo, per il matrimonio, per la famiglia, per la società, anche se, conforme alle dottrine del recente Concilio, tali norme speriamo presto saranno formulate in più completa e moderna legislazione.

Proseguite pertanto con fiducia nella vostra saggia e meritoria attività, con la nostra Apostolica Benedizione.

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

INSTRUCTIO

de secreto pontificio

Secreta continere quantum hominum naturae congruat, ex eo imprimis patet quod, etsi multae res exterius agendae sunt, earum tamen ortus et meditatio in intimo corde conduntur et nonnisi post maturam cogitationem prudenter eae efferuntur.

Silere igitur, res quidem perdifficilis, perinde ac palam consideratoque loqui ad perfectum hominem pertinent : tempus est enim tacendi et tempus loquendi (cf. *Ecole.* 3, 7) et ille perfectus est vir, qui linguam suam refrenare noverit (cf. *lae.* 3, 2).

Quod in ipsa contingit Ecclesia, quae est communitas credentium, qui cum iis mandatum sit munus praedicandi et testificandi Evangelium Christi (cf. *Me.* 16, 15; *Act.* 10, 42), tamen officio tenentur sacramentum abscondendi verbaque conferendi in corde, ut opera Dei recte lateque manifestentur, eiusque sermo currat et clarificetur (cf. i7 *Thes.* 3, 1).

Merito igitur iis, qui Populi Dei servitio destinantur, quaedam secreto tegenda concreduntur, ea scilicet, quae revelata aut suo non tempore modove revelata, Ecclesiae aedificationi obsunt vel publicum bonum pessumdant vel" denique privatorum et communitatum inviolabilia iura offendunt (cf. Instr. *Communio et progressio,* 121).

Haec omnia conscientiam semper obligant, et imprimis secretum ob Paenitentiae sacramenti disciplinam severe servandum, ac deinde secretum officii, vel secretum commissum, quod dicitur, praeter secretum pontificium, de quo in hac Instructione est sermo. Etenim patet, cum in publica re versemur, quae totius communitatis bonum tangit, non a quovis privato, iuxta propriae conscientiae dictamen, sed ab eo, qui curam communitatis legitime habet, statuendum esse quando vel qua ratione et gravitate huiusmodi secretum imponendum sit.

Ii vero, qui tali secreto devinciuntur, non quasi exteriore lege se astrictos esse censeant, sed potius propriae humanae dignitatis imperio : honori nempe sibi ducant debita in publicum bonum servare secreta.

Quod autem ad Curiam Romanam attinet, negotia, quae ab ea

in universalis Ecclesiae servitium tractantur, communi secreto ex officio obteguntur, cuius moralis obligatio vel ex superioris praescripto vel ex rei natura et momento dimetienda est. At in quibusdam rebus gravioris momenti peculiare urgetur secretum, quod *pontificium* nuncupatur et gravi semper obligatione servandum est.

De secreto pontificio Instructionem edidit Secretaria Status die XXIV mensis iunii anno MDCCCCLXVIII; postquam vero quaestio considerata est penes coetum Cardinalium moderatorum Dicasteriorum Curiae Romanae, eiusdem Instructionis normas quasdam immutare visum est, ut, materia et obligatione huius secreti accuratius definita, eius observatio congruentius urgeretur.

Normae igitur sunt, quae sequuntur.

ART. I

Secreto pontificio comprehenduntur :

1) Praeparatio et compositio Documentorum Pontificiorum, pro quibus eiusmodi secretum expressis verbis requiratur;

2) Notitiae ratione officii cognitae, respicientes res quae a Secretaria Status vel a Consilio pro publicis Ecclesiae Negotiis aguntur, quaeque sub secreto pontificio tractandae sunt;

3) Significationes et denuntiationes doctrinarum scriptorumque typis editorum factae S. Congregationi pro Doctrina Fidei, nec non earum examen, iussu eiusdem Dicasterii institutum ;

4) Denuntiationes extra iudicium acceptae circa delicta contra fidem et contra mores, et circa delicta contra Paenitentiae sacramentum patrata, nec non processus et decisio, quae ad hasce denuntiationes pertinent, salvo semper iure eius, qui ad auctoritatem delatus est, cognoscendae denuntiationis, si id necessarium ad propriam defensionem fuerit. Denuntiantis autem nomen tunc tantum patefieri licebit, cum auctoritati opportunum videatur ut denuntiatus et is, qui eum denuntiaverit, simul compareant;

5) Relationes a Legatis Sanctae Sedis confectae circa res pertinentes ad secretum pontificium;

6) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt ad creationem Cardinalium ;

7) Notitiae ratione officii cognitae, quae attinent ad nominationem Episcoporum, Administratorum Apostolicorum ceterorumque Ordinariorum episcopali dignitate praeditorum, Vicariorum et Praefectorum Apostolicorum, ac Legatorum Pontificiorum, itemque inquisitiones ad has causas spectantes;

8) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt ad nominationem Praelatorum Superiorum et Officialium maiorum Curiae Romanae ;

9) Quidquid attinet ad arcanas notas (vulgo : *Cifrari)* et ad scripta arcanis notis exarata ;

10) Negotia vel causae, quae a Summo Pontifice, a Cardinali alicui Dicasterio praeposito, et a Legatis Sanctae Sedis tam gravis esse momenti censentur, ut secreti pontificii tutelam postulent.

ART. II

Obligatione servandi secreti pontificii tenentur :

1) Cardinales, Episcopi, Praelati Superiores, Officiales maiores et minores, Consultores, Periti et ministri inferioris ordinis, ad quos spectat pertractatio quaestionum, quae secreto pontificio subiciuntur;

2) Legati Sanctae Sedis eorumque ministri, qui praedictas quaestiones tractant, nec non ii omnes, qui ab iisdem ad consulendum de his causis vocantur;

3) Ii omnes, quibus in peculiaribus causis secretum pontificium servandum imponitur;

4) Ii omnes, qui culpabiliter notitiam acceperint documentorum et rerum, quae secreto pontificio subiciuntur, vel etiam, accepta sine culpa huiusmodi notitia, certo sciant ea secreto pontificio adhuc contegi.

ART. III

1) Qui secreto pontificio adstringitur, ad illud servandum gravi semper obligatione tenetur.

2) Si violatio ad forum externum delata fuerit, qui accusatur violationis secreti iudicabitur a peculiari quadam Commissione, quae constituetur e Cardinali Dicasterio competenti Praeposito, vel, si is desit, ex

Officii moderatore ad quem spectat; haec Commissio congruas poenas irrogabit, pro gravitate delicti eiusve damni.

3) Si is, qui secretum violavit, Romanae Curiae operam praestat, in poenas incurrit in Ordinatione Generali statutas.[1]

ART. IV

Qui ad secretum pontificium ratione muneris admittuntur, iusiurandum dare debent iuxta formulam, quae sequitur :

Ego . . .

constitutus coram . . .

tactis per me sacrosanctis Dei Evangeliis, promitto me fideliter ((secretum pontificium)) servaturum esse in causis et in negotiis quae sub eodem secreto sunt tractanda,[2] adeo ut nullo modo, sub quovis praetextu, sive maioris boni, sive urgentissimae et gravissimae causae, secretum praefatum mihi violare liceat.

Secretum, ut supra, me servaturum esse promitto etiam causis et negotiis finitis, pro quibus tale secretum expresse imponatur. Quod si in aliquo casu me dubitare contingat de praefati secreti obligatione, in favorem eiusdem secreti interpretabor.

Item scio huiusmodi secreti transgressorem peccatum grave committere.

Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis manibus tango.

Hanc Instructionem PAULUS VI, Summus Pontifex, in Audientia infrascripto concessa die iv mensis Februarii, anno MDCCCCLXXIV, approbavit et publici iuris fieri iussit, ea lege ut a die xiv mensis Martii eiusdem anni vigeret, contrariis quibuslibet non obstantibus.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

[1] **Cf. *Ibid.* art. 39, § 2, art. 61, n. 5 et art. 65, § 1, n. 3.**

[2] **Pro iis, qui ad secretum pontificium admittuntur in aliqua peculiari causa:** ***servaturum esse in causa mihi commissa.***

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 12 Decembris 1913. — Titulari episcopali Ecclesiae Glendalecensi praefecit R. D. Marianum Phzykucki, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Baraniak, Archiepiscopi Posnaniensis.

die 21 Decembris. '— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Renati Fourrey, Episcopi Bellicensis, constituit Exc. P. D. Renatum Dupanloup, Episcopum tit. Vagalitanum.

die 31 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Pupianensi praefecit R. D. Marianum Rechowicz, presbyterum archidioecesis Leopolitanae Latinorum, Praelatum honorarium, quem constituit Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis territorii vacantis archidioecesis Leopolitanae Latinorum intra civiles fines Poloniae exstantis.

die 15 Ianuarii 1974. — Metropolitanae Ecclesiae Portlandensi in Oregon Exc. P. D. Cornelium M. Power, hactenus Episcopum Yakimensem.

die 16 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Kamloopsensi R. P. Adamum Exner, e Congregatione Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

die 18 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Claromontanae R. D. Ioannem Dardel, Vicarium Generalem archidioecesis Tolosanae.

die 21 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Manilensi Exc. P. D. Iacobum L. Sin, hactenus Archiepiscopum Iarensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ilaganensi Exc. P. D. Michaelem Purugganan et Gatan, hactenus Episcopum titularem Egnatiensem.

die 25 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Semtensi Exc. P. D. Sergium Contreras Navia, hactenus Episcopum S. Caroli Ancudiae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emmanuelis Sánchez Beguiristain, Archiepiscopi Ss. Conceptionis.

die 31 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Derriensi R. D. Eduardum Daly, presbyterum eiusdem dioecesis.

die 2 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Oleastrensi Exc. P. D. Salvatorem Delogu, hactenus Episcopum titularem Cannensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ragusiensi Exc. P. D. Angelum Rizzi.

die 5 Februarii. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Adelmi Cavalcante Machado, Archiepiscopi Maceiensis, constituit Exc. P. D. Michaelem Fenelon Cámara Filho, Episcopum tit. Atrimensem.

— Ecclesiae Cathedrali Sanctae Mariae praefecit Exc. P. D. Iosephum Ivonem Lorscheiter, hactenus Episcopum tit. Tamadensem.

— Ecclesiae Cathedrali Caëtitensi Exc. P. D. Eliseum Gomes de Oliveira, hactenus Episcopum tit. Titulanum in Numidia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tunnunensi R. D. Urbanum Iosephum Allgayer, Vicarium Generalem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Alaphridi Vincentii S. R. E. Cardinalis Scherer, Archiepiscopi Portalegrensis in Brasilia.

die 7 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Hullensi Exc. P. D. Adolf um E. Proulx, hactenus Episcopum Alexandrinum in Ontario.

die 9 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Egnatiensi R. P. Antonium de Souza, e Congregatione a Ss. Stigmatibus D. N. I. C, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Iosephi Lazari Neves, Episcopi Assisensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sitensi Exc. P. D. Henricum Alvear Urrutia, hactenus Episcopum S. Philippi, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Radulfi S. R. E. Cardinalis Silva Henriquez, Archiepiscopi S. Iacobi in Chile.

die 12 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lambaesitanae R. P. D. Ioannem S. Cummins, e clero dioecesis Quercopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aldonis I. Bell, Episcopi Sacramentensis.

— Cathedrali Ecclesiae Celayensi, noviter erectae, Exc. P. D. Victorinum Alvarez Tena, hactenus Episcopum Apatzinganiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Civitatis Victoriensis R. D. Alfonsum Hinojosa Berrones, e clero monterreyensi, sacrae disciplinae magistrum in seminario archidioecesis Monterreyensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Segiensi R. D. Raphaelem Bello Ruiz, curionem paroeciae honori Sacrae Familiae dicatae in urbe Acapulco, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Quezada Valdés, Episcopi Acapulcani.

II

CONSENTINAE - NEOCASTRENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

Quo aptius fidelium spirituali bono consuleretur, Exc.mi Patres Domini Aeneas Selis, Archiepiscopus Consentinus atque Ferdinandus Palatucci, Episcopus Neocastrensis, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut limites quibus in praesens memoratae dioeceses circumscribuntur aliquantulum immutarentur, ita quidem ut ecclesiastici fines cum limitibus civilium provinciarum deinde convenirent.

Sacra Congregatio pro Episcopis, omnibus rite perpensis, ac rata huiusmodi immutationum rationes bene probari, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Neocastrensi separat municipia vulgo dicta : *Scigliano* cum pago *Lupia, Pedivigliano* cum pago *Pittarella, Golosimi* cum pagis *Covaci* et *Rizzuti, Bianchi* et *Panettieri.*

Decernit quoque eadem Sacra Congregatio ut, una cum territorio municipiorum, adnectantur oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaelibet alia ecclesiastica bona quomodocumque ad eorum paroecias vel ecclesias spectantia.

Mandat insuper ut documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia, a Curia Neocastrensi ad Curiam Consentinam transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent, ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Utriusque tamen dioecesis Episcopis Ordinariis fas erit

— ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum Patrem Dominum Aeneam Selis, Archiepiscopum Consentinum, eidem necessarias et opportunas facultates tribuens etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem quam primum mittendi authenticum exemplar actus peractae executionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Novembris 1973.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

KABINDAENSIS - KAMINAËNSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Cum ad bonum animarum expostulatum sit ut territorium Missionis vulgo ((Kaniama », usque adhuc pertinens ad dioecesim Kabindaënsem, dioecesi Kaminaënsi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Laurentii Antonetti, Archiepiscopi titulo Russellensis atque Apostolici in Zaire Pro-Nuntii, necnon Ordinariorum quorum interest, re mature perpensa vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut territorium Missionis vulgo ((Kaniama» a dioecesi Kabindaënsi separetur atque dioecesi Kaminaënsi uniatur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 12 mensis Ianuarii a. D. 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

I

LITTERAE CIRCULARES

de normis servandis quoad liturgicos libros in vulgus edendos, illorum translatione in linguas hodiernas peracta.

Eminentissime Domine,
Excellentissime Domine,

Dum toto terrarum orbe Commissiones liturgicae dant operam, laudabili sane alacritate, apparandis liturgicorum librorum translationibus eisdemque libris, in hodiernas linguas conversis, in vulgus edendis, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino magis magisque normas perfecit, quibus textus sibi missos « confirmat », iuxta Constitutionem Concilii Vaticani II de Sacra Liturgia (art. 36, § 3) necnon Instructionem « Inter Oecumenici » die 26 mensis Septembris anno 1964 promulgatam (n. 40). Quod quidem huiusmodi opus facilius reddit atque efiicit ut expeditius renovatio liturgica ad effectum deducatur.

Nunc autem pergratum mihi est in tuam notitiam referre normas hac de re servandas, quae nuper statutae sunt :

1. Summus Pontifex sibi reservat potestatem directe approbandi omnes translationes formularum sacramentorum in linguam vernaculam. Harum formularum conversio in praecipuas nostrae aetatis linguas (nempe anglicam, gallicam, germanicam, hispanam, hollandicam, italicam, lusitanam) apparabitur ab hac Sacra Congregatione, consiliis collatis cum Conferentiis episcopalibus, ad quas res spectat.

2. Formulae sacramentorum in vernaculas linguas translatae non solum omni ex parte rectam referre debent doctrinam theologicam, sed etiam fideliter, quantum fieri poterit, concordare debent cum textu latino, qui summo studio et cura compositus est a competentibus Sacris Dicasteriis.

3. Si vero agitur de linguis diversis ab iis, quae supra in n. 1 memoratae sunt, Commissiones liturgicae, ad quas res pertinet, per se ipsas apparare debent translationem formularum sacramentorum ; Conferentiae vero Episcopales, postquam eam approbaverunt, Sacrae huic Congregationi eandem exhibebunt, accurate explanantes singulorum verborum vim et significationem, adhibita lingua quae sit communiter nota inter nationes (ex. gr. lingua anglica, gallica, etc.).

Quodsi formulae, quae ad essentiam Sacramentorum pertinent, non sunt ad verbum translatae, afferendae sunt rationes, quae suaserunt earum immutationes, respectu habito textus latini.

Hae normae faciliorem sane reddent approbationem textuum, praesertim cum agitur de translationibus in eas linguas, quae communes sunt pluribus Nationibus, ac propterea etiam pluribus Conferentiis Episcopalibus. Haec autem Sacra Congregatio, antequam aliquem textum definitive approbet, sibi curae habebit, opportuniore quo fieri poterit modo, consulere Conferentias, eo quidem proposito, ut formulae in vernaculas linguas conversae exigentiis respondeant fidelium, quibus destinantur, sive quod ad verborum stilique rationem sive quod ad eorum necessitates spirituales pertinet.

Haec dum Tecum communico, oblatam opportunitatem libenter nanciscor, ut maximae meae erga Te observantiae sensus significem.

Romae, die 25 Octobris 1973.

DE SPECIALI MANDATO SUMMI PONTIFICIS.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

83 **H. Bugnini**
Archiep. tit. Diocletianen.
a Secretis

II

DECRETUM

Vacatio legis de Ordine Unctionis infirmorum prorogatur.

Constitutio Apostolica *Sacram Unctionem infirmorum,* a Summo Pontifice Paulo VI die xxx mensis Novembris 1972 edita, statuit, ut *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae,* ab hac Sacra Congregatione recognitus, a die 1 Ianuarii 1974 ab omnibus adhiberi deberet.

Nonnullis Conferentiis Episcopalibus petentibus, ut vacatio legis eiusdem Ordinis prorogaretur, quo maiore cum tranquillitate populares interpretationes confici possent, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, ea quae sequuntur decernit :

1. Novus *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae* in celebrationibus lingua latina peragendis iam adhiberi potest.

2. Conferentiae Episcopales curent, ut eiusdem Ordinis interpretatio popularis quamprimum perficiatur et diem definiant quo huiusmodi interpretatio, ab ipsis approbata et ab Apostolica Sede confirmata, in usum recipi debeat. A die autem quo editio vulgaris Ordinis vigere incipiet, novus tantum Ordo Unctionis infirmorum, sive in lingua latina sive in lingua vernacula, assumendus erit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 10 Ianuarii 1974.

DE SPECIALI MANDATO SUMMI PONTIFICIS.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© H. Bugnini
Archiep. tit. Diocletianen.
a Secretis

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

COLONIEN, SEU AQUISGRANEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Franciscae Schervier, Tertii Ordinis S. Francisci, fundatricis Sororum Pauperum S. Francisci Assisiensis.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de virtutibus Venerabilis Servae Dei Mariae Franciscae Schervier, fundatricis Instituti Sororum Pauperum S. Francisci Assisiensis, tam theologalibus, scilicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, videlicet prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico exercitis, Paulus Papa VI, servatis omnibus de iure servandis, iam die 30 mensis Ianuarii anno 1969 benigne edixit.

Strata itaque erat via ad disceptationem de miraculis quae, Venerabili eadem Serva Dei intercedente, a Deo patrata dicebantur, quaeque ad eiusdem formalem beatificationem assequendam requiruntur.

Inter varias exhibitas sanationes memoratae Venerabilis Famulae Dei intercessioni tributas, miraculi quidem speciem praebentes, duas praesertim selegerunt Causae actores Sacraeque huic Congregationi ad cognoscendum sedulo exhibuerunt.

Earum tamen prior, quae respicit dominum Villelmum Annes, inde a disceptationis limine, medicae artis remediis ac subsidiis tribuenda visa est binis ex officio Peritis.

Quapropter ne longius ad beatificationis sollemnia iter fieret, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Ioannes Pohlschneider, Episcopus Aquisgranensis, a Summo Pontifice Paulo VI enixe postulavit ut, concessa apostolica dispensatione super praescripto canonis 2117 C.I.C., uno tantum miraculo rite agnito et plene recognito ad ulteriora procedi

posset. Quod quidem, attentis pastoralibus expositis rationibus, Sanctitas Sua die 18 Octobris a. 1972 benigne concessit.

Altera autem sanatio, eadem Venerabili Maria Francisca deprecante, obtigit domino Ludovico Braun, esculentorum negotiatori, annos 47 nato, in loco cui vulgo nomen *Menden* in Rhenania, intra fines archidioecesis Coloniensis, ibique commoranti. Qui, infausta prorsus quoad vitam edita prognosi, interposito Venerabilis Schervier ad Deum recursu, primis horis diei 24 mensis Octobris a. 1955, sanus est repertus ab acuta pancreatite, quam graviorem reddiderunt suppuratoria inflammatio parotidis et chemica peritonaei inflammatio, progrediens in ileo paralytico.

Super qua asserta mira sanatione instructus est in Curia archiepiscopali Coloniensi processus apostolicus a die 9 Iunii a. 1962 ad diem 20 Septembris a. 1963, de cuius legitima forma ac vi Sacra haec Congregatio die 29 Octobris a. 1969 constare plane edixit.

Deinde Consilium Medicum penes nostrum Forum constitutum super indole, perfectione et constantia eiusdem sanationis, pro sua competentia, die 12 Aprilis a. 1972, disceptavit atque unanimi consensu agnovit et declaravit aperte eandem praeter naturae vires accidisse.

Postmodum res tota theologorum studio et iudicio de more fuit proposita, sive pro priore iudicio Consultorum in Congressu Peculiari diei 29 mensis Maii anno 1973, sive pro altero iudicio in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 3 Iulii hoc eodem anno in Vaticanis Aedibus habita, in qua, referente Rev.mo Cardinali Ephraem Forni, Causae Ponente seu Relatore, disceptatum est super dubio : *An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et qui convenerant Patres Cardinales suum quisque votum seu suffragium dederunt.

Quibus de rebus facta demum die 23 Augusti anni huius Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem peculiari ac fideli relatione, eadem Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habens mandavit ut decretum super eadem mira sanatione appararetur.

Quod cum rite factum esset, Summus Pontifex hodierna die infrascriptum Cardinalem Praefectum necnon Cardinalem Ephraem Forni, Causae Ponentem, meque a Secretis Sacrae Congregationis ceterosque vocari solitos ad se accivit, quibus adstantibus praesens decretum confirmavit et promulgavit edicens : *Constare de uno miraculo, Venerabili Maria Francisca Schervier intercedente, a Deo patrato, scilicet de*

instantánea perfectaque sanatione domini Ludovici Braun a pancreatite acuta, quam graviorem reddiderunt suppuratoria inflammatio parotidis et chemica peritonaei inflammatio, progrediens in ileo paralytico.

Hoc autem Decretum publici iuris neri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

HERBIPOLEN.

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Liborii Wagner,, sacerdotis et parochi de Altenmünster in odium fidei a. 1631 interfecti.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis, seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Martyrium, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur, Eique in effusione sanguinis conformatur, ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur » *(Lumen Gentium,* n. 42).

Haec martyrii a Concilio Vaticano depicta imago ad innumeros Christi athletas, qui saeculorum decursu, eius secuti vestigia, Ecclesiam suo sanguine irrorarunt ac fecundarunt, ita pertinet, ut praefulgida veluti nota commendentur; eaque in Servo Dei Liborio Wagner, Herbipolensis dioeceseos presbytero ac parocho, ob praeclarum fortitudinis exemplum in catholicae fidei testimonium, saeculo xvn progrediente ab eo datum, singulariter enitere videtur.

Mulhusii in Thuringia natus parentibus morum probitate conspicuis Paulo Wagner et Sibylla Arnold, Lutheranae quidem confessioni addictis, eodem ritu die 5 mensis Decembris anno 1593, quo in terrenam lucem editus est, christiano baptismate ablutus fuit. A teneris usque annis ad omnem honestae vitae rationem domestica disciplina

educatus, adolescens humaniorum studiorum curriculum sedula cum diligentia ac singulari ingenii laude in patria perfecit. Vicesimum attingens annum, altiorum philosophiae studiorum palaestram Lipsiae ingressus, Gothae et Argentorati prosecutus est, « boni frugique iuvenis » specimen praeseferens, utpote ((pius erga Deum, morigerus praeceptoribus, industrius ac fidelis, carus condiscipulis, bono omnibus exemplo », magistrorum testimonio commendatus.

Anno autem 1622 cum magistri titulo insignitus Herbipolim advenisset, ad catholica perscrutanda dogmata, sodalibus praesertim Societatis Iesu iuvantibus, toto se vertit animo summamque adhibuit diligentiam, ita quidem ut, Dei adiuvante gratia, plenam assecutus doctrinae veritatem, catholicam religionem, trigesimum circiter aetatis annum agens, firmissima adhaesione amplexus sit. Haud ita post, ineunte scilicet a. 1623, zelo exaestuans divinae gloriae animarumque salutis, Herbipolense seminarium ingressus est, summoque progressu theologicis absolutis studiis, sacerdos die 29 Martii a. 1625 ordinatus est, sacrisque ministeriis sese totum addixit. In pago *Hardheim* primum ut a sacris adiutor per annum circiter demoratus, parochus loci *Altenmünster* insequenti a. 1626 renuntiatus est. Sedulus animarum pastor, concrediti gregis curam alacri animo suscepit et indefesso studio persecutus est, fideles sibi subditos in catholica fide confirmare aliosque christianos fratres ad unicum Christi ovile reducere opportune satagens, quibus et seipsum praebuit bonorum operum atque eximiarum virtutum exemplum, sacerdotali in primis pietate, animi mansuetudine, prudentiae laude, zelo in tuenda catholica fide et procuranda animarum salute spectabilis.

Dum itaque parochi ministerio quinque iam annos fructuose fungeretur, copiis Suecorum regis Gustavi Adolfi (inter infaustam illam triginta annorum, quae dicitur, conflictationem in Germaniae regionibus) Franconiam invadentibus, Liborius, instigante praesertim civilis dicionis duce rei catholicae infensissimo, Lutheranis militibus ineunte Decembri a. 1631 dolose traditus est, mox in vincula coniectus atque ad pagum *Schonungen* primum, dein ad castellum *Mainberg* deductus, illustre dedit catholicae fidei testimonium.

Quinque enim dies noctesque, sine ulla fere intermissione exquisitissimis cruciatibus, inter acerbissimos universi christiani martyrologii sane recensendis, immani crudelitate divexatus est. Nam brachia manusque summique digiti malleo contusa, genae capitis minutim consecatae, barba capillique cera conspersa flammisque tradita, nasus

item perforatus, pedes transfixi aliaeque saevitiae indignum in modum martyri inflictae. Quae omnia fidelissimus Christi sacerdos, ((instar *Laurentiani pectoris* in suo proposito invictus », uti probatissima testimonia retulerunt, impavido animo constanter tulit, nec ullis seu blanditiis seu minis vel tormentis adduci potuit, ut a catholica fide discederet. Dum enim acerbissimis illis admoveretur suppliciis, percontantibus ab ipso satellitibus num in catholica religione sibi perseverare constituisset, et sic propositae libertati divitiisque cum honoribus, quibus ad Lutheranam Confessionem converso frui liceret, acerbissimam praeferret mortem, strenuus Christi athleta unam hanc responsionem, quae catholicam professionem aperte sonaret, constantissime dedit : ((Vivam, patiar, moriar ut catholicus-papista ».

Nocte tandem diei 9 Decembris ad Moeni fluminis ripam deductus, plumbea primum glande vulneratus atque ense transfixus, illustre pro fide Christi martyrium consummavit. Exanime corpus dein in flumen proiectum, sed a nautis post aliquot menses extractum, humili occultoque loco humatum est. Postea vero, sedato armorum furore, ad sacellum ipsius castelli *Mainberg* **primum delatum, dein in** *Heidenfeldensis* **coenobii ecclesia honestae traditum est sepulturae. Tandem a. 1931 in paroeciali ecclesia eiusdem oppidi Heidenfeldiae conditum est, ibique pia fidelium veneratione colitur.**

Tam gloriosi martyrii, ad nostra usque tempora, perseverante immo et percrebrescente fama, omnibus ad rem perquisitis cribratisque documentis aliisque de iure peragendis rite peractis, Introductio ipsius Causae signata est decreto diei 19 Novembris 1970. Deinde vero tum in peculiari Consultorum Congressu, die 30 mensis Aprilis anni huius 1973 habito, tum in plenaria Patrum Cardinalium Congregatione die 3 mensis Iulii eodem hoc anno celebrata, Ponente seu Relatore Rev.mo Domino Aloisio Cardinali Traglia, mature est disceptatum super dubio : *An constet de martyrio eiusque causa necnon de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Officiales Praelati et Consultores primum, deinde Patres Cardinales, re mature perpensa, in hanc unanimes devenere sententiam, videlicet :** *ita de martyrio Servi Dei Liborii Wagner eiusque causa constare ut, impetrata dispensatione a signis seu miraculis ad normam canonis* 2116 § 2 *C.I.C., ad sollemnem eiusdem Martyris beatificationem, si Summo Pontifici placuerit, deveniri possit.*

Facta postmodum, die 23 mensis Augusti eodem anno, Summo Pontifici Paulo Papae VI per subscriptum Cardinalem de praemissis om-

nibus relatione, Sanctitas Sua sententiam affirmantem Coetus Plenarii Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut decretum super martyrio praedicti Servi Dei appararetur.

Hoc denique die, accitis ad se Rev.mis Cardinalibus infrascripto, huius Congregationis Praefecto, et Aloisio Traglia, Causae huius Ponente seu Relatore, meque Antistite a Secretis, aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : ***Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servi Dei Liborii Wagner ut, concessa a signis seu miraculis ad normam canonis*** **2116 § 2** ***C.I.C. omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, ***Praefectus***

L. © S.

© Iosephus Oasoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III

ROMANA SEU SABINEN, ET MANUELEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Bernardi Mariae a Iesu, praepositi generalis Congregationis Passionis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Superiores rationem pro animabus sibi commissis reddituri (cfr. ***Hebr.*** **13, 17), voluntati Dei in munere explendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exerceant, ita ut caritatem qua Deus illos diligit exprimant; subditos regant qua filios Dei et cum respectu personae humanae » (Decr.** ***Perfectae Caritatis,*** **n. 14).**

Hanc religiosi praelati imaginem, a Concilio Vaticano II perpulchre delineatam, in Servo Dei Bernardo Maria a Iesu, presbytero Con-

gregationis Clericorum a Christi Cruce et Passione, eximiis quibusque virtutibus ornatam, fulgere prouti ex iis quae dicentur, ultro patebit.

Natus Servus Dei Romae die 7 Novembris anno 1831 honestis parentibus Ioanne Thoma Silvestrelli et Teresia Gozani eodemque die baptizatus Caesaris Petri nomine, a teneris usque annis in timore Domini et christiana pietate institutus est. Adulescens humanioribus studiis in Clementini Collegii scholis, deinde in Collegio Romano operam navans, morum ac diligentiae laude enituit, dum interim, in pium oratorium a Petro Caravita nuncupatum adscitus socius, pietatis caritatisque operibus sese exercere coepit.

Anno 1848 pia matre et deinde anno 1853 genitore orbatus, haud ita multo post, religiosa vocatione satis explorata, ad Passionistarum recessum in Argentario monte convola vit. At novitiatum vix coeptum ob adversam valetudinem abrumpere coactus, suppliciter impetravit ut apud ipsos religiosos sodales hospes remanere sibi liceret, ecclesiastica prosecuturus studia. Quo tempore populum ad sancti Stephani Portum cholerico contagio saeve afflictum christianae caritatis subsidiis sublevavit. Ad presbyteratus ordinem die 22 Decembris a. 1855 promotus votique tandem compos effectus, insequenti anno 1856 Passionistarum novitiatum apud recessum Morrovallensem in Firmana dioecesi denuo ingressus est, sodalem et amicum dilectum nactus sanctum Gabrielem a Virgine Perdolente, cuius eximias aemulari virtutes iam tunc visus est.

Religiosis itaque nuncupatis votis atque canonicis studiis rite absolutis, cum interim de conspicui sui patrimonii fructibus in religionis caritatisque operibus dispensandis opportune disposuisset, sacris obeundis ministeriis alacriter se dedit. Novitiorum magister subinde deputatus, alumnorum animos ad religiosam perfectionem optime informavit. Rectoris quoque munere ad *Scalam Sanctam* in Urbe necnon regularis provinciae regimine biennio tanta laude functus est, ut anno 1878 Praepositus generalis suae Congregationis renuntiatus fuerit, in eoque officio a subsequentibus Capitulis annis 1884, 1893, 1899 et 1905 iterum atque iterum adlectus.

Generalem itaque Instituti praefecturam, reluctanti quidem sed docili acceptam animo, per annos circiter 25 gerens, pro spirituali eiusdem incremento ac diffusione indefesse adlaboravit, omnia ad commune religiosae perfectionis bonum, iuxta sancti Pauli a Cruce legiferi patris spiritum et hortamenta, fortiter ac suaviter disponens. Regularem in primis disciplinam pietatisque fervorem, tum viva voce

scriptisque normis, tum efficaci exemplo, fovit ac sustinuit, subditos quasi filios Dei ad perfectionem caritatis veluti manuducens, omnium ipse primus vel in cotidianis persolvendis officiis vel in arduis austeritatis actibus, quae Instituti lege praecipiuntur, exsequendis, quasi « regula vivens » ceteris effectus. Religiosos sodales ob leges rerum eversioni tunc faventes, bue illuc dispersos sollicite adunavit et reversos paterna caritate complexus est. Novas item domos novasque regulares provincias, nedum per Europae regiones sed et in dissitis Americae locis, erigendas optimoque spiritu, iuxta genuinas sodalicii traditiones, informandas curavit, eo quidem successu ut Congregatio Passionis, Servo Dei regente, et sodalium et piorum recessuum numero geminata, promptior evaderet ad nova aggredienda pro Dei gloria evangelizationis opera.

Diuturna eius praepositura « prudentiae et caritatis » regimen inter suos appellari consuevit, ipseque velut alter sodalitatis pater passim est habitus. Zelo namque flagrans pro domo Dei, dignis instituendis Ecclesiae administris praecipuas impendit curas; sacris item provehendis studiis, grassantis modernismi erroribus sedulo vitatis, sollerter intendit. Clericos Congregationis suae ad catecheticam pueris instructionem impertiendam expeditos esse voluit, Evangeliique praecones, ad regnum Dei propagandum, in dissitas regiones mittendos curavit.

Iugiter eius mens, vel inter cotidiana officii munera interdum sat ardua, Deo haerebat, Deum prae omnibus et unice quaerebat; neque ullis umquam angustiis aut difficultatibus deici visus est, tum sane animo promptior atque alacrior cum iniuriis, impugnationibus vel etiam infirmitatis incommodis affligeretur. Plures cotidie horas in oratione insumebat, exstatico interdum more, praesertim dum eucharisticum celebrabat Mysterium, totus in Deo defixus. De divinis vero colloquens infiammata veluti facie haud raro conspiciebatur. In filiali autem erga Deiparam Virginem excolenda ac promovenda pietate, haud inferior perinsigni sodali sancto Gabrieli habitus est.

Summis Pontificibus Pio IX, Leoni XIII ac S. Pio X carissimus, ab iisdem dum vivebat *sanctus* interdum appellatus, patribus item Cardinalibus aliisque praelatis necnon cuiusvis religiosi Instituti sodalibus acceptissimus, cunctis aedificationi erat et exemplo, quos et consiliis mira sapientia ac prudentia refertis, haud raro expetitus, confortabat atque iuvabat. Pauperibus profusa liberalitate profuit,

infirmis vero, praesertim in extremo agone versantibus, suavissima adstabat dilectione ac benignitate.

Mansuetus item ac temperantissimus Servus Dei fuit, patiens et magnanimus, paupertatis amantissimus, eaque erat humilitate, ut non solum Congregationis praefectura se abdicaverit, sed et amplissimam cardinalatus dignitatem haud semel sibi oblatam constanter recusaverit.

Deposita itaque anno 1907 generali praepositura, postremos vitae annos in Christi crucifixi intimo amore transegit, suaviores expetens piae solitudinis delicias, ut absconditam cum Christo in Deo vitam (cfr. ***Gol.*** **3, 3) plenius assequeretur. Tandem, gravi ex inopinato casu reportata capitis fractura, at animo fervens ac promptus, duo haec suavissima verba** ***mi Iesu*** **ingeminans, die 9 Decembris anno 1911 in sacro recessu apud oppidum vulgo nuncupatum** ***Moricone*** **in Sabinis, octogenarius, obdormivit in Domino.**

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens quoque decoratus fuit, post obitum non deferbuit, imo aucta est eamque Deus caelestibus signis visus est confirmare. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Instructi sunt igitur annis 1932-35 canonici processus ordinaria potestate in Curia Sabinen, et Mandelen. atque Romam sunt transmissi. Scriptis deinde Servi Dei recognitis, Sacra tunc Rituum Congregatio die 28 mensis Maii anno 1941 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procederetur, atque, servatis de iure servandis, die 13 Februarii a. 1942 Pius Papa XII commissionem introductionis Causae manu signavit propria. Adornati sunt postmodum processus auctoritate apostolica annis 1943-1947 in Curiis ecclesiasticis Romana, Sabinensi, Firmana, Recinetensi et Perusina super virtutibus in specie. De omnium autem processuum iuridica vi exiit decretum die 7 mensis Maii anno 1951. Hinc quaestio super virtutibus Famuli Dei agitata est apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem die 8 Iunii a. 1971 in Congressu Peculiari, quem secuta est Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium die 8 Maii a. 1973, in qua Rev.mus Cardinalis Pericles Felici, Causae Ponens seu Relator, sequens proposuit dubium discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et omnes Patres Cardinales affirmative responderunt, nempe Servum Dei christianas virtutes heroum in modum excoluisse.**

Certior de praemissis omnibus factus, Summus Pontifex Paulus VI, die 25 eiusdem mensis Maii sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, decretum super Famuli Dei virtutibus apparari mandavit.

Quod cum factum esset, hodierna die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Pericle Felici, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, Servi Dei Bernardi Mariae a Iesu, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Octobris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

LffiS.

& Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì **7** Gennaio **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **LOMBUME MUJWAN KALLYMAZI**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dello Zaire.

Giovedì **10** Gennaio **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **ANTONIO ROCHA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Colombia.

Giovedì **24** Gennaio **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **PIERRE ILBOUDO**, primo Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Alto Volta.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

31 gennaio 1974. S. E. Mons. Righi Lamhertini Egano, Nunzio Apostolico a Parigi, ***Inviato Speciale con funzioni di Osservatore Permanente della Santa Sede presso il Consiglio d'Europa a Strasburgo.***

» » » Mons. Meile Adriano, Consigliere di Nunziatura, ***Delegato dell'Inviato Speciale della Santa Sede presso il Consiglio d'Europa a Strasburgo.***

» » » Il Rev.do Padre Hirudayam Ignatius S.I. (India), ***Consultore del Segretariato per i non Cristiani.***

19 febbraio » S. E. Mons. Bernardin Joseph, Arcivescovo di Cincinnati, ***Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.***

23 » » Il Rev. Mons. Cordero Lanza di Montezemolo Andrea, ***Pro-Segretario della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax ».***

NECROLOGIO

1 febbraio 1974. Mons. Raymond Leonard Joseph, Arcivescovo di Nagpur.
3 » » Mons. García y García De Castro Rafael, Arcivescovo di Granada.
11 » » Mons. Pham-Nang-Tinh Joseph Maria, Vescovo di Buichu.
26 » » Mons. Alvarez Macuá José, Vescovo tit. di Colibrasso.

An. et vol. LXVI 31 Manu 1974 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos universos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de Beatae Mariae Virginis cultu recte instituendo et augendo.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

MARIALIS CULTUS ut incrementis ditaretur, ex quo ad Petri cathedram sumus evecti, continenter dedimus operam; non solum scilicet Nobis in animo fuit sensum Ecclesiae circa hanc rem et internum quendam impulsum, quo permovemur, exprimere, sed ad hoc adducti sumus etiam propterea quod haec pietatis forma, quemadmodum notum est, pars eximia efficitur sacri cultus illius, in quo fastigium sapientiae et culmen religionis quasi in unum confluunt,[1] et qui idcirco officium est praecipuum Populi Dei.

Hoc quidem officium prae oculis habentes, semper fovimus et proveximus magnum illud opus instaurationis liturgicae, a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo susceptum, neque, procul dubio, sine peculiari divinae Providentiae consilio eve-

[1] Cf. Lactantius, *Divinae Institutiones* IV; S, 6-10: *CSEL* 19, p. 279.

nit, ut primum eiusdem universalis Synodi documentum, quod Nos una cum venerabilibus Patribus approbavimus cuique ***in Spiritu Sancto*** subscripsimus, Constitutio esset a verbis ***Sacrosanctum Concilium*** incipiens, quippe cui propositum esset Liturgiam instaurare et augere, atque fidelium participationem in divinis mysteriis magis frugiferam reddere.[2] Ex illo tempore multa acta Pontificatus Nostri eo spectaverunt, ut cultus Deo debitus aptiore ratione disponeretur; quod comprobatur promulgatione, his annis facta, multorum Romani ritus librorum, qui secundum principia normasque eiusdem Concilii sunt instaurati. De qua re Domino, omnium bonorum largitori, gratias ex animo referimus, gratiamque habemus Conferentiis Episcopalibus singulisque Episcopis, qui Nobis ad libros illos praeparandos vario modo adiutricem operam praebuerunt.

Dum vero animo laeto gratoque opus iam perfectum mente consideramus necnon primos felices eventus renovationis liturgicae, qui numero augebuntur prout huiusmodi instauratio penitius intellegetur quoad rationes suas primarias seu fundamentales atque ad usum recte deducetur, munus Nostrum esse putamus vigili cura fovere quaevis incepta eo pertinentia, ut cultus proficiat, quo Ecclesia in ***spiritu et veritate*** (cf. ***Io.*** 4, 24) Patrem, Filium et Spiritum Sanctum adorat, ***Beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneratur,***[3] memoriam Martyrum aliorumque Sanctorum religiosis colit obsequiis.

Progressus autem, quem exoptamus, devotionis erga Mariam Virginem, insertae (ut supra significavimus) in illum veluti cursum unius cultus, qui iure meritoque ***christianus*** appellatur — cum a Christo originem et efficaciam trahat, in Christo integram absolutamque exprimendi rationem habeat

[2] Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* nn. 1-3, .11, 21, 48: *A.A.S.* 56 (1964), pp. 97-98, 102-103, 105-106, 113.

[3] Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 103: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125.

per Christum ad Patrem ferat in Spiritu — est quiddam distinguens ipsam Ecclesiae pietatem. Re quidem vera eadem devotio in ipsa cultus exhibitione intimo quodam nexu consilium divinum de generis humani redemptione manifestat, ita ut pro singulari loco, quem in illo consilio Maria obtinet, peculiaris cultus congruenter eidem exhibeatur;[4] pariter genuinum profectum cultus christiani necessario subsequatur recta probataque progressio venerationis, qua Dei Genetrix colitur. Ceterum ipsa historia devotionis ostendit ***varias formas pietatis er gn Dei Genetricem, quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae approbavit,***[5] effectas esse et viguisse convenienti ratione subiectas cultui, qui Christo praebetur, et ad eum ferri quasi ad centrum, quo suapte natura et necessario referuntur. Quod quidem et aetate nostra evenit. Etenim Ecclesia horum temporum, de mysterio Christi atque de sua ipsius natura recogitans, eandem Mulierem invenit, et in prioris veluti fonte et in alterius consummatione, Virginem scilicet Mariam, quippe quae esset Mater Christi et Mater Ecclesiae. Aucta vero cognitio muneris Mariae crediti evasit veneratio plena laetitiae, quae ei adhibetur, et reverentia, cum adoratione coniuncta, adversus consilium Dei, qui in Familia sua — quae est Ecclesia — perinde ac in quovis domestico convictu adesse vult Mulierem, quae in abscondito et voluntate serviendi ducta, ipsi invigilet, ***eiusque gressus tueatur benigna donec dies Domini gloriosus adveniat.***[6]

Mutationes temporibus nostris inductae in mores sociales, in populorum sentiendi vim, in modos, quibus litterae et artes exprimuntur, in rationes socialis communicationis, etiam ad formas sensus religiosi significandi vim habuerunt. Pro-

[4] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 66: *A.A.S.* 57 (1965), p. 65.**

[5] **Cf. *ibid.***

[6] **Missa votiva de B. Maria Virgine Ecclesiae Matre, *Praefatio.***

fecto quaedam cultus exhibendi consuetudines, quae non ita pridem aptae esse videbantur ad sensus religiosos singulorum et communitatum christianarum manifestandos, hodie non sufficere putantur aut minus esse idoneae, utpote ad praeteritas rationes socialis vitae et cultus humani pertinentes, dum a pluribus novi exquiruntur modi significandi immutabilem illam necessitudinem, quae inter creaturas et Creatorem, inter filios et Patrem eorum intercedit. Quod quidem efficere potest, ut nonnulli ad tempus perturbentur; sed qui animo Deo ipsi fidente de eiusmodi cogitat rebus, animadvertit multas propensiones pietatis hodiernae — ut exemplum afferamus, sensum religionis ad interiora magis quam ad exteriora conversum — ad christianae pietatis auctum in universum et ad devotionem marialem peculiariter conferre. Itaque haec aetas, dum diligenter traditionis vocem auscultât et theologiae aliarumque disciplinarum profectum attente considerat, laudis praeconium, pro sua parte, tribuet ei, quam secundum ipsius prophetica verba ***beatam dicent omnes generationes*** (cf. ***Lc.*** **1,** 48).

Quocirca ministerio Nostro apostolico consentaneum esse arbitramur, ut una vobiscum, Venerabiles Fratres, quasi colloquentes, de quibusdam argumentis disseramus, pertinentibus ad locum, quem beata Maria Virgo in cultu Ecclesiae obtinet. Quae quidem argumenta ex parte iam Concilium Vaticanum II attigit,[7] atque Nosmet ipsi tractavimus;[8] sed non est abs re de iisdem iterum agere, ut dubitationes discutiantur et — ac quidem potissimum — illa devotio erga beatam Mariam Virginem provehatur, quae in Ecclesia e Verbo Dei ut e causa procedit et in Spiritu Christi exercetur.

Itaque in nonnullis quaestionibus libet immorari, quae ad necessitudinem inter sacram Liturgiam et cultum Dei Gene-

[7] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* nn. 66-67: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 65-66; Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 103: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125.

[8] Cf. Adhortatio Apostolica *Signum magnum: A.A.S.* 59 (1967), pp. 465-475.

tricis spectant (I); considerationes et normas directorias proponere aptas ad legitimum eiusdem cultus progressum fovendum (II); quaedam denique cogitata subicere pertinentia ad recitationem Sacratissimi ***Rosarii*** alacriter et magis conscie instaurandam, de cuius usu Decessores Nostri instanter monuerunt, quodque apud populum christianum magnopere invaluit.

I

1. De loco tractaturis, quem beata Maria Virgo in cultu christiano obtinet, imprimis attendenda est Nobis sacra Liturgia; cui, praeter uberem doctrinam, incomparabilis inest efficacitas pastoralis, quaeque pro ceteris cultus formis probatam vim exempli habet. Vellemus quidem varias Liturgias Orientis et Occidentis regionum expendere, sed, ad huius Adhortationis Apostolicae finem quod attinet, fere dumtaxat libros ritus Romani inspiciemus, utpote qui solus, secundum normas practicas a Concilio Vaticano II editas,[9] penitus instauratus sit etiam quod ad locutiones spectat, quibus veneratio beatae Mariae Virginis significatur; qui quidem ritus hac de causa attente consideretur et aestimetur oportet.

2. Ante Liturgiae Romanae renovationem diligenter instaurandum fuit eius ***Calendarium Generale.*** Quod, cum propterea esset concinnatum, ut celebratio operis salutiferi statis diebus in luce sua, prout decet, collocaretur, per anni circulum toto mysterio Christi, ab Incarnatione usque ad exspectationem gloriosi eius adventus,[10] distributo, effecit, ut modo aptius disposito et arctiore conexione memoria Matris in annuum cyclum mysteriorum Filii insereretur.

3. Tempore ergo Adventus in sacra Liturgia, praeterquam in sollemnitate diei VIII mensis Decembris — qua simul imma-

[9] **Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 3: *A.A.S.* 56 (1964), p. 98.**

[10] **Cf. Conc. Vat. II, *ibid.,* n. 102: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125.**

culata Conceptio Deiparae Virginis, praeparatio, ad radicem pertingens (cf. *Is.* **11, 1. 10),** adventus Salvatoris et felix initium Ecclesiae, sine macula vel ruga formosae,[11] recoluntur — eadem Virgo saepe commemoratur, praesertim in feriis, quae a die xvii ad diem xxiv Decembris ducuntur, et modo singulari die dominica Nativitatem Domini praecedente, qua vetera praesagia prophetarum de Virgine Matre ac de Messia[12] exsonant necnon narrationes evangelicae de instanti natali Christi eiusque Praecursoris leguntur.[13]

4. Hoc profecto modo fideles, qui e sacra Liturgia spiritum Adventus ad vitam suam transferunt, inefïabilem dilectionem, qua Virgo Mater Filium sustinuit,[14] considerantes, inducuntur, ut eam sibi tamquam exemplum proponant et venturo Salvatori obviam ire parent, ***in oratione pervigiles et in suis... laudibus exsultantes}***[1] Iuvat etiam animadvertere in Liturgia Adventus, eo quod exspectatio messianica et exspectatio gloriosi reditus Christi cum memoria, admirationis plena, Matris coniunguntur, praeberi exemplum praeclarae aequabilitatis in cultu exhibendo, quod quasi norma haberi potest, ea mente ut quaevis inclinatio praepediatur seiungendi — quemadmodum in quibusdam formis pietatis popularis accidit — devotionem erga Deiparam Mariam a centro, quo necessario referatur oportet : a Christo, quodque efficit, ut hoc tempus putari possit — cultores sacrae Liturgiae id asseveraverunt — singularem in

[11] Cf. *Missale Romanum* ex Decr. Sacr. Oec. Conc. Vat. II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum, ed. typica, MCMLXX, die 8 Decembris, *Praefatio.*

[12] *Missale Romanum* ex Decr. Sacr. Oec. Conc. Vat. II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum, *Ordo Lectionum Missae,* ed. typica, MCMLXIX, p. 8: Lectio I (Anno A: *Is.* 7, 10-14: «Ecce Virgo concipiet»; Anno B: *2 Sam.* 7,1-5. 8b-ll. 16: «Kegnum David erit usque in aeternum ante faciem Domini»; Anno C: *Mich.* 5, 2-oa *[Hebr.* l-4aj: «Ex te egredietur dominator in Israel»).

[13] *Ibid.,* p. 8: Evangelium (Anno A: *Mt.* 1, 18-24: «Iesus nascetur de Maria, desponsata Ioseph, filio David»; Anno B: *Lc.* 1, 26-38: «Ecce concipies in utero et paries filium»; Anno C: *Lc.* 1, 39-45: «Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?»).

[14] Cf. *Missale Romanum, Praefatio de Adventu,* II.

[15] *Missale Romanum, Ibid.*

modum idoneum ad cultum Dei Genetrici praestandum; hanc quidem propensionem et consilium Nos prorsus confirmamus, optantes, ut ea omnibus locis accipiantur atque secundentur.

5. Tempus vero Nativitatis Domini quasi quaedam continuata memoria est maternitatis divinae, virginalis, salvificae illius, cuius ***intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorem;*** [16] re quidem vera in sollemnitate Nativitatis Domini Ecclesia, Salvatorem adorans, gloriosam eius Matrem veneratur; in Epiphania Domini, dum vocationem universalem ad salutem celebrat, Virginem contemplatur, veram Sedem Sapientiae veramque Matrem Regis, quae omnium gentium (cf. ***Mt.*** 2, 11) Redemptorem Magis adorandum exhibet; atque in Festo Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph (Dom. infra Oct. Nativitatis Domini) vitam sanctam venerabunda perscrutatur, quam Iesus, Filius Dei et Filius hominis, Mater eius Maria et Ioseph, vir iustus (cf. ***Mt.*** 1, 19), in domo Nazarethana duxerunt.

In temporis Nativitatis ordine restituta animi communi studio, ut Nobis videtur, convertantur oportet ad instauratam sollemnitatem sanctae Dei Genetricis Mariae; quae, secundum antiquum Liturgiae Urbis Romae indicium, Kalendis Ianuariis attributa, eo spectat, ut munus celebrando recolatur, quod Maria in hoc mysterio salutis gessit, et ut singularis dignitas collaudetur, quae inde obvenit ***sanctae Parenti... per quam meruimus... Auctorem vitae suscipere}*** [17] Eadem sollemnitas praeterea egregiam praebet opportunitatem iterandae adorationis, quam nato Principi Pacis decet adhibere, ut denuo audiatur laetus nuntius evangelicus (cf. ***Lc.*** 2, 14), necnon a Deo, Regina Pacis deprecante, summum donum pacis imploretur. His rebus inducti, Octava Natalis Domini in auspicalem diem, anni initium, feliciter incidente, huic assignavimus celebrationem diei in universo mundo fovendae Pacis, quae maiore usque consen-

[16] *Missale Romanum,* **Prex Eucharistica I,** *Communicantes* **in Nativitate Domini et per octavam.**

[17] *Missale Romanum,* **die 1 Ianuarii,** *Ant. act introitum* **et** *Collecta.*

sione probatur, atque in animis multorum hominum fructus pacis iam edit.

6. Ambabus sollemnitatibus memoratis, Conceptionis immaculatae et Maternitatis divinae, addendae sunt antiquae celebrationes, quae die xxv mensis Martii et xv mensis Augusti fiunt.

Ad agendum sollemne Incarnationis Verbi, in ***Calendario Romano,*** allatis argumentis, restitutum est vetustum nomen ***In Annuntiatione Domini,*** verumtamen celebratio est festivitas et Christi simul et Virginis: id est et Verbi, quod fit ***filius Mariae (Me.*** 6, 3), et Virginis, quae Mater Dei efficitur. Christi habito respectu, Oriens et Occidens, in suis Liturgiis, inexhaustarum divitiarum plenis, eiusmodi sollemnitatem agunt ut memoriam illius ***fiat*** salvifici ab Incarnato Verbo prolati, quod in hunc mundum ingrediens dixit: ***Ecce venio... ut faciam, Deus, voluntatem tuam {Hebr.*** 10, 7; ***Ps.*** 39, 8-9), ut commemorationem scilicet initii redemptionis, necnon indissolubilis et sponsalis inter naturam divinam et humanam unionis, quae in unica exsistit Verbi Persona. Quod vero ad Mariam attinet, celebrant ea sacra ut festum novae Evae, virginis oboedientis et fidelis, quae, verbo illo ***fiat*** magnanimiter enuntiato (cf. ***Lc. 1,*** 38), reddita est, Spiritu Sancto operante, Dei Genetrix, atque etiam vera Mater viventium et, in corpore suo suscipiens unum Mediatorem (cf. ***1 Tim.*** 2, 5), vera Foederis Arca verumque templum Dei; id est ut recordationem momenti temporis, quod summum fuit in illo quasi colloquio a Deo cum homine de huius salute instituto, et ut memoriam liberae assensionis Virginis et operae adiutricis ad exsequendum consilium divinum de redemptione humana.

In sollemnitate autem diei xv mensis Augusti Mariae gloriosa Assumptio in caelum celebratur; quae quidem est festivitas, qua plenitudo et beatitas, cui destinata fuit, glorificatio animae ipsius immaculatae corporisque virginalis, perfectae

illius configurationis, qua Christo e mortuis resuscitato est conformata, recoluntur; festivitatem dicimus, qua Ecclesiae et hominum societati imago et documentum, solacium afferens, proponuntur, quibus docemur spem extremam impleri; siquidem glorificatio, quondam perficienda, est fausta sors omnium illorum, quos Christus fratres effecit, participans iisdem ***sanguine et carne (Hebr.*** 2, 14; cf. ***Gal.*** 4, 4). Sollemnitas autem Assumptionis festive extenditur ad memoriam post octo dies agendam beatae Mariae Virginis Reginae, qua consideratur illa, quae iuxta Regem saeculorum sedens, ut Regina refulget et ut Mater intercedit.[18] Itaque quattuor sunt sollemnitates, per quas praecipuae veritates, humilem Ancillam Domini respicientes, summo gradu celebrationis liturgicae tributo, illustrantur.

7. His sollemnitatibus perspectis, illae imprimis festivitates, ad eventus salvificos commemorandos pertinentes, oportet expendatur, in quibus beata Maria Virgo Filio arcto nexu sociatur; cuius modi sunt festum Nativitatis eiusdem beatae Mariae Virginis (d. VIII m. Sept.), ***quae universo mundo spes fuit et aurora salutis f Visitationis*** (d. XXXI m. Maii), cuius Liturgia celebrat beatam Mariam Virginem, Filium alvo gestantem;[20] quae quidem Elisabeth adit, ut ei caritatis suae auxilium praebeat et misericordiam Dei Salvatoris pronuntiet;[21] memoria Virginis Perdolentis (d. XV m. Sept.), qua opportunitas praebetur in mentem vivide revocandi momentum maximum et quasi decretorium historiae salutis, necnon venerandi ***comparentem Matrem Filio,*** cui, in cruce exaltato, astabat.[22]

Festum quoque diei II mensis Februarii, cui restitutum est nomen ***In Praesentatione Domini,*** est attendendum, ut penitus

[18] Cf. *Missale Romanum,* die 22 Augusti, *Collecta.*
[19] *Missale Romanum,* die S Septembris, *Post communionem.*
[20] Cf. *Missale Romanum,* die 31 Maii, *Collecta.*
[21] Cf. *ibid., Collecta* et *Super oblata.*
[22] *Missale Romanum,* die 15 Septembris, *Collecta.*

percipiantur uberrimae, quas continet, res, memoria nempe coniuncta Filii et Matris; est enim celebratio mysterii salutis, a Christo effecti, cui Virgo intime consociata est ut Mater doloribus obnoxii Servi I ah ve, ut exsecutrix muneris, quod veteris Israel proprium erat, et ut exemplar novi Populi Dei, qui circa fidem et spem continenter cruciatibus et persecutionibus affligitur (cf. ***Lc*** 2, 21-35).

8. Quodsi ***Calendario Romano*** instaurato praesertim celebrationes memoratae collocantur in lumine, tamen alius generis commemorationes liturgicae includuntur, quippe quae, cultus localis rationibus innixae, latius pervagatae sint pluriumque studia excitarint (d. xi m. Febr. : Beatae Mariae Virginis de Lourdes; v Aug. : In dedicatione basilicae S. Mariae); huc pertinent etiam aliae, quae, initio a peculiaribus religiosis familiis celebratae, nunc autem, quoniam amplius sunt diffusae, vere ecclesiales dici possunt (xvi Iul. : Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo; **VII** Oct. : Beatae Mariae Virginis a Rosario); aliae denique recensendae sunt, quae, extra elementum apocryphum, res continent praeclari exempli vim obtinentes atque venerabiles traditiones persequuntur, quae maxime Orientalium animis insident (xxi Nov. : In Praesentatione beatae Mariae Virginis), vel propensiones testantur, quae in horum temporum pietate in valuerunt (sabb. post dom. secundam post Pentecosten: Immaculati Cordis beatae Mariae Virginis).

9. Neque oblivisci licet in ***Calendario Romano*** non omnes mariales celebrationes recenseri, siquidem in Calendaria particularia inducuntur, normis liturgicis adamussim quidem servatis, animis vero pie libenterque assentientibus, festivitates marianae variarum Ecclesiarum localium. Restat demum, ut mentionem iniciamus de facultate crebro commemorationem liturgicam Virginis faciendi ope Memoriae sanctae Mariae in Sabbato; quae antiqua est atque quasi submissa, quaeque propter flexibilem rationem nunc vigentis Calendarii et multiplicem

numerum exemplorum, quae in Missali exhibentur, quam maxime commoda est ac varia.

10. Non est Nobis propositum in hac Adhortatione Apostolica omnia, quae novo Missali Romano continentur, animo lustrare, sed, quoniam statuimus de libris instauratis ritus Romani aestimare,[23] aliquas huius rei facies et argumenta Nos iuvat explanare. Imprimis animadvertere volumus in Precibus Eucharisticis Missalis — admirabili quadam convenientia cum Liturgiis orientalibus[24] — beatae Mariae Virginis memoriam alta vi praeditam inveniri. Hoc scriptum legimus in vetusto Canone Romano, ubi Dei Genetrix verbis uberi doctrina et cultus fervore plenis recolitur: ***Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genericis Dei et Domini Nostri Iesu Christi-,*** pariter in Prece Eucharistica III, recens inducta, desiderium impensa supplicatione deprecantium, ut una cum Matre participare possint filiorum hereditatem, sic exprimitur: ***Ipse nos tibi*** (Patri) ***perficiat munus aeternum, ut cum electis tuis hereditatem consequi valeamus, in primis cum beatissima Virgine, Dei Genetrice, Maria.*** Haec memoria cotidiana, utpote quae in ipso medio Sacrificio divino sit collocata, haberi debet modus peculiariter significans cultum, quem Ecclesia ***Benedictae ab Altissimo*** exhibet (cf. ***Lc.*** **1,** 28).

11. Si autem Missalis nuper instaurati textus percurrimus, plane intellegimus potiora illa argumenta Romanae euchologiae — argumenta dicimus immaculatae conceptionis atque gratiae plenitudinis, divinae maternitatis, perfectae ac fecundae virginitatis, templi Spiritus Sancti, sociatae operae cum munere Filii, sanctitatis in exemplum efïulgentis, mise-

[23] **Cf. n. 1, p. 9.**

[24] **Ex multis anaphoris hae animadvertantur, quae apud Orientales singulari in honore sunt: *Anaphora Marci Evangelistae, Prex Eucharistica,* ed. A. Hänggi-I. Pähl, Fribourg, Editions universitaires, 1968, p. 107; *Anaphora Iacobi fratris Domini graeca, ibid.,* p. 257; *Anaphora Ioannis Chrysostomi, ibid.,* p. 229.**

ricordissimae deprecationis, assumptionis in caelum, regalis ac maternae dignitatis, alia deinceps — ea omnia esse recepta continua quadam et expleta doctrinae convenientia cum superioribus saeculis, dum alia etiam argumenta, aliquatenus nova, illuc sunt inducta, quae parem praeferant congruentiam cum theologicis aetatis hodiernae progressionibus. Ita fit, ut aliquod supponamus exemplum, de Ecclesiae-Mariae argumento, quod in eiusdem textus Missalis varie copioseque est inclusum, quemadmodum et variae et multiplices sunt rationes, quae Christi Matri cum Ecclesia intercedunt. Hi enim loci in Virginis sine labe Conceptione primum Ecclesiae exordium agnoscunt, quae est sponsa sine macula Christi;[25] in Assumptionis dogmate iam factum initium itemque imaginem illius eventus deprehendunt, qui adhuc quod ad Ecclesiam universam attinet fieri debet;[26] in maternitatis mysterio Mariam tamquam Capitis et membrorum matrem confitentur, adeo ut ea sancta Dei Genetrix simulque provida Mater Ecclesiae sit praedicanda.[27]

Cum vero sacra Liturgia ad Ecclesiam sive primaevam sive hodierni huius temporis oculos intendit, veluti e constituto ipsam invenit Mariam; tum scilicet, quando una cum Apostolis aderat orationique instabat,[28] et nunc pariter ut et praesens et operans, quacum Ecclesia una simul Christi mysterium vivere vult: ... ***da Ecclesiae tuae, ut Christi passionis cum ipsa*** (Maria) ***consors effecta, eiusdem resurrectionis particeps esse mereatur;***[29] atque etiam ut laudes resonans, quacum Ecclesia Dei gloriam celebrare intendit: ... ***cum ipsa*** (Maria) ***te semper magnificare possimus.***™ Quoniam vero Liturgia cultus

[25] Cf. *Missale Romanum,* die 8 Decembris, *Praefatio.*

[26] Cf. *Missale Romanum,* die 15 Augusti, *Praefatio.*

[27] Cf. *Missale Romanum,* die I Ianuarii, *Post Communionem.*

[28] Cf. *Missale Romanum,* Commune B. Mariae Virginis, 6. Tempore paschali, *Collecta.*

[29] *Missale Romanum,* die 15 Septembris, *Collecta.*

[30] *Missale Romanum,* die 31 Maii, *Collecta.* Idem resonat in *Praefatione* de B. Maria Virgine, II: «Vere dignum ... Beatae Virginis Mariae memoriam recolentes, clementiam tuam *ipsius* grato magnificare praeconio».

est, qui constantem vitae actionem postulat, eadem obsecrat, ut pietatem erga Virginem in solidum dolentemque Ecclesiae amorem convertere valeat, sicut in oratione ***post Communionem*** diei xv mensis Septembris mirabiliter proponitur: ... ***ut compassionem beatae Mariae Virginis recolentes, ea in nobis pro Ecclesia adimpleamus, quae desunt Christi passionum.***

12. ***Ordo Lectionum Missae*** unus e Romani ritus liber sane existimandus est, qui multam ex instauratione post Oecumenicum Concilium facta utilitatem perceperit, sive ob adiunctorum textuum numerum sive ob inditam ipsis significationem. Sunt enim loci, ubi Dei sermo continetur, qui semper ***vivus et efficax*** est (cf. ***Hebr.*** 4, 12). Pro tanta quippe sacrarum lectionum copia factum est, ut per ordinatam trium annorum seriem integra historia salutis enarraretur ipsumque Christi mysterium maiore integritate proponeretur. Debita inde bonaque ratione secutum est, ut ***Lectionarium*** ampliorem lectionum sive e Vetere, sive e Novo Testamento numerum contineret, ad beatam ipsam Virginem attinentium: qui auctus tamen numerus nullo pacto disiungitur ab aequabili aestimatione, quandoquidem eae tantum lectiones retentae sunt, quae ob manifestam rerum veritatem vel ob argumenta curatioris explanationis, praeceptis Magisterii aut firmioris traditionis suffultae, iure merito, quamvis modo graduque diverso, marialem sensum praeferre censentur. Praetereaque id attendatur oportet lectiones huiusmodi non tantum in festis beatae Virginis occurrere, sed in pluribus etiam adiunctis recitari, veluti in quibusdam liturgici anni dominicis,[31] in ritibus celebrandis, qui penitius sacramentalem christianorum vitam attingunt eorum-

[31] **Cf. *Ordo Lectionum Missae,* Dom. III Adventus (Anno C: *Sopii.* 3, 14-18a); Dom. IV Adventus (cf. supra ad annot. 12) ; Dom. infra Oct. Nativitatis (Anno A: *Mt. 2,* 13-15. 19-23; Anno B: *Lc. 2,* 22-40; Anno C: *Lc. 2,* 41-52); Dom. II post Nativitatem *(Io.* 1, 1-18); Dom. VII Paschae (Anno A: *Act.* 1, 12-14); Dom. II per annum (Anno C: *Io.* 2, 1-12); Dom. X per annum (Anno B: *Gen. 3,* 9-15); Dom. XIV per annum (Anno B: *Me.* 6, 1-6).**

que optiones,[32] in factis denique casibusque sive laetis sive acerbis, quae ipsi experiuntur.[33]

13. Instauratus quoque Liber de officio laudis, nempe ***Liturgia Horarum,*** insignia item pietatis testimonia erga Matrem Domini exhibet: primum in hymnodicis scriptionibus, quas inter haud desunt eximia humanarum litterarum monumenta, ut est oratio illa Dantis Alagherii ad Virginem;[34] deinde in antiphonis, quae cursum cotidianae precationis concludunt effusior e accensioreque spiritu supplicationis, quibusque celebratum troparium ***Sub tuum praesidium*** est adiunctum, tam vetustate venerandum quam sententiis mirabile ; tum in precibus ***ad Laudes Matutinas*** et ***ad Vesperas,*** in quibus saepe saepius ad Matrem misericordiae plena cum fiducia confugitur; demum in copiosis selectisque paginis marialis devotionis, quarum auctores vel primis christianae religionis primordiis vel media recentioreque aetate floruerunt.

14. Quodsi Missale, Lectionarium, Liturgia Horarum, quae tamquam cardines totius orationis liturgicae Romanae existimanda sunt, memoriam Virginis frequenti celebrant veneratione, cetera etiam liturgica volumina haud paucos praebent locos, quibus impensus amor ac supplex deprecatio erga Deiparam declaratur; eam etenim Ecclesia invocat Matrem gratiae, prius quam candidatos in salutares aquas baptismatis demergat,[35] eius supplicationem implorat pro matribus,

[32] Cf. *Ordo Lectionum Missae,* Pro catechumenatu et baptismo adultorum, Ad traditionem Orationis Dominicae (Lectio II, 2: *Oal.* 4, 4-7); Ad Initiationem christianam extra Vigiliam paschalem (Evang., 7: *Io.* 1, 1-5. 9-14. 16-18); Pro nuptiis (Evang., 7: *Io.* 2, 1-11); Pro consecratione virginum et professione religiosa (Lectio I, 7: *Is.* 61, 9-11; Evang., 6: *Me.* 3, 31-35; Lc. 1, 26-38 [cf. *Ordo consecrationis virginum,* n. 130; *Ordo professionis religiosae,* Pars altera, n. 145]).

[33] Cf. *Ordo Lectionum Missae,* Pro profugis et exsulibus (Evang., 1: *Mt.* 2, 13-15. 19-23); Pro gratiarum actione (Lectio I, 4: *Soph.* 3, 14-15).

[34] Cf. *La Divina Commedia, Paradiso* XXXIII, 1-9; cf. *Liturgia Horarum,* Memoria Sanctae Mariae in Sabbato, ad Officium lectionis, *Hymnus*

[35] Cf. *Ordo baptismi parvulorum,* n. 48; *Ordo initiationis christianae adultorum,* n. 214.

quae, gratissimae ob acceptum maternitatis donum, templum laetabundae adeunt;[36] eam tamquam exemplar suis filiis filiabusque proponit, qui Christi sequelam, religiosam amplectentes vitam, profitentur[37] vel virginalem consecrationem accipiunt,[38] iisque omnibus maternum eiusdem subsidium deposcit;[39] ei instantem adhibet deprecationem pro filiis, quibus monendi hora impendet;[40] eius expetit interventionem pro iis qui, oculis ante lucem temporalem conventibus, iam ante Christum, lumen aeternum, sunt constituti;[41] suave denique ipsa impetrante invocat solacium illis, qui, gravi oppressi amaritudine, propinquorum suorum exitum in fide deflent.[42]

15. Haec igitur librorum liturgicorum, qui recens instaurati sunt, inspectio ad unum quoddam iucunda fiducia statuendum atque confirmandum nos movet: per factam nempe post Concilium Vaticanum instaurationem, quod esset iam in votis Motus, quem dicunt, Liturgici, Virginem Mariam convenienti quadam prospectus amplitudine esse consideratam in toto Christi mysterio, iuxtaque placita traditionis singularem illum locum esse agnitum, qui ad eandem spectat in cultu christiano, utpote quae sit sancta Dei Genetrix et alma Redemptoris socia.

Neque aliud prorsus evenire poterat. Si quis enim christiani vices cultus exploret, facile percipit tum in Orientis tum in Occidentis regionibus lectissimas atque splendidissimas voces pietatis erga beatam Virginem aut intra ipsius Liturgiae fines floruisse, aut esse in eius corpus adiunctam.

Equidem iuvat advertere, quem cultum in praesenti Eccle-

[36] Cf. *Rituale Romanum,* Tit. VII, cap. III, De benedictione mulieris post partum.

[37] Cf. *Ordo professionis religiosae,* Pars Prior, nn. 57 et 67.

[38] Cf. *Ordo consecrationis virginum,* n. 16.

[39] Cf. *Ordo professionis religiosae,* Pars Prior, nn. 62 et 142; Pars Altera, nn. 67 et 158; *Ordo consecrationis virginum,* nn. 18 et 20.

[40] Cf. *Ordo unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae,* nn. 143, 146, 147, 150.

[41] Cf. *Missale Romanum,* Missae defunctorum, Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus, *Collecta.*

[42] Cf. *Ordo exsequiarum,* n. 226.

sia universalis Sanctissimae Deiparae praebet, eum manare et prorogare nullaque intermissione illam augere devotionem, quam nullo non tempore ei tribuit Ecclesia, diligentissimo studio veritatis impulsa vigilantique semper formarum dignitate usa. Ex perenni enim fonte traditionis, quae vivax quidem est ob indeficientem Spiritus praesentiam continuumque divinorum Verborum auditum, Ecclesia hodierni temporis rationes et argumentationes et instimulationes haurit ad alendum cultum, quem ipsi Virgini adhibet. Huiusce viventis traditionis Liturgia, per Magisterium probata atque roborata, celsissimum exstat testimonium itemque firmissimum monumentum.

16. Nunc vero, ea persequentibus, quae sacri Concilii doctrina tradit de Maria et Ecclesia, placet singularem rationem perpendere earum necessitudinum, quae Mariae cum Liturgia intercedant: quomodo videlicet Maria exemplar evaserit sensus pietatis, quo Ecclesia divina mysteria et celebrat et vivendo exprimit. Posse autem Mariam Virginem in hac provincia exemplo esse, inde manat, quod ipsa ab Ecclesia tamquam specimen et documentum praestantissimum fidei, caritatis et absolutissimae coniunctionis cum Christo habetur,[43] id est interioris illius habitus, quo Ecclesia, sponsa dilectissima, cum Domino suo vehementer consociata, eum invocat et per eum aeterno Patri cultum tribuit.[44]

17. Atque primum, Maria est ***Virgo audiens,*** quae Dei verbum cum fide excepit. Cum fide dicimus, quae fuit ei condicio et via, qua patuit ei divina maternitas : quia, ut S. Augustinus sagaciter dicit, ***Beata Maria*** (Iesum) ***quem credendo peperit, credendo concepit.***® Cui dubitanti cum Angelus scrupulum avulsisset (cf. ***Lc.*** 1, 34-37), ***illa fide plena et Christum prius mente***

[43] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 63: *A.A.S.* 57 (1965), p. 64.

[44] Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 7: *A.A.S.* 56 (1964), pp. 100-101.

[45] *Sermo* 215, 4: *PL* 38, 1074.

quam ventre concipiens, Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum (Lc. 1, 38);[46] cum fide, quae fuit ei beatitudinis causa atque securitatem praestitit fore ut promissum servaretur: ***Et beata quae credidisti, quoniam perficietur ea quae dicta sunt tibi a Domino (Lc.*** 1, 45); cum fide, cuius ope illa, actor primarum partium et testis Incarnationis Christi singularis, primae eius infantiae memoriam repetebat, cuius facta conferret in corde suo (cf. ***Lc.*** 2, 19. 51). Similiter agit Ecclesia, utpote quae, praesertim in sacra Liturgia, verbum Dei et audit et excipit, et proclamat et veneratur; quin et Christi fidelibus impertit ceu panem vitae;[47] quae praeterea, eius lumine affulgente, temporum signa, quae sint, investigat, eventusque humanos interpretatur et vivit.

18. Maria deinde est ***Virgo orans.*** Quod patet ex eius Visitatione, Praecursoris matri reddita. In qua sane voces elicit laudis in Deum et humilitatis et fidei et spei: talia enim praebet canticum ***Magnificat*** (cf. ***Lc.*** 1, 46-55), quod est prex Mariae praecipua atque carmen temporis messianici proprium, in quod festiva veteris et novi Israelis laetitia confluit. Nam, ut S. Irenaeus significare videtur, in beatae Mariae canticum tum gaudia Abraham, Christum praesagientis (cf. ***Io.*** 8, 56),[48] tum Ecclesiae vox, prophetarum more praeoccupata, confluxerunt: ***Exsultans Maria clamabat pro Ecclesia prophetans : Magnificat anima mea Dominum."***[49] Etenim Beatae Mariae Virginis canticum veluti se propagans communis totius Ecclesiae oratio evasit per omnia tempora.

Maria perhibetur ***Virgo orans*** etiam in Cana. Ubi, cum blanda ac sollicita prece temporalem tantum necessitatem Filio ostendisset, obtinendae tamen gratiae supernae effectum

[46] ***Ibid.***

[47] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 21: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 827-828.**

[48] **Cf. *Adversus Haereses* IV, 7, 1: *PG* 7, 1, 990-991; S *Ch,* 100, II, pp. 454-45S.**

[49] ***Adversus Haereses* III, 10, 2: PG 7, 1, 873; ¿S *Ch,* 34, p. 164.**

habuit; illum effectum nimirum, quo Iesus primum signorum suorum operatus, discipulorum fidem in se confirmavit (cf. *Io.* 2, 1-12).

Denique extremo quoque vitae suae tempore Maria inducitur ut ***Virgo orans.*** Nam Apostoli ***erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria, Matre Iesu, et fratribus eius (Act.*** 1, 14). Ergo aeque in nascente Ecclesia Mariam orantem videre est, aeque semper, etiam nunc, quando illa, tametsi est caelo recepta, non tamen officio suo deest deprecandi ac salvandi.[50] Virgo orans est etiam Ecclesia, quae cotidie filiorum necessitates Patri proponit ***et Dominum sine intermissione laudat et pro totius mundi salute interpellat.,***[51]

19. Tum Maria est ***Virgo pariens. Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata :***[52] singularis sane ac mirabilis maternitas, quam voluit Deus et typum et exemplar esse fecunditatis Virginis Ecclesiae; quae et ipsa mater fit: ***praedicatione enim et baptismo filios de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat.***[53] Patres ergo recte docuerunt Ecclesiam quodammodo continuare in baptismi Sacramento virginalem Mariae maternitatem. E quorum profecto testimoniis unum S. Leonis Magni proferre placet, eximii Decessoris Nostri, qui in quodam natalicio sermone asserit: ***Originem quam*** (Christus) ***sumpsit in utero Virginis, posuit in fonte baptismatis : dedit aquae, quod dedit Matri; virtus enim Altissimi et obumbratio Spiritus sancti*** (cf. ***Lc.*** 1, 35), ***quae fecit ut Maria pareret Salvatorem, eadem facit ut regeneret***

[50] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 62: *A.A.S.* 57 (1965), p. 63.

[51] Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 83: *A.A.S.* 56 (1964), p. 121.

[52] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 63: *A.A.S.* 57 (1965), p. 64.

[53] *Ibid.,* n. 64: *A.A.S* 57 (1965), p. 64.

unda credentem.[54] Quodsi e fontibus liturgicis haurire velimus, pulcherrimam illam ***Illationem*** memorare possumus Hispanicae Liturgiae dicentem: ***Illa*** (Maria) ***utero vitam portavit, haec*** (Ecclesia) ***lavacro. In illius membris Christus infusus est, in istius aquis Christus indutus est.***[55]

20. Maria demum est ***Virgo offerens.*** Quod quidem in praesentatione Iesu in templo apparet (cf. ***Lc.*** 2, 22-35). In quo eventu Ecclesia, a Spiritu Sancto ducta, praeter perfectionem et absolutionem legum de oblatione primogeniti (cf. ***Eœod.*** 13, 11-16) atque matris purificatione (cf. ***Lv.*** 12, 6-8), aliquod mysterium salutis deprehendit, ad historiam ipsius salutis spectans: animadvertit nempe ibi Ecclesia illam primariam oblationem continuari, quam Verbum, caro factum et mundum ingrediens, Deo adhibuit (cf. ***Hebr.*** 10, 5-7); et omnium hominum denuntiari salutem, cum Simeon, Puerum Iesum appellans lumen ad revelationem gentium et gloriam Israel (cf. ***Lc.*** 2, 32), Messiam illum agnoscat eundemque Salvatorem omnium; intellexit denique ad Christi Passionem prophetiae referri, cum Simeonis verba, uno eodemque oraculo Filium, ***signum contradictionis (Lc.*** 2, 34), et Matrem, cuius gladius animam pertransiit (cf. ***ibid.*** 2, 35), inter se nectentia, in Calvariae monte ad exitum adducta sint. Quam ob rem, hoc salutis mysterium, variis rationibus ipsius consideratis, id habet proprium, ut per Christi praesentationem in templo ad eventum Crucis salvificum provocet. Ceterum Ecclesia ipsa, maxime a medii aevi saeculis, in Virgine, Filium Ierusalem afferente, ut sisteret Domino (cf. ***Lc.*** 2, 28), voluntatem offerendi, seu ut aiunt, ***oblativam,*** intuita est, quae suetum ritus intellectum excederet. Cuius sane rei testimonio est illa S. Bernardi dulcis compellatio: ***Off er Filium, Virgo Sacrata, et benedictum fructum***

[54] *Tractatus XXV* (In Nativitate Domini), 5: *CCL* 138, p. 123; *8 Ch* 22 bis, p. 132; cf. etiam *Tractatus XXIX* (In Nativitate Domini), 1: *CCL ibid.*, p. 147; S *Ch ibid.*, p. 178; *Tractatus LXIII* (De Passione Domini) 6: *CCL ibid.*, p. 386; *S Ch* 74, p. 82.

[55] M. Perotin, *Le a Liber Mozarabicus Sacramentorum»,* col. 56.

ventris tui Domino repraesenta. O ff er ad nostram omnium reconciliationem hostiam sanctam, Deo placentem[56]

Haec autem Matris et Filii coniunctio in opere Redemptionis [57] summe enituit in Calvariae monte, in quo Christus ***semetipsum obtulit immaculatam Deo (Hebr.*** 9, 14), atque Maria, prope Crucem stans (cf. ***Io.*** 19, 25), ***vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens,***[58] quam et ipsa aeterno Patri obtulit.[59] Sane divinus hominum Salvator, ut per saecula sacrificium Crucis propagaret, sacrificium eucharisticum instituit, mortis atque resurrectionis suae memoriale, idque Ecclesiae, sponsae suae, tradidit;[60] illa autem, potissimum die dominico, fideles convocat ad Pascha Domini celebrandum donec veniat.[61] Quod eadem in communione cum Sanctis Caelitibus agit, imprimis cum beata Virgine,[62] cuius flagrantem caritatem atque fidem internera tam imitatur.

21. Maria vero, cum sit totius Ecclesiae exemplar in divino cultu Deo tribuendo, est etiam, ut liquet, ***pietatis magistra*** singulis christianis; qui mature ad eam respexerunt, ut, aeque ac ipsa, de sua ipsorum vita cultum Deo facerent exhibendum, atque de cultu ipso vitae suae institutum. Iam pridem saeculo iv S. Ambrosius fideles alloquens id optabat, ut in

[56] *In purificatione B. Mariae, Sermo* III, 2: *PL* 183, 370; *Sancti Bernardi Opera,* ed. J. Leclercq-H. Rochais, IV, Romae 1966, p. 342.

[57] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 57: *A.A.S.* 57 (1965), p. 61.

[58] *Ibid.,* n. 58: *A.A.S.* 57 (1965), p. 61.

[59] Cf. Pins XII, Litterae Encyclicae *Mystici Corporis: A.A.S.* 35 (1943), p. 247.

[60] Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 47: *A.A.S.* 56 (1964), p. 113.

[61] Cf. *ibid.,* nn. 102 et 106: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125 et 126.

[62] «... meminisse dignare omnium eorum, qui a saeculo placuerunt tibi, patrum sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum [...] et sanctae et gloriosae genitricis Dei Mariae et omnium sanctorum [...] meminerint miseriae et paupertatis nostrae, et offerant tibi nobiscum sacrificium hoc tremendum et incruentum»: *Anaphora Iacobi fratris Domini syriaca: Prex Eucharistica,* ed. A. Hänggi-I. Pähl, Fribourg, Editions Universitaires, 1968, p. 274.

unoquoque eorum Mariae anima inesset ad praedicandum Deum : ***Sit in singulis Mariae anima, ut magnificet Dominum, sit in singulis spiritus, ut exsultet in D eo.***[63] At vero est Maria maximopere illius cultus exemplar, per quem uniuscuiusque vita redditur oblatio, quae fit Deo. Quam doctrinam, scilicet antiquam atque perennem, possunt omnes quidem ab Ecclesia audire, sed etiam aures praebendo Virgini, quae nuntio Dei respondit: ***Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum (Lc.*** 1, 38); quibus profecto vocibus pulcherrimam orationis dominicae petitionem animo praeoccupavit : ***fiat voluntas tua (Mt.*** 6, 10). Mariae igitur assensus est omnibus christianis et eruditio et exemplum rationis, qua obsequium in Patris voluntatem fiat trames et subsidium ad uniuscuiusque sanctitatem.

22. Ceterum, id summe interest, ut animadvertamus Ecclesiam multas necessitudines, quas cum Maria habeat, vario modo, idque efficaciter, in cultus formas convertisse : in intimam venerationem videlicet, cum eximiam Virginis dignitatem spectat, Spiritus Sancti virtute matris effectae; in flagrantem amorem, cum spiritualem illam Mariae maternitatem considerat, qua omnia membra Corporis mystici complectitur; in invocationem fiduciae plenam, cum illius, Advocatae atque Auxiliatricis,[64] intercessionem experitur; in caritatis officia, cum Ancillam humilem Reginae misericordiae et Matris gratiae dignitate ornatam reputat; in actuosam imitationem, cum Mariae plenae gratia sanctitudinem intuetur atque virtutes; in stuporem, cum animi commotione coniunctum, cum ***veluti in purissima imagine id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio contemplatur***;[65] in perdiligens denique studium,

[63] *Expositio Evangelii secundum Lucam,* II, 26: *CSEL* 32, IV, p. 55; *S Ch* 45, pp. 83-84.

[64] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 62: *A.A.S.* 57 (1965), p. 63.

[65] Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 103: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125.

cum in socia Redemptoris, iam paschalis mysterii fructuum plene participe, prophetice ea impleta esse conspicit, quae ad suam ipsius futuram sortem pertinent, usque in diem illum, quo, sine ulla ruga aut macula (cf. ***Ephes.*** 5, 27) fiet veluti sponsa ornata viro suo Iesu Christo (cf. ***Apoc.*** 21, 2).

23. Cum igitur, Venerabiles Fratres, pietatem illam expendimus, quam liturgica Ecclesiae universalis traditio atque ipse renovatus Ritus Romanus erga Sanctam Dei Matrem profitentur, cum deinde meminimus ipsam Liturgiam sacram ob eximiam suam in cultu divino praestantiam esse auream pietatis christianae regulam, cum denique animum advertimus, quomodo Ecclesia sacra celebrans mysteria habitum fidei amorisque suscipiat haud aliter ac beatissima Virgo, tum plane intellegimus, quam apte et convenienter adhortetur Concilium Vaticanum Secundum cunctos Ecclesiae filios, ***ut cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant-,***[66] quae quidem hortatio velimus ubique sine ulla condicione recipiatur adque verum effectum studiose deducatur.

II

24. Verumtamen idem illud Vaticanum Concilium II admonet, ut praeter liturgicum cultum aliae etiam provehantur pietatis formae, praesertim ab ipso Magisterio laudatae atque commendatae.[67] Nihilominus, ut omnibus profecto exploratum est, pietas Christifidelium et observantia erga Dei Matrem varias induit formas secundum temporum locorumque adiuncta, secundum diversum populorum sensum atque traditum humanitatis modum. Hinc nimirum sequitur, ut ipsae formae, quibus talis significatur cultus quaeque tem-

[66] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 67: *A.A.S,.* 57 (1965), p. 65.

[67] Cf. *IUd.,* n. 67: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 65-66.

porum obnoxiae sunt condicionibus, indigere penitus videantur renovationis, qua efficiatur, ut evanida submoveantur elementa ac perennia contra inducantur, utque fidei veritates, ex investigatione theologica comparatae et ab Ecclesiae Magisterio propositae, recte inserantur. Hoc etiam comprobat necessarium esse, ut Conferentiae episcopales, Ecclesiae particulares, Familiae religiosae, Christifidelium communitates veram foveant actionem effectricem eodemque tempore diligentem aggrediantur recognitionem formarum et exercitiorum pietatis erga Virginem Mariam; qua tamen in re exoptamus, ut sana observetur traditio aditusque aperiatur legitimis hominum nostrae aetatis postulatis. Quocirca decere videtur vobis, Venerabiles Fratres, nonnulla indicare agendi hac in re principia.

25. Maxime in primis expedit pietatis erga Virginem Mariam exercitia liquido prae se ferre indolem trinitariam et christologicam, utpote quae suapte natura eorum propria sit ad earumque essentiam pertineat. Re enim vera christianus cultus secundum nativam suam vim et significationem praestatur Patri, Filio et Spiritui Sancto vel, ut in sacra Liturgia dicitur, Patri per Christum in Spiritu. Ex hac proinde ratione ipse cultus iure — etsi modo funditus diverso — complectitur in primis et singulariter Matrem Salvatoris et deinde Sanctos, in quibus Ecclesia praedicat paschale mysterium, quoniam ii cum Christo passi sunt cum eoque glorificati.[68] In Virgine Maria omnia ad Christum referuntur et ex eo pendent : eius nempe causa Deus Pater ab omni aeternitate eam elegit Matrem usquequaque sanctam atque Spiritus exornavit donis nemini alii tributis. Numquam certissime vera omisit christiana pietas extollere vinculum indissolubile necessariamque rationem coniunctionis Virginis cum Divino Salvatore.[69] Nobis tamen vi-

[68] **Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 104: *A.A.S.* 56 (1964), pp. 125-126.**

[69] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 66: *A.A.S.* 57 (1965), p. 65.**

detur potissimum convenire cum proclivitate spirituali huius temporis — quae tota paene occupatur et tenetur « quaestione Christi » [70] — ut in quacumque significatione cultus erga Virginem Mariam peculiare assignetur momentum parti christologicae atque ita res disponatur, ut referatur ad ipsum consilium Dei, quo ***illius Virginis primordia ... cum divinae Sapientiae incarnatione fuerant praestituta.***[71] Hoc sine ulla dubitatione adiuvabit, ut pietas erga Matrem Iesu solidior efficiatur atque convertatur in efficax instrumentum, quo perveniatur ad ***unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi (Eph.*** 4, 13); item ex altera parte plurimum conferet ad cultum ipsi Christo debitum augendum, quandoquidem, secundum perennem Ecclesiae sensum, cum auctoritate hisce diebus repetitum,[72] ***refertur ad Dominum quod servitur Ancillae; sic redundat ad Filium, quod impenditur Matri; (...) sic transit honor in Regem, qui defertur in famulatum Reginae.***™

26. Huic vero admonitioni de natura christologica pietatis marialis utile esse arbitramur aliam opportunam subnectere hortationem, ut videlicet in eodem illo cultu consentaneum pondus ascribatur uni ex partibus prorsus necessariis fidei: personae hoc est et operae Spiritus Sancti. Theologica nempe pervestigatio et ipsa sacra Liturgia commonstraverunt sanctificantem actionem Spiritus in Virgine Nazarethana inter actiones eius recenseri in salutis historia. Sic, verbi gratia, sancti Patres et ecclesiastici scriptores attribuerunt actioni Spiritus sanctitatem Mariae ab ipsa eius origine; eam

[70] Cf. Paulus VI, Allocutio die 24 mensis aprilis 1970 habita in sacra Aede B. Mariae Virginis v. «Nostra Signora di Bonaria» Calari dicata: *A.A.S.* 62 (1970), p. 300.

[71] Pius IX, Litt. Ap. *Ineffabilis Deus: Pii IX Pontificis Maximi Acta,* I, 1, Romae 1854, p. 599; cf. etiam V. Sardi, *La solenne definizione del dogma dell'Immacolato concepimento di Maria Santissima. Atti e documenti* Roma 1904-1905, vol. II, p. 302.

[72] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 66: *A.A.S.* 57 (1965), p. 65.

[73] S. Hildefonsus, *De virginitate perpetua sanctae Mariae,* cap. XII: *PL* 96, 108.

scilicet dicentes ab illo ***quasi ... plasmatam novamque creatur am formatam™*** Cum Evangelii locos meditar en tur — ***Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Lc.*** 1, 35), et ***Maria (...) inventa est in utero habens de Spiritu Sancto; (...) quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est*** (cf. ***Mt.*** 1, 18. 20) — perspexerunt in Spiritus intercursu actionem aliquam, quae consecravit fecundamque reddidit Mariae virginitatem,[75] et eam ipsam convertit in ***Aulam Regis*** vel ***Thalamum Verbi™ Templum*** vel ***Tabernaculum Domini,***[11] ***Foederis*** vel ***Sanctificationis Aream-***[11] quae quidem nomina ipsa resipiunt Biblia Sacra. Cum autem idem scriptores Incarnationis mysterium altiore ratione perscrutarentur, conspicati sunt in arcana illa necessitudine inter Spiritum Sanctum et Mariam quiddam sponsale, quod a Prudentio sic poetice describitur : ***Innuba Virgo nubit Spiritui***[19] et eam nuncupaverunt ***Sacrarium Spiritus Sancti,™*** quae locutio naturam

[74] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 56: *A.A.S.* 57 (1965), p. 60 et auctores in respondente annotatione 176 commemorati.**

[75] **Cf. S. Ambrosius, *De Spiritu Sancto* II, 37-38: *CSEL* 79, pp. 100-101; Cassianus, *De incarnatione Domini* II, cap. II: *CSEL* 17, pp. 247-249; S. Beda, *Eomelia* I, 3: *CCL* 122, p. 18 et p. 20.**

[76] **Cf. S. Ambrosius, *De institutione virginis,* cap. XII, 79: *PL* 16 (ed. 1880), 339; *Epistula* 30, 3 et *Epistula* 42, 7: *ibid.,* 1107 et 1175; *Expositio evangelii secundum Lucam* X, 132: *S Ch,* 52, p. 200; S. Proclus Constantinopolitanus, *Oratio* I, 1 et *Oratio* V, 3: *PG* 65, 681 et 720; S. Basilius Seleucensis, *Oratio* XXXIX, 3: *PG* 85, 433; S. Andreas Cretensis, *Oratio* IV: *PG* 97, 868; S. Germanus Constantinopolitanus, *Oratio* III, 15: *PG* 98, 305.**

[77] **Cf. S. Hieronymus, *Adversus Iovinianum* I, 33: *PL* 23, 267; S. Ambrosius, *Epistula* 63, 33: *PL* 16 (ed. 1880), 1249; *De institutione virginis,* cap. XVII, 105: *ibid.,* 346; *De Spiritu Sancto* III, 79-80: *CSEL* 79, pp. 182-183; Sedulius, *Hymnus* «A solis ortus cardine», vv. 13-14: *CSEL* 10, p. 164; *Hymnus Acathistos,* str. 23: ed. I. B. Pitra, *Analecta Sacra,* I, p. 261; S. Proclus Constantinopolitanus, *Oratio* I, 3: *PG* 65, 684; *Oratio* II, 6: *ibid.,* 700; S. Basilius Seleucensis, *Oratio* IV: *PG* 97, 868; S. Ioannes Damascenus, *Oratio* IV, 10: *PG* 96, 677.**

[78] **Cf. Severus Antiochenus, *Homilia* 57: *PO* 8, pp. 357-358; Hesychius Hierosolymitanus, *Homilia de sancta Maria Deipara: PG* 93, 1464; Chrysippus Hierosolymitanus, *Oratio in sanctam Mariam Deiparam,* 2: *PO* 19, p. 338; S. Andreas Cretensis, *Oratio* V: *PG* 97, 896; S. Ioannes Damascenus, *Oratio* VI, 6: *PG* 96, 672.**

[19] ***Uber Apotheosis,* vv. 571-572: *CCL* 126, p. 97.**

[80] **Cf. S. Isidorus, *De ortu et obitu Patrum,* cap. LXVII, 111: *PL* 83, 148; S. Hildefonsus, *De virginitate perpetua sanctae Mariae,* cap. X: *PL* 96, 95; S. Bernardus, *In***

sacram Virginis illustrat, quae habitatio diuturna facta est Spiritus Dei. Cum praeterea in doctrinam de Paraclito inquirerent, cognoverunt ex eo, tamquam e scaturigine, profluxisse gratiae plenitudinem (cf. *Lc.* 1, 28) et munerum abundantiam, quae eam cohonestaverunt. Quapropter Spiritui attribuerunt fidem, spem et caritatem, quae cor Virginis animabant, virtutem, quae eius obtemperationem Dei voluntati confirmabat, fortitudinem, quae eam sub Cruce patientem sustentavit;[81] notaverunt deinde in Mariae vaticinio (cf. *Lc.* 1, 46-55) peculiarem illius Spiritus impulsum, qui erat olim per prophetas locutus,[82] Cum denique Iesu Matrem morantem contemplarentur in Cenáculo, ubi Spiritus in natam modo Ecclesiam delapsus est (cf. *Act.* 1, 12-14; 2, 1-4), vetustum argumentum Mariae-Ecclesiae novis locupletaverunt notionibus;[83] at deprecationem potissimum flagitaverunt Virginis, ut a Spiritu acciperent potestatem Christi in propriis animabus generandi, quemadmodum testificatur S. Hildefonsus precatione quadam, quae tam significatione quam intima vi orandi excellit: ***Oro te, oro te, sancta Virgo, ut de illo Spiritu habeam Iesum, de quo tu genuisti Iesum. Per illum Spiritum accipiat anima mea Iesum, per***

Assumptione B. Virginis Mariae, Sermo IV, 4: *PL* 183, 428; *In Nativitate B. Virginis Mariae: ibid.,* 442; S. Petrus Damianus, *Carmina sacra et preces* II, Oratio ad Deum Filium: *PL* 145, 921; *Antiphona* «Beata Dei Genitrix Maria»: *Corpus antiphonialium •officii,* ed. R. J. Hesbert, Roma 1970, vol. IV, n. 6314, p. 80.

[81] Cf. Paulus Diaconus, *Homilia* I, *In Assumptione B. Mariae Virginis: PL* 95, 1567; *De Assumptione sanctae Mariae Virginis* Paschasio Radberto trib., nn. 31, 42, 57, 83: ed. A. Ripberger, in «Spicilegium Friburgense», n. 9, 1962, pp. 72, 76, 84, 96-97; Eadmerus Cantuariensis, *De excellentia Virginis Mariae,* cap. IV-V: *PL* 159, 562-567; S. Bernardus, *In laudibus Virginis Matris, Homilia* IV, 3: *Sancti Bernardi Opera,* ed. J. Leclerq-H. Rocháis, IV, Romae 1966, pp. 49-50.

[82] Cf. Origenes, *In Lucam Homilia* VII, 3: *PG* 13, 1817; S *Ch,* 87, p. 156; S. Cyrillus Alexandrinus, *Commentarius in Aggaeum prophetam,* cap. XIX: *PG* 71, 1060; S. Ambrosius, *De fide* IV, 9, 113-114: *CSEL* 78, pp. 197-198; *Expositio evangelii secundum Lucam* II, 23 et 27-28: *CSEL* 32, IV, pp. 53-54 et 55-56; Severianus Cabalensis, *In mundi creationem oratio* VI, 10: *PG* 56, 497-498; Antipater Bostrensis, *Homilia in Sanctissimae Deiparae Annuntiationem,* 16: *PG* 85, 1785.

[83] Cf. Eadmerus Cantuariensis, *De excellentia Virginis Mariae,* cap. VII: *PL* 159, 571; S. Amedeus Lausannensis, *De Maria Virgínea Matre, Homilia* VII: *PL* 188, 1337; *8 Ch,* 72, p. 184.

quem concepit caro tua eundem Iesum. (...) In illo Spiritu diligam Iesum, in quo tu hunc adoras ut Dominum, intueris ut Filium.**[84]

27. Dicuntur interdum plures textus recentioris pietatis non satis referre omnem doctrinam de Spiritu Sancto. Studiosorum autem est hanc comprobare asseverationem eiusque effectum ponderare; Nostra potius interest universos, et quidem pastores imprimis ac theologos, cohortari, ut subtiliore cogitatione accuratioreque deliberatione pervestigent Spiritus operam in salutis historia, et sic vicissim perficiant ipsi, ut christianae pietatis libri et formulae in lucem proferant eius vivificam actionem. Ex tali namque inquisitione eminebit singulariter arcanae necessitudinis ratio inter Spiritum Dei et Virginem Nazarethanam eorumque actio communis in Ecclesiam; et ex hisce fidei doctrinis, altius sane perpensis, proficiscetur pietas impensius longe exercita.

28. Necesse praeterea est exercitia illa pietatis, quibus christifideles suam erga Domini Matrem observantiam reverentiamque testantur, clare et distincte illuminent locum, quem ipsa in Ecclesia obtinet: ***post Christum altissimum nobisque maxime propinquum***.[85] Idem ille locus praecelsus ipsis aedibus sacris Ritus Byzantini definite et quasi physice exhibetur, ubi videlicet ita aedificii partes et sacrae imagines disponuntur — ad mediam principem introitus portam fingitur Annuntiatio Virgini Mariae facta, in apside vero pingitur ipsa ***Theotocos*** gloriosa — ut inde manifesto eluceat, quomodo ab Ancillae Domini consensione hominum genus viam ingrediatur reditus sui ad Deum atque in ***Sanctissimae*** splen-

[84] ***De virginitate perpetua sanctae Mariae,*** **cap. XII:** ***PL*** **96, 106-**

[85] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia** ***Lumen Gentium,*** **n. 54:** ***A.A.S.*** **57 (1965), p. 59. Cf. Paulus VI, Allocutio ad Patres Conciliares habita, altera exacta Concilii Oecumenici Vaticani Secundi sessione, die 4 Decembris mensis a. 1963:** ***A.A.S.*** **56 (1964), p. 37.**

dore metam conspiciat itineris sui. Haec signorum ratio, qua ipsum aedificium ecclesiae Mariae locum patefacit in mysterio Ecclesiae, uberem continet significationem atque postulare videtur, ut variae ubique pietatis formae erga Beatissimam Virginem ad sensum prospectumque ecclesialem progrediantur.

Etenim commemoratio primariarum notionum, quas de natura Ecclesiae proposuit Concilium Vaticanum II tamquam ***Familiae Dei, Populi Dei, Regni Dei, Corporis Christi mystici,***[86] efficiet certe, ut fideles facilius et citius agnoscant munus atque officium Mariae in mysterio Ecclesiae, necnon praestantiorem eius locum in communione Sanctorum; faciet etiam, ut acrius percipiant fraternum vinculum, quod cunctos christifideles devincit, quoniam Virginis filii sunt, ***ad quos gignendos et educandos materno amore cooperatur***[87] simulque filii Ecclesiae, quia ***illius*** — id est eiusdem Ecclesiae — ***fetu nascimur, illius laete nutrimur, Spiritu eius animamur,***[88] conspirantibus ambabus ad mysticum Christi corpus generandum : ***utraque Christi mater, sed neutra sine altera totum*** (corpus) ***parit;***[89] faciet demum ut clarius videant Ecclesiae actionem in orbe terrarum uti propagationem curae et diligentiae Mariae : enimvero actuosus Virginis amor in domo Nazarethana, apud Elisabeth, in Cana Galileae, in Calvariae loco — quae omnia sunt salutifera momenta maximi ponderis ecclesialis — continuatur et producitur in ipsa materna cura Ecclesiae et diligenti voluntate, ut omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant (cf. ***1 Tim. 2,*** 4), in eius vigilantia parvorum et egenorum et infirmorum, in perpetuo eius studio pacis concordiaeque ordinum confirmandae, in perseveranti industria et navitate, ut homines universi salutis illius participes fiant, quam sua morte iis promeruit

[86] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 6, 7-8, 9-17: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 8-9, 9-12, 12-21.

[87] *Ibid.,* n. 63: *A.A.S.* 57 (1965), p. 64.

[88] S. Cyprianus, *De catholicae Ecclesiae unitate,* 5: *CSEL* 3, p. 214.

[89] Isaac De Stella, *Sermo* LI, *In Assumptione B. Mariae: PL* 194, 1863.

Christus. Hac omnino ratione amor erga Ecclesiam transibit in amorem erga Mariam, et vicissim hic in illum, quoniam altera exsistere nequit sine altera, sicut sagaciter notat Chromatius Aquileiensis: ***Congregata (...) Ecclesia est in superioribus cum Maria quae fuit Mater Iesu et fratribus eius. Non potest ergo Ecclesia nuncupari nisi fuerit ibi Maria mater Domini cum fratribus eius.***[90] Ut concludamus: oportere iterum dicimus cultus Beatae Virgini praestitus prae se ferat vim suam nativam ecclesiologicam. Hoc nempe efficiet, ut consilium capiatur et vires colligantur, quibus salubriter renoventur formae et textus ipsi.

29. Ad has autem sententias, quae natae sunt ex consideratione consuetudinis Mariae Virginis cum Deo — Patre, Filio, Spiritu Sancto — et cum Ecclesia, addere cupimus secundum eandem rationem et mentem doctrinae Concilii[91] aliquas directorias normas biblicas, liturgicas, oecumenicas, anthropologicas, quae ante oculos constituendae sunt, cum recognoscuntur vel coniiciuntur exercitia pietatis, quo altius acutiusque percipiatur vinculum, quod nos coniungit cum Matre Christi et nostra Matre in communione Sanctorum,

30. Hodie christianam pietatem iam ubique efflagitare intellegitur, ut indicia et cogitata biblica inserantur in quamvis cultus formam. Progressio enim studiorum biblicorum, crebrior et communior Sacrarum Scripturarum usus et potissimum exemplum traditionis atque interior Spiritus impulsio movent nostrae aetatis christianos et monent, ut magis magisque Sacra Biblia usurpent tamquam primarium precationis librum indeque solida derivent agendi consilia et praeclara exempla. Beatae Virginis cultus ac pietas aliena nullo modo

[90] ***Sermo* XXX, I: *S Ch,* 164, p. 134.**

[91] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* nn. 66-69: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 65-67.**

esse potest ab hac universali propensione vitae christianae;[92] immo ab ea maxime haurire debet vires novas certumque auxilium. Sacrae enim Paginae, cum admirabiliter aperiunt divinum de salute humana consilium, ubique redundant mysterio Salvatoris atque continent a Genesi ad Apocalypsim certissimas significationes de ea, quae fuit eiusdem Salvatoris Mater et socia. Verumtamen nolimus, ut hic afflatus biblicus solo circumscribatur usu locorum et signorum etiam scienter exceptorum ex Litteris sacris; multo namque plus secum infert. Poscit enim, ut ex Libris sacris vocabula et sententiae deducantur in ipsas precationis formulas atque textus cantui destinâtes; et ante omnia postulat, ut Virginis cultus pervadatur et repleatur maximis illis argumentis nuntii christiani, ut, dum christifideles Sedem Sapientiae venerantur, ipsi vicissim illuminentur Verbi divini luce atque adducantur, ut secundum praecepta Sapientiae incarnatae se ipsi gerant.

31. De veneratione, quam Ecclesia Matri Dei tribuit in celebratione sacrae Liturgiae, iam locuti sumus. Nunc vero, cum sermo sit de ceteris cultus formis ac de rationibus, quibus illae inniti debeant, recolamus oportet praescriptionem Constitutionis a verbis ***Sacrosanctum Concilium*** incipientis, utpote quae, dum spiritualia populi christiani exercitia commendat, addat: ... ***exercitia haec, ratione habita temporum liturgicorum, congruenter consonent oportet cum sacra Liturgia, a qua aliquo modo consilium ac instinctum sumant, atque cum naturam longe superiorem prae se ferat, ad eam populum christianum ducant.***[93] Lex sapiens, perspicua, cuius tamen exsecutio facilis esse non videtur, praesertim cum de cultu Virgini exhibendo agitur, de cultu scilicet tam vario modis, quibus exprimitur; postulat enim ab iis, qui commu-

[92] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 25: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 829-830.**

[93] **N. 13: *A.A.S.* 56 (1964), p. 103.**

nitatibus localibus praesunt, nisum, prudentiam pastoralem, constantiam, a christifidelibus vero animum alacrem et paratum ad excipiendas normas directorias et proposita, quae, a germana cultus christiani natura profluentia, interdum secum ferunt mutationem consuetudinum inveteratarum, quibus natura illa aliquo modo erat offuscata.

Ad hoc quod pertinet, mentionem facere liceat de duobus mentium habitibus, quibus accidere potest, ut irrita fiat in usu et consuetudine pastorali norma Concilii Vaticani Secundi: imprimis de quorundam in animarum cura versantium se gerendi modo, quippe qui detrectantes ***a priori*** pia exercitia — quae, dummodo rite agantur, commendantur a Magisterio — ea abiciant, atque quasi vacuum efficiant, quod replere non valent; ipsi plane obliviscuntur Concilium mandavisse, ne pia exercitia tollerentur, sed ut cum Liturgia apte convenirent.

Secundo, quod ad aliorum habitum mentis attinet, affirmetur oportet eos, non servantes sanum principium liturgicum et pastorale, pia exercitia et liturgicas actiones in unum conferre tamquam in celebrationibus permixtis seu ***hybridis.*** Interdum fit, ut in ipsam Sacrificii Eucharistici immolationem quaedam inserantur elementa a sacris novendialibus vel aliis piis celebritatibus deprompta, unde periculum oritur, ne Domini memoriale non amplius constituat summum momentum coetus communitatis christianae, sed sit velut occasio quaedam celebrandi exercitium ad populi devotionem pertinens. Illis, qui ita agunt, volumus commemorare normam Concilii, iuxta quam pia exercitia cum liturgia sunt temperanda, minime vero cum ea permiscenda. Sapiens actio pastoralis, dum distinguit et illustrat naturam nativam actionum liturgicarum, altera ex parte laudat et provehit pia exercitia, ut ea necessitatibus singularium communitatum ecclesialium accommodet, eaque sacram Liturgiam egregie adiuvare iubeat.

32. Ob ipsius indolem ecclesialem in Virginis cultu inveniuntur eiusdem Ecclesiae sollicitudines, inter quas, nostris diebus, eminet cura de christianorum unitate redintegranda. Pietas erga Domini Matrem fit, hoc modo, conscia trepidationum ac institutorum Motus oecumenici, qui dicitur, id est ipsa quoque formam assumit oecumenicam; et hoc multiplices ob causas.

Imprimis quia fideles catholici fratribus sociantur Ecclesiarum orthodoxarum, apud quas devotio erga beatam Virginem induit formas plenas eximii instinctus poetici et altae doctrinae, dum colit speciali cum amore gloriosam Deiparam eamque vocat ***Christianorum Spem;***[94] coniunguntur Anglicanis, quorum theologi praestantissimi iam olim illustraverunt solidum fundamentum, quod Litterae sanctae exhibent circa cultum Matris Domini Nostri, quorumque theologi aetatis nostrae magis exprimunt momentum loci, quem Maria obtinet in vita christiana; uniuntur etiam fratribus Ecclesiarum ***Reformatarum,*** in quibus viget amor Sacrarum Scripturarum, in glorificando Deo ipsius Virginis verbis (cf. ***Lc.*** 1, 46-55); deinde, quia religio erga Matrem Christi et christianorum praebet catholicis occasionem naturalem et frequentem precationis, ut illa intercedat apud Filium, ut omnes baptizati in unum coalescant Populum Dei;[95] et insuper, quia est Ecclesiae catholicae voluntas, ut in hoc cultu, peculiaris proprietas nedum extenuetur,[96] sed vitetur etiam diligentissime quaevis intemperantia, quae ceteros fratres in errorem inducere possit de vera doctrina Ecclesiae catholicae[97] atque

[94] Cf. *Officium magni canonis paracletici, Magnum Orologion,* Athenis 1963, p. 558; passim in canonibus et tropariis liturgicis: cf. Sofronio Eustradiadou, *Theotokarion,* Chennevières-sur-Marne 1931, pp. 9, 19.

[95] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 69: *A.A.S.* 57 H965), pp. 66-67.

[96] Cf. *ibid.,* n. 66: *A.A.S.* 57 (1965), p. 65; Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 103: *A.A.S.* 56 (1964), p. 125.

[97] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 67: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 65-66.

amoveatur quivis cultus exhibendi modus abhorrens a recta praxi catholica. Denique, cum sit in ipso genuino cultu Beatae Virginis positum, ut, ***dum Mater colitur (...), Filius rite agnoscatur, ametur, glorificetur,***[98] ille iter fit ad Christum, qui est fons atque centrum communionis ecclesiasticae; in quo, quotquot palam confitentur eum esse Deum et Dominum, Salvatorem et Mediatorem unicum (cf. ***1 Tim.*** 2, 5), vocantur, ut sint unum inter se, cum ipso et cum Patre in unitate Spiritus Sancti.[99]

33. Probe novimus haud leves dissensiones exsistere inter sentiendi modum plurimorum fratrum aliarum Ecclesiarum et communitatum ecclesialium, ac doctrinam catholicam ***de (...) munere Mariae in opere salutis,***[100] ideoque de cultu ipsi praebendo. Tamen, cum eadem virtus Altissimi, quae adumbravit Virginem Nazarethanam (cf. ***Lc.*** 1, 35), agat in hodiernum Motum oecumenicum eumque fecundum reddat, spem Nostram cupimus significare venerationem erga humilem Domini Ancillam, cui Omnipotens magna fecerit (cf. ***Lc.*** 1, 49), futuram esse, etsi paulatim, non impedimentum, sed quandam viam et veluti locum congressionis ad unitatem efficiendam omnium credentium in Christum. Laetamur enim animadvertentes aptiorem intellegentiam muneris Mariae in Christi et Ecclesiae mysterio, etiam ex parte fratrum seiunctorum, expeditiorem reddere viam ad eiusmodi congressionem. Sicut in pago Cana Virgo deprecatione sua assecuta est, ut Iesus primum miraculorum suorum patraret (cf. ***Io.*** 2, 1-12), ita aetate nostra ipsi facultas erit sua ipsius intercesisone propitia maturandi tempus, quo Christi discipuli perfectam in fide communionem inveniant. Haec nostra spes corroboratur consideratione Deces-

[98] *Ibid.*, n. 66: *A.A.S.* 57 (1965), p. 65.

[99] Cf. Paulus VI, Allocutio in Vaticana Basilica ad Conciliares Patres habita, die 21 mensis Novembris a. 1964: *A.A.S.* 56 (1964), p. 1017.

[100] Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 20: *A.A.S.* 57 (1965), p. 105.

soris Nostri Leonis XIII, qui affirmavit: causa unitatis christianorum ***ad spiritualis maternitatis eius*** (Mariae) ***officium id proprie attinet. Nam qui Christi sunt, eos Maria non peperit nec parere poterat, nisi in una fide unoque amore: numquid enim «divisus est Christus? » (1 Cor.*** 1, 13) ***debemusque una omnes vitam Christi vivere, ut in uno eodemque corpore « fructificemus Deo » (Rom. 7,*** **4).**[101]

34. In cultu Virgini tribuendo accurata consideratio intendenda est in acquisitiones tutas et scientiis humanis confirmatas; hoc enim conferet, ut amoveatur una ex causis difficultatum, quae inveniuntur in cultu Domini Matri exhibendo : dissimilitudo scilicet inter ipsius cultus argumenta et hodiernas cogitationes anthropologicas et condicionem psychologicam-sociologicam, penitus mutatam, in qua homines nostrae aetatis vivunt et operantur. Animadvertitur enim difficile esse inserere Virginis imaginem, sicut apparet e nonnullis libris et opusculis ad devotionem pertinentibus, in vitae condiciones aetatis nostrae et singillatim in condiciones mulieris, sive in convictu familiari, ubi leges ac morum progressus merito ei attribuunt aequalitatem cum viris et auctoritatem in vita familiari moderanda; sive in provincia politica, in qua ipsa in multis regionibus adepta est facultatem se interponendi in rem publicam eodem modo quo viri; sive in re sociali, ubi ipsa navitatem suam explet in multiplicibus officiis, in dies magis magisque excedens ex angusto convictu familiari; sive in regione doctrinarum, ubi ei praebentur novae rationes inquisitionis scientificae et intellectualis auctoritatis.

Hinc sequitur penes quosdam quaedam alienatio a cultu Virgini tribuendo, atque difficultas in eligenda Maria Nazarethana ut exemplo, quia ipsius vitae fines — ut aiunt — angustiores videntur, ratione habita patentium navitatis regio-

[101] **Epistula Encyclica *Adiutricem populi: A.S.S.* 28 (1895-1896), p. 135.**

num, in quibus homo nostrae aetatis operatur. Ad hoc quod pertinet, dum hortamur theologos et eos, qui praesunt communitatibus christianis, ipsosque Christifideles, ut debita consideratione prosequantur haec problemata, opportunum Nobis videtur ad eorum enodationem Nos quoque operam dare, animadversiones quasdam proponendo.

35. Imprimis Virgo Maria semper ab Ecclesia proposita est christifidelium imitationi non plane ob rationem vitae, quam duxit multoque minus ob condiciones ***sociales-doctrinales,*** in quibus eadem eius vita sese explicavit, nunc fere ubique obsoletas, sed quia, in ipsius definita vitae condicione, ea totaliter et officii conscia voluntati Dei adhaesit (cf. ***Lc.*** 1, 38); quia eius verbum accepit et ad effectum adduxit; quia ipsius agendi ratio firmata est caritate et famulandi voluntate; quia scilicet prima exstitit et perfectissima Christi discipular quod quidem vim exempli obtinet universalem et perpetuam.

36. Volumus deinde animadvertere superius memoratas difficultates arcte consociari cum aliquibus notis imaginis popularis et litterariae Mariae, non cum imagine eius vere evangelica neque cum elementis doctrinae, quae lento illo et serio opere explicationis verbi re velati eruta sunt et perfecta. Immo vero nihil mirum esse debet quod christianorum hominum aetates aliis in adiunctis ***socialibus-doctrinalibus*** versantes — cum imaginem ac munus Mariae respicerent uti novae Mulieris et perfectae Christianae, quae in se coniungit et colligit casus proprios maxime vitae femineae, quia Virgo est et Sponsa et Mater — Iesu Matrem habuerint typum praecelsum condicionis muliebris atque exemplar spectatissimum vitae evangelicae, quodque hos sensus suos secundum mentem et animi habitum et imagines suae aetatis expresserint. Cum vero ipsa Ecclesia contuetur longam pietatis marialis historiam, lae-

tatur consonantia eius cultus, attamen non se alligat cogitandi loquendive rationibus, quae propriae fuerunt diversarum aetatum neque notionibus anthropologicis, quae iis modis subiaciebant. Intellegit Ecclesia, quo pacto quaedam cultus formae, quae in se ipsae quidem nonnihil valent, minus congruant cum hominibus, qui ad alias mundi aetates et animorum culturae rationes pertinent.

37. Animadvertere denique iuvat nostri etiam huius temporis, perinde ac praeteriti, homines suas debere rerum exsistentium cognitiones Dei verbo comprobare et, ad causam praecipue nostram quod attinet, suas notiones anthropologicas ex iisque manantes quaestiones cum beatae Mariae Virginis figura comparare, ut in Evangelio proponitur. Quae in Scripturis sacris Spiritus Sancti numine afflante leguntur, haud iis sane praetermissis, quae humanis disciplinis acquiruntur, neque variis hodierni temporis rerum condicionibus, eo quidem conducunt, ut Maria exemplar haberi possit eorum, quae in nostrae aetatis hominum exspectatione sunt. Quaedam hanc ad rem exempla subicere libet : horum temporum mulier, quae iure vult in communitatis deliberationibus partem habere, summa animi laetitia Mariam contuebitur; haec enim, quasi ad colloquium cum Deo admissa, pro actuosa peculiaris officii sui conscientia,[102] non de re quadam adventicia, sed de ***saeculorum negotio*** — ut praeclare est Verbi incarnatio definita —[103] actuose ac libere consentit; recogitabit deinde Mariam, cum virginitatis statum sibi elegisset, quo ad Incarnationis mysterium participandum Dei consilio componeretur, nequaquam matrimonii bona ac dignitatem respuisse, verum libere et animose egisse, ut se tota Dei amori devoveret; laeta cum admiratione perspiciet Mariam a Nazareth, Dei voluntati plane quidem

[102] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 50: *A.A.S.* 57 (1965), p. 60.

[103] S. Petrus Chrysologus, *Sermo* CXLIII: *PL* 52, 583.

r

obsecutam, mulierem fuisse nec res vitaeque casus inerter ferentem nec alios avertentem quadam religione devinctam, sed eam potius, quae scite proclamaret Deum esse vindicem humilium vique oppressorum hominum ac mundi potentes de sede deponere ***(Lc.*** 1, 51-53); agnoscet insuper Mariam, quae ***praecellat inter humiles et pauperes Domini,***[104] fortem illam mulierem haberi, quae egestatem et dolores, praecipitem fugam et exsilium (cf. ***Mt.*** 2, 13-23) experta est; cuius modi rerum vices eos sane non fugiunt, qui, Evangelii ratione permoti, uniuscuiusque hominis totiusque societatis conatibus favent, ab id genus vitae condicione se vindicare cupientium ; neque tandem Maria Mater videbitur de uno divino Filio suo sollicita, verum mulier, cuius opera communitatis apostolicae fides in Christum exorta est (cf. ***Io.*** 2, 1-12), cuiusque maternum munus ad omnes homines, in Calvariae monte universale effectum, dilatatum est.[105] Exempla quidem protulimus, e quibus clare patet beatam Virginem nonnullas, easdemque graves, hodiernorum hominum exspectationes haud decipere, immo perfecti Christi discipuli specimen iisdem praebere, quippe qui sit terrenae et temporalis civitatis artifex simulque ad caelestem aeternamque tendat, qui provehat iustitiam, oppressos homines liberantem, itemque caritatem foveat, qua indigentibus subvenitur, sed praecipue illius sit testis actuosus amoris, qui Christum in hominum animis aedificat.

38. Postquam autem has normas directorias protulimus, quibus cultus Matri Domini adhibendus congruenter promoveatur, monendum esse videtur de nonnullis nequaquam rectis pietatis rationibus, ad eundem cultum spectantibus. Concilium Vaticanum II auctoritate sua arguendo cavit, ne in sententiis et

[104] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 55: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 59-60.**

[105] **Cf. Paulus VI, Adhortatio Apostolica *Signum magnum,* I: *A.A.S.* 59 (1967), pp. 467-468; *Missale Romanum,* die 15 Septembris, *Super oblata.***

formis trans rectae de Maria Virgine doctrinae fines et ritus iretur, neu eiusdem figura ac munus animo angusto minuerentur; quasdam praeterea reprehendit devios cultus exhibendi modos, qui sunt : vana credulitas, utpote quae in exteriores potius ritus quam in severum religionis studium intendat; inanis praeterea et evanida animi commotio, ab Evangelii sensu omnino aliena, cum, contra, assiduam et impigram operam Evangelium ipsum postulet.[106] Haec iterum arguimus, utpote cum de pietatis formis agatur, quae catholicae fidei non congruunt, ideoque in catholico cultu iis non sit locus. Vigil autem ab huiusmodi erroribus minusque rectis usibus custodia id efficiet, ut erga beatam Mariam Virginem cultus alacrior fiat atque sincerior, id est in suo fundamento firmus, adeo ut studium fontium divinae Revelationis atque ecclesiastici Magisterii documentorum observantia nimiam novarum rerum vel mirificorum eventuum perscrutationem antecellat; ***obiectivus*** praeterea, utpote historica veritate nisus, ita ut prorsus ex eo expungantur, quae fabulosa sint vel falsa; consentaneus deinde doctrinae, ita ut non manca quaedam neque nimis amplificata imago Mariae proponatur, quo fieri possit, ut eo quod plus aequo aliquid praedicatur, tota illa veluti eius effigies, in Evangelio proposita, obnubiletur; purus denique, ad causas quod attinet, ita ut cuncta a sacrario sedulo arceantur, quae sordidum propriae utilitatis studium sapiant.

39. Demum, si res ferat, confirmare volumus id esse ut finem ultimum cultui beatae Mariae Virginis propositum, ut Deus glorificetur et Christifideles incitentur ad suam cum Dei voluntate vitam moresque prorsus componenda. Etenim Ecclesiae filii, cum suas illius voci mulieris sine nomine iungunt, de qua in Evangelio fit sermo, atque, Iesu Christi Matrem extollentes,

[105] **Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 67: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 65-66.**

ad Iesum ipsum conversi conclamanti ***Beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti (Lc.*** 11, 27), ad divini quoque Magistri grave responsum animos intendant oportet, qui pronuntiavit: ***Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud (Lc.*** 11, 28). Quae quidem responsio sive beatae Mariae Virgini magnae laudi cedit, ut nonnulli Ecclesiae Patres interpretati sunt[107] et Concilium Vaticanum II confirmavit,[108] sive nobismet ipsis adhorationi est, ut secundum Dei praecepta vivamus, hasque divini Salvatoris sententias resonat: ***Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum (Mt.*** 7, 21); item: ***Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis (Io.*** 15, 14).

III

40. Quaedam ergo principia exposuimus, ad cultum Matris Domini novo vigore firmandum idonea; nunc vero munus est Conferentiarum Episcopalium, communitatum localium praepositorum, necnon religiosarum Familiarum moderatorum sapienter instaurare pias consuetudines et exercitia ad venerandam beatam Mariam Virginem apta, eosque iuvare qui, pro sincero suo animi ardore suoque procurandae fidelibus utilitatis studio, novas pietatis formas inducere cupiunt. Videtur tamen Nobis, diversis quidem rationibus inductis, expedite de duobus piis exercitiis tractare, quae in occidentalium praecipue regionum usu sunt, de quibusque pluries iam Apo-

[107] Cf. S. Augustinus, *In Iohannis Evangelium, Tractatus* X, 3: *CCL* 36, pp. 101-102; *Epistula* 243, *Ad Laetum,* n. 9: *CSEL* 57, pp. 575-576; S. Beda, *In Lucae Evangelium expositio,* IV, xi, 28: *CCL* 120, p. 237; *Eomelia* I, 4: *CCL* 122, pp. 26-27.

[108] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 58: *A.A.S.* 57 (1965), p. 61.

stolica Sedes egit. Haec sunt: ***Angelus Domini*** et ***Rosarium*** seu ***Corona*** beatae Mariae Virginis.

41. Sermo hic Noster de prece ***Angelus Domini*** ad id tantum spectat, ut Nostram adhortationem iteremus, simplicem sed ardentem, ut huiusmodi orationis consueta recitatio, quantum fieri possit, servetur. Nec videtur eadem oratio esse instauranda; post tot enim saeculorum decursum eius continuatur vis et nitor, siquidem eius structura simplex est atque de divinis Litteris deprompta; origo eius historica ad invocationem revocat, qua incolumitas in pace expetitur; liturgicus praeterea eius cursus certa diei tempora quodammodo consecrat; ad paschale denique mysterium commemorandum inducit; nam cognita Filii Dei Incarnatione, petimus, ut ***per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.***[109] Re quidem vera nonnullae consuetudines, quae e tradito more recitationem orationis ***Angelus Domini*** comitabantur, iam ablata sunt, aut vix in hodierna hominum vita animadvertuntur; de rebus tamen parvi momenti agitur, cum integra vis contemplationis, quae in mysterium Incarnationis Verbi fertur, salutationis angelicae Virgini impertitae significatio, imploratio miserentis eius intercessionis immutatae maneant. Quamvis praeterea mutatae sint temporum condiciones, eadem semper pro plerisque hominibus perstant certa quaedam diei tempora, mane, meridies et vesper, utpote quae operum eorum vices significent simulque ad quandam precationis causa moram interponendam moneant.

42. Volumus nunc, Venerabiles Fratres, in piis illis precibus renovandis aliquandiu immorari, quae sunt ***totius Evan-***

[109] *Missale Romanum,* **Dominica IV Adventus,** *Collecta.* **Simile quiddam in** *Collecta* **diei 25 Martii continetur, quae in recitanda precatione** *Angelus Domini* **pro priore, in textu proposita, substitui potest.**

gelii breviarium appellatae:[110] ***Corona*** nempe, seu beatae Mariae Virginis ***Rosarium.*** In iisdem enim precibus commendandis Decessores Nostri maximum studium sollicitamque operam posuerunt: scilicet etiam atque etiam hortati sunt Christifideles, ut ***Rosarium*** crebro recitarent; eidem latius vulgando consuluerunt; peculiarem eiusdem naturam explicuerunt; aptum praeterea ipsum esse dixerunt ad orationem contemplativam fovendam, quae simul est precatio laudantis et supplicantis; proprium denique eiusdem momentum extulerunt et vim ad christianam vitam provehendam animarumque lucrandarum studium excitandum. Nosmet quoque, fideles primum coram admitientes (d. XIII m. Iulii a. MCMLXIII), quanti ***Rosarii*** preces haberemus, publice ediximus;[111] atque postea oblata opportunitate, pluries eiusdem momentum illustravimus, tum potissimum cum, graviore quodam instante atque maeroris discriminisque pleno eventu, Epistulam Encyclicam ***Christi Matri*** (d. xv Sept. a. MCMLXVI) edidimus, ut beatae Mariae Virgini a Rosario supplices preces adhiberentur ad maximum bonum pacis a Deo impetrandum.[112] Quam Epistulam Adhortatio Apostolica ***Recurrens mensis October*** secuta est (d. VII m. Oct. a. MCMLXIX), ut quartum saeculum expletum commemoraremus ab editis Litteris Apostolicis ***Consueverunt Romani Pontifices;*** in quibus sanctus Decessor Noster Pius V preces ***Rosarii*** illustravit eiusdemque formam statuit, ad nos usque traditam.[113]

43. Nostrum ideo in beatae Mariae Virginis ***Rosarium,*** carissimum sane, studium assiduum Nos induxit, ut attentiore animo ea adverteremus, quae in congressionibus haud paucis, recentioribus annis habitis, de vi pastorali ***Rosarii*** nostris

[110] Pius XII, Epistula *Philippinas Insulas* ad Archiepiscopum Manilensem: *A.A.S.* 38 (1946), p. 419.

[111] Sermo habitus ad eos, qui Conventui Dominicano de sacro Rosario interfuerunt: *Insegnamenti di Paolo VI,* 1 (1963), pp. 463-464.

[112] Cf. *A.A.S.* 58 (1966), pp. 745-749.

[113] Cf. *A.A.S.* 61 (1969), pp. 649-654.

hisce temporibus adhibendi disputata et proposita sunt. Huiusmodi conventibus, quibus indicendis nonnullae Consociationes atque viri de ***Rosario*** provehendo admodum solliciti consuluerunt, interfuerunt episcopi, presbyteri, religiosi sodales, e laicorum ordine viri ac mulieres pastoralium rerum probata peritia insignes atque sensu ecclesiali, fide et aestimatione digno, praediti. In quibus S. Dominici Filios peculiari mentione honestamus, tam salutaris devotionis iamdiu custodes et fautores. Quibus rebus adiunctae sunt investigationes historicorum, quorum opera primigenia ***Rosarii*** forma non quidem ad archaeologiae rationem est exquisita, verum ita pertractata, ut ipsa eiusdem origo perspiceretur et cognosceretur nativa virtus atque primaria structura. E quibus omnibus apertior evasit ***Rosarii*** indoles primitiva, necnon partes ad eius naturam pertinentes harumque mutuae conexiones.

44. Clarius exinde, ut exemplum subiciamus, enituit evangelica ***Rosarii*** natura; ex Evangelio enim enuntiata in eo mysteria trahuntur ac praecipuae formulae; ex Evangelio praeterea, cum revocetur festiva Angeli salutatio et religiosus Mariae assensus, modus hauritur, quo fideles ***Rosarium*** pie recitent; denique per convenienter iteratam Angeli salutationem unum e primariis Evangelii mysteriis profertur, nempe Incarnatio Verbi, peculiari illo et gravi temporis momento considerato, quo Angelus nuntium Mariae attulit. Est igitur ***Rosarium*** evangelica prex; qua appellatione, nostro hoc potius quam praeterito tempore, pastores virique studiosi illud nuncupant.

45. Expeditius praeterea intellectum est per ordinate et gradatim enodatum ***Rosarium*** rationem ipsam significari, qua Dei Verbum, rebus humanis misericordi consilio se ingerens, Redemptionis opus absolvit: congruenti enim ordine considerantur praecipui eventus salvifici, qui in Christo perfecti sunt:

a virginali Verbi Dei conceptione Iesuque infantiae mysteriis usque ad supremos Paschae casus, beatam videlicet Passionem et gloriosam Resurrectionem, ad fructus eius, qui obvenerunt Ecclesiae nascenti die Pentecostes, atque ipsi beatae Mariae Virgini, cum e terrestri hoc exsilio corpore simul et anima est in caelestem patriam assumpta. Intellectum etiam est triplicem mysteriorum ***Rosarii*** distributionem cum eventuum successione, servatis ordinibus temporum, omnino cohaerere, potissimum vero referre pristini fidei nuntii rationem; Christi insuper mysterium eodem modo proponi quo perceptum est a Sancto Paulo, cum praeclaro illo ***hymno*** in Epistula ad Philippenses declararet eius exinanitionem, mortem, exaltationem **(2, 6-11).**

46. ***Rosarium*** igitur cum in Evangelio innitatur et ad mysterium Incarnationis hominumque redemptionem tamquam ad centrum pertineat, oratio est putanda, quae ad rem christologicam prorsus convertitur. Id enim quod eiusdem proprium est et peculiare, videlicet angelicae salutationis litanica iteratio ***Ave, Maria*** in Christi quoque laudem indesinentem cedit, ad quem ut ad terminum extremum respicit Angeli nuntium ac matris Baptistae salutatio: ***Benedictus fructus ventris tui (Lc.*** **1, 42).** Quin immo, geminano verborum ***Ave, Maria*** velut textura est, in qua mysteriorum contemplatio progreditur. Etenim qui Christus in unaquaque salutatione angelica significatur, idem ipse est, quem ex ordine enuntiata mysteria ut Filium Dei proponunt et ut Filium Virginis in Bethleemitano specu natum; a matre in templo praesentatum; puerum de iis, quae Patris ipsius sunt, sollicitum; hominum Redemptorem in horto factum in agonia, flagellis caesum et spinarum serto coronatum; cruce oneratum atque in monte Calvariae morientem; a mortuis suscitatum ad Patrisque gloriam ascendentem, dona Spiritus missurum. Inter omnes vero constat pristinam quandam fuisse consuetudinem, pluribus locis ad praesens usque vigentem, ut prolato in unaquaque angelica

salutatione nomini Iesu clausula quaedam adderetur, cum enuntiato mysterio cohaerens, eo quidem consilio ut et contemplatio foveretur et ut mens voci concordaret.

47. Item vehementius urgens necessitas est percepta monendi, praeterquam de eius vi laudativa ac deprecatoria, de alio elemento eiusdem ***Rosarii*** proprio: de contemplatione. Quae si deest, corpori sine anima ***Rosarium*** assimilatur estque periculum, ne recitatio evadat iteratio formularum, in qua mens et ratio desideratur, atque hortamento repugnet Iesu Christi, qui dixit: ***Orantes autem, nolite multum loqui sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur (Mt.*** 6, 7). ***Rosarium*** enim natura sua requirit, ut tranquilla precatione et quasi cogitabunda tarditate volvatur, quo facilius orans meditationi insistat mysteriorum vitae Christi, velut corde illius perspectorum, quae Domino omnium proxima fuit, utque eorumdem mysteriorum investigabiles divitiae reserentur.

48. Denique, post doctorum virorum nostrae aetatis studia, plenius perspectae sunt necessitudines, quae inter liturgicum cultum et mariale ***Rosarium*** intercedunt. Ex una enim parte, clariore in luce positum est ***Rosarii*** usum quasi virgultum censendum esse, quod e vetusto sacrae Liturgiae caudice ortum est, idemque idcirco Psalterium Virginis esse appellatum, quod eius ope tenuioris ordinis fideles ad laudis canticum et ad universalis Ecclesiae intercessionem sese adiungere possent; ex altera vero parte, animadvertere licuit hoc accidisse sub exitum Mediae Aetatis, eo scilicet tempore, quo, languescente germano Liturgiae spiritu, Christifideles aliquantum a liturgico cultu discesserant, cuidam faventes exteriori pietatis sensui erga Christi humanitatem ac beatissimam Virginem Mariam. Quodsi haud multos ante annos fieri potuit, ut alii vota facerent, ut mariale ***Rosarium*** liturgicis riti-

bus annumeraretur, alii vero, solliciti de praeteritae aetatis erroribus in re pastorali praecavendis, eandem precandi formam immerito négligèrent, haec quaestio hodie facile dissolvi potest, praelucente doctrina a Concilio Vaticano II tradita per Constitutionem, cui est initium ***Sacrosanctum Concilium,*** vi cuius celebrationes liturgicae et pium ***Rosarii*** exercitium neque inter se opponenda neque aequiperanda sunt.[114] Quaelibet precandi forma eo fructuosior evadit, quo magis nativam suam vim atque indolem sibi propriam tuetur. Statuta igitur praestantiore liturgicarum actionum dignitate, arduum negotium non erit in ***Rosario*** talem pietatis formam agnoscere, quae cum sacra Liturgia facile possit componi. Etenim, haud secus ac Liturgia, ***Rosarium*** quoque ***communitariam*** prae se fert indolem, Scripturis Sacris innutritur, totumque ad Christi mysterium spectat. Etsi utrumque precandi genus ad rerum ordines pertinet, qui suapte natura inter se differunt, nihilominus sive anamnesis in sacra Liturgia sive recordatio contemplativa in mariali ***Rosario*** in iisdem versantur salvificis eventibus, quorum auctor est Christus. Liturgia efficit, ut sub signorum velamine repraesententur maxima nostrae Redemptionis mysteria, eademque arcana ratione operentur; ***Rosarium*** vero, per piam mentis considerationem, haec mysteria in mentem orantis revocat eiusque voluntatem exstimulat ad vivendi normas exinde sumendas. Posito hoc discrimine, quod ad substantiam pertinet, non est quin intellegat ***Rosarium*** pietatis exercitationem esse, cuius origo a Liturgia sacra repetatur, quaeque, si secundum eius primigenium spiritum peragatur, ad Liturgiam suapte natura conducat, quamquam eius quasi limen non praetergrediatur. Etenim mysteriorum Christi contemplatio, quae in ***Rosario*** habetur, cum mentem et cor Christifidelium iisdem considerandis assuescat, optime animos componere potest ad haec ipsa mysteria in actioni-

[114] **Cf. n. 13: *A.A.S.* 56 (1964), p. 103.**

bus liturgicis celebranda, ac postea ad eorum memoriam per diem continuandam. Attamen non sine errore est, quod pro dolor adhuc alicubi fieri contingit, mariale ***Rosarium*** inter actionem liturgicam recitare.

49. ***Corona*** Beatae Mariae Virginis, secundum traditionem a Sancto Pio V, Decessore Nostro, receptam ab eoque cum auctoritate muneris ipsius propositam, ex variis partibus constat, inter se apte dispositis atque conexis. Sunt autem hae:

a) contemplatio, animo cum Maria coniuncto peragenda, plurium mysteriorum salutis, in triplicem seriem sapienter dispertitorum, quibus et gaudium de Messiae adventu ac dolores salvifici Christi et eiusdem a mortuis suscitati gloria in Ecclesiam redundans recoluntur; quae contemplatio suapte natura animum permovet ad instituendas considerationes in ipso religionis usu vertentes et ad efficaces inde hauriendas normas pro vitae actione;

b) oratio dominica, seu ***Pater noster,*** in qua ob maximam eius praestantiam velut in suo fundamento tota innititur christiana precatio, ab eaque multiplices precandi formae dignitatem suam accipiunt;

c) litanica series salutationum angelicarum, ***Ave, Maria,*** quae verbis Angeli Virginem salutantis (cf. ***Lc.*** 1, 28), et sententia, obsequii plena, ab Elisabeth prolata (cf. ***Lc.*** 1, 42) et addita supplici precatione ecclesiali ***Sancta Maria*** ... efficitur. Continuatio salutationum angelicarum est propria et peculiaris ***Rosario*** earumque numero, qui in eiusdem ***Coronae T&tione*** typica et plena centum quinquaginta complectitur, quaedam similitudo est cum Psalterio, idemque ab origine pii huius exercitii repetitur. Qui quidem numerus, secundum probatam consuetudinem in décades divisus, quae singulis mysteriis attribuuntur, in tres series praedictas seu cyclos digerì tur; unde pernota ***Corona,*** e quinquaginta constans salutationibus

angelicis, est orta, quae in usum recepta est ut communis ratio eiusdem exercitii atque ut talis in populi transiit pietatem et a Summis Pontificibus est sancita, qui eam multis etiam indulgentiis ditarunt;

d) doxologia ***Gloria Patri*** appellata, qua, ut communis fert christianae pietatis usus, preces concluduntur per glorificationem Dei Unius et Trini, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia (cf. ***Rom.*** 11, 36).

50. Hae sunt marialis ***Rosarii*** partes. Unaquaeque autem indole propria distinguitur, quae in recitationem est referenda, ut ***Rosarium*** totam suae virtutis ubertatem atque varietatem exprimere possit. Quare marialis ***Coronae*** recitatio graviter procedet in oratione dominica ; elata ratione ac laudando, dum angelicae salutationes lente decurrunt; contemplando, dum intento animo mysteria considerantur; adorando, dum doxologia profertur. Idque semper eveniat necesse est, quocumque modo ***Rosarium*** recitari solet: sive privatim, cum Christifidelis in recessu solus orat, animo cum Domino coniunctus ; sive ***communitario*** modo, ut in domestico convictu accidit, vel cum christiani in coetus congregantur ad peculiarem Dei praesentiam inter ipsos devocandam (cf. ***Mt.*** 18, 20); sive publice, nempe in conventibus, ad quos ecclesialis communitas convocatur.

51. Recentioribus temporibus nonnulla pietatis exercitia orta sunt, quae e ***Rosario*** vim hauriunt. Ex his ea indicare atque commendare placet, quae in suetam formam celebrationum Verbi Dei quaedam referunt elementa e Beatae Mariae Virginis ***Rosario*** sumpta, cuiusmodi sunt mysteriorum commentatio ac salutatio angelica litanico more repetita. Huiusmodi elementa clariore in luce sane hoc modo ponuntur, eo quod in lectionem Sacrarum Scripturarum inseruntur, per homiliam illustrantur, silentii intervallis circumdantur, cantu

denegantur. Novisse iuvat pias has exercitationes contulisse ad plenius percipiendas spirituales ipsius ***Rosarii*** divitias et ad honorem augendum huic precandi formae debitum, apud iuvenum coetus atque consociationes.

52. Nunc autem, Decessorum Nostrorum proposita persecutis, perplacet Nobis vehementer marialis ***Rosarii*** recitationem inter saepta domestica commendare. Concilium Oecumenicum **II** declaravit familiam, primam ac vitalem societatis cellulam, ***per mutuam membrorum pietatem et orationem in communi Deo factam, tamquam domesticum sanctuarium Ecclesiae se exhibere.***[115] Familia igitur christiana velut quandam Ecclesiam domesticam[116] se ostendit, si eius membra, pro uniuscuiusque munere et condicione, una simul iustitiam promoveant, si misericordiae opera perficiant, si ministerio se addicant fratrum, partem habeant in apostolica navitate, in quam amplior loci communitas incumbit, eiusque liturgicis celebrationibus actuose intersint;[117] denique si communes Deo precationes fundant, quod si desit, domesticus convictus illa nota, qua familia christiana distinguitur, carere dicendus est. Quare, dum theologica notio familiae qua Ecclesiae domesticae recuperatur, eo congruenter omnibusque viribus est annitendum, ut intra domestica saepta precationis communis usus reapse instauretur.

53. Secundum normas directorias a Concilio Oecumenico latas, in ***Institutione Generali de Liturgia Horarum*** domesticus convictus iure merito iis coetibus annumeratili*, quos com-

[115] **Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 11: *A.A.S.* 58 (1966), p. 848.**

[116] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. U: *A.A.S.* 57 (1965), p. 16.**

[117] **Cf. Conc. Vat. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. Il: *A.A.S.* 58 (1966), p. 848.**

munis Divini Officii celebratio plane addecet: ***Expedit (...) ut familia, quasi domesticum sacrarium Ecclesiae, non tantum communes preces Deo fundat, sed etiam partes quasdam Liturgiae Horarum pro opportunitate persolvat, quo Ecclesiae arctius se inserat}***[118] Nihil igitur praetermittendum est, ut perspicua haec agendi norma apud christianorum familias magis magisque laetoque animo ad effectum deducatur.

54. Attamen, post Liturgiae Horarum celebrationem — in qua domestica precatio fastigium attingere potest — dubium non est, quin beatae Mariae Virginis ***Corona*** inter excellentissimas atque efficacissimas « communes preces » recensenda sit, ad quas fundendas christiana familia invitatur. Re quidem vera placet Nobis mentem eo intendere ac vehementer optamus, ut, cum familiae membra ad precandum una conveniant, ***Rosarium*** crebro libenterque eo ipso tempore adhibeatur. Probe novimus mutatas humanae vitae condiciones, quae hodie sunt, haud favere inter domestica saepta familiarium congressioni; quod si accidat, difficile est, plures ob causas, hanc congressionem in precandi opportunitatem convertere. Fatemur quidem arduum sane negotium hoc esse. At locorum morumque condicionibus prementibus, christianum est non vinci sed vincere, non succumbere, sed erigere animum. Quare christianorum familiae, quae quidem muneri, ad quod vocantur, plene satisfacere velint et pietatem christianae familiae propriam exoptent in vitae actionem traducere, omni virium contentione anniti debent, ut repagula removeantur, quae et domesticas congressiones et communes preces impediant.

55. Dum hisce considerationibus finem irnponimus, quae sollicitudinem aestimationemque testantur, quibus mariale ***Rosa-***

[118] **N. 27.**

rium haec Apostolica Sedes prosequitur, hoc etiam monere cupimus, ut in tam salutari pietatis forma propaganda iusta servetur ratio, neque haec ita extollatur, ut ceterae inepte contemni videantur; ***Rosarium*** excellens orandi genus quidem est, Christifidelis tamen circa ipsum debet animum serenum ac liberum gerere, atque omnino expedit, ut ad illud tranquille compositeque recitandum is nativa huius precis venustate potius alliciatur.

56. Venerabiles Fratres, sub exitum Nostrae Apostolicae Adhortationis, debito in lumine summatim ponere cupimus theologicam praestantiam marialis cultus, eiusque efficacem vim pastoralem ad christianos renovando^ mores compendiaria ratione revocare.

Ecclesiae pietas erga Beatam Mariam Virginem pertinet ad naturam ipsam christiani cultus. Honor semper et ubique ab Ecclesia Matri Dei tributus — a salutatione Elisabeth ei benedicentis (cf. ***Lc.*** 1, 42-45) usque ad hodiernas laudis supplicationisque significationes — praeclare testatur ipsius Ecclesiae legem orandi invitamento esse, ut eius lex credendi in conscientiis firmius solidetur. E contrario, lex credendi eiusdem postulat, ut eius lex orandi ubique prospere vigeat quoad Christi Matrem. Hic autem marialis cultus altas veluti agit radices in Verbo Dei revelato ac firmiter innititur in doctrinae catholicae veritatibus, quae sunt: singularis dignitas Mariae, quae est ***Genetrix Dei Filii, ideoque praedilecta filia Patris necnon sacrarium Spiritus Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis caelestibus et terrestribus longe antecellit f***[119] eius cooperatio in eventibus, qui maximi fuerunt momenti in opere redemptionis a Filio peractae; eius sanctitas, quae, etsi plena fuit iam inde ab immaculato conceptu, nihilominus ma-

[119] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 53: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 58-59.**

gis magisque augescebat, ubi ipsa voluntati patris obtemperabat et per doloris semitam procedebat (cf. ***Lc.*** 2, 34-35; 2, 41-52; ***Io.*** 19, 25-27), in fide, spe et caritate sine intermissione progrediens; eius munus eiusque singularis locus, quem obtinet in Populo Dei, cuius simul est supereminens membrum, exemplar spectatissimum atque amantissima Mater; haud intermissa atque efficax eius deprecatio, vi cuius, etsi in caelum assumpta, proxime adest fidelibus, qui eam invocant,, et iis quoque, qui se filios ipsius esse ignorant; eius gloria denique, qua totum nobilitatur humanum genus, ut mirabiliter cecinit Dantes Alagherius: ***Tu illa es Mulier, quae humanam naturam tantopere nobilitasti, ut eius Creator fieri illius creatura dedignatus non sit;***[120] Maria enim ad nostrum pertinet genus, vera Evae filia est, quamvis labis huiusce matris nescia, veraque soror nostra, quae, terrenam vitam in humilitate et paupertate degens, plene sortem nostram participavit.

His adicimus : cultus beatae Mariae Virginis ultimam suam rationem repetit ab inscrutabili et libera voluntate Dei, qui cum sit aeterna ac divina caritas (cf. ***Io.*** 4, 7-8. 16), secundum amoris consilium omnia operatur: dilexit eam et magna ipsi fecit (cf. ***Lc.*** 1, 49); dilexit eam propter se, dilexit eam propter nos; dedit eam sibi, dedit eam nobis.

57. Christus sola via est, quae ad Patrem perducit (cf. ***Io.*** 14, 4-11). Christus supremum exstat exemplum, ad cuius imaginem discipulus mores suos conformet necesse est (cf. ***Io.*** 13, 15), ita quidem, ut id in se sentiat, quod et in ipso (cf. ***Phil.*** 2, 15), vitam ipsius vivat et eius Spiritum habeat (cf. ***Gal.*** 2, 20; ***Rom.*** 8, 10-11) : Ecclesia omni tempore haec docuit, ac propterea cavendum est, ne quid in actione pastorali contingat, quod huic doctrinae officiât. At Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta atque rerum usu praedita, quem saeculorum decursu sibi com-

[120] ***La Divina Commedia, Paradiso*** **XXXIII, 4-6.**

paravit, agnoscit pietatem quoque erga beatissimam Virginem, quae quidem pietati erga Divinum Redemptorem subiciatur cum eaque conectatur, magna pollere vi atque efficacitate in re pastorali atque ad christianae vitae renovationem plurimum valere. Huius autem efficacitatis causa facile perspici potest. Ac revera multiplex munus, quo Maria erga Populum Dei perfungitur, est quiddam vere supernaturale, quod in Ecclesiae corpore exercetur, et quidem operosa et fecunda ratione. Ac iuvat singulas huius muneris partes considerare, quae omnes, pro sua cuiusque efficacia, in idem contendunt, ut in filios spiritualia Filii primogeniti lineamenta referantur. Materna scilicet Virginis deprecatio, eius sanctitatis exemplum ac divina gratia, quae in ipsa est, supernarum rerum sperandarum argumentum humano generi exsistunt.

Maternitatis officium Mariae concreditum Populum Dei impellit, ut filiorum more fidenter ad eam confugiat, quae prompta semper paratamque se praebet ad eius preces materno amore exaudiendas et ad ei succurrendum auxilio efficaci;[121] quare Christifideles eam invocare consueverunt ut ***Consolatricem afflictorum, Salutem infirmorum, Refugium peccatorum,*** ad impetrandum in aerumnis solacium, in aegritudine levamen, in peccatis robur, quod ab eorum liberat servitute; ac revera ipsa, a peccatorum labe prorsus libera, eo filios perducit, ut peccatum firmo proposito devincant.[122] Quae quidem liberatio a malo et a peccati servitute (cf. ***Mt.* 6, 13)** condicio habenda est — idque iterum iterumque asseverare oportet — quae christianae cuilibet morum renovationi necessario praemittatur.

Exemplum sanctitatis a Virgine praebitum Christifideles permovet, ut ad Mariam oculos suos attollant, ***quae toti elec-***

[121] **Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* nn. 60-63: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 62-64.**

[122] **Cf. *Ibid.,* n. 65: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 64-65.**

torum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget.[123] De firmis virtutibus agitur et quidem evangelicis, quae sunt: fides atque obsequens voluntas Verbo Dei (cf. ***Lc.*** 1, 26-28; 1, 45; 11, 27-29; ***Io.*** 2, 5); magnanima oboedientia (cf. ***Lc.*** 1, 39-56); sincera humilitas (cf. ***Lc.*** 1, 48); caritas propera (cf. ***Lc.*** 1, 38); considerata sapientia (cf. ***Lc.*** 1, 29. 34; 2, 19. 33, 51); pietas erga Deum, quae impellit ad religionis officia alacriter persolvenda (cf. ***Lc.*** 2, 21. 22-40. 41), ad gratum de beneficiis acceptis gerendum animum (cf. ***Lc.*** 1, 46-49), ad dona in templo offerenda et ad preces fundendas in Apostolorum communitate (cf. ***Act.*** 1, 12-14); animi fortitudo in exsilio (cf. ***Mt.*** 2, 13-23), in dolore (cf. ***Lc.*** 2, 34-35. 49; ***Io.*** 19, 25); paupertas dignitatis plena ac fiduciae in Deo collocatae (cf. ***Lc.*** 1, 48; 2, 24; 1, 48); vigil de Filio cura ab humilitate cunarum usque ad ignominiam crucis (cf. ***Lc.*** 2, 1-7; ***Io.*** 19, 25-27); provida animi suavitas (cf. ***Io.*** 2, 11-12); virginalis castitas (cf. ***Mt.*** 1, 18-25; ***Lc.*** 1, 26-38), fortis et castus coniugalis amor. Hisce Matris virtutibus profecto exornabuntur ii filii, qui firmo proposito in ipsius exempla intueantur, ut eadem in sua ipsorum vita imitando exprimere possint. Tunc huiusmodi in virtutibus progressus agnoscetur ut consecutio et quasi maturus fructus pastoralis illius efficaciae, quae e cultu Mariae tributo proficiscitur.

Pietas in Christi Matrem opportunitatem fidelibus praebet proiiciendi in divina gratia, quo in profectu supremus cuiusvis pastoralis actionis finis ponendus est. Etenim fieri nequit, ut ***Plenam gratiae*** digno in honore habeat quin in semetipso honoret gratiam divinam, hoc est Dei amicitiam animi cum eo communionem et habitationem Spiritus Sancti. Quae divina gratia hominem penitus afficit et conformem efficit imagini Filii Dei (cf. ***Rom.*** 8, 29; ***Col.*** 1, 18). Ecclesia catholica, rerum usu innixa, qui saeculorum suffragio comprobatur, in mariali cultu validum auxilium agnoscit oblatum homini,

[123] ***Ibid.***, **n. 65: *A.A.S.* 57 (1965), p. 64.**

qui ad plenitudinem vitae suae adipiscendam contendit. Maria, nova Mulier, proxima Christo adstat, novo Homini, in cuius mysterio tantummodo hominis mysterium clarescit,[124] et quidem quasi pignus nobis data, ut fidem faciat divinum consilium de totius hominis salute in humani generis persona, hoc est in ipsa, iam adimpletum esse. Hominibus, qui hodie sunt, qui haud raro inter angorem et spem iactantur, qui ob conscientiam exiguitatis suae se abiciunt et munitis percelluntur appetitionibus, qui animum perturbatum, cor divisum mentemque ob aenigma mortis incertam gerunt, qui solitudine oppressi communionem cum aliis sitienter expetunt, fastidio ac taedio plene affecti: his hominibus, dicimus, beata Maria Virgo, sive in terrestris ipsius vitae vicissitudinibus sive in caelesti beatitudine, qua iam in Civitate Dei perfruitur, consideratur, serenum praebet prospectum et verba habet ad confirmandos animos apta: spondet scilicet spem de angore triumphaturam, communionem de solitudine, pacem de perturbatione, laetitiam et pulchritudinem de fastidio ac taedio, rerum aeternarum exspectationem de temporalibus cupiditatibus, vitam de morte.

Quasi sigillum Adhortationi huic Nostrae appositum novumque testimonium pastoralis efficaciae, quae mariali cultui inest, ut homines ad Christum adducantur, sint ipsa verba, quibus Maria Virgo in nuptiis Cana ministros est allocuta: ***Quodcumque dixerit vobis, facite (Io.*** 2, 5). Haec verba, quae specie tantum solam voluntatem significant removendi incommodi a nuptiali convivio, reapse, si peculiaris quarti Evangelii ratio spectetur, veluti vox sunt, in qua resonare videtur ipsa formula a Populo Israel adhibita ad foedus sanciendum in monte Sinai (cf. ***Ex.*** 19, 8; 24, 3. 7; ***Dt.*** 5, 27), vel ad fidem eidem renovandam (cf. ***Ios.*** 24, 24; ***Esd.*** 10, 12; ***Neh.*** 5, 12); ac

[124] **Cf. Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 22: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1042-1044.**

vox etiam sunt, quae mirum in modum concinit cum voce Patris, qui in ***theophania*** montis Tabor edixit: ***Ipsum audite*** ***[Mt.*** 17, 5).

58. Venerabiles Fratres, visum est Nobis fuse de cultu Dei Matri tribuendo disserere, quippe qui ad integram christiani cultus rationem pertineat. Id ipsum grave materiae momentum postulavit, quae postremis hisce annis doctorum virorum studiis pertractata et recognita est, ac nonnumquam etiam in controversiam adducta. Id autem Nobis solacio est, quod opus ab hac Apostolica Sede et a vobismetipsis susceptum ad exsequendas Concilii normas — peculiarique modo instauratio liturgica — magnopere confert ad cultum Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto impensiore usque adorationis voluntate adhibendum et ad christianae vitae incrementum apud christifideles; item non sine fiducia animadvertimus renovatam Liturgiam Romanam exstare testimonium pietatis Ecclesiae in Mariam Virginem; spe praeterea fulcimur directorias normas, latas ad pietatem huiusmodi magis in dies fovendam roborandamque, sincero animo ad effectum deductum iri; gaudio denique perfundimur de oblata Nobis, favente Deo, opportunitate illustrandi nonnulla doctrinae capita, quibus usus marialis ***Rosarii,*** merito in honore habendus, restituatur et confirmetur. Hoc autem solacio, fiducia, spe, gaudio animum affecti, vocem Nostram cum Beatae Mariae Virginis voce Dominum magnificando coniungimus — quemadmodum in Liturgia Romana deprecamur[125] — atque cupimus, ut hi sensus Nostri in laudem Dei gratiarumque actionem eidem debitam traducantur.

Dum igitur exoptamus, ut vestra, Venerabiles Fratres, annuente diligentia, Deiparae Virginis cultus apud clerum populumque vestris curis concreditum salutari provehatur incre-

[125] Cf. *Missale Romanum,* die SI Maii, *Collecta.*

mento, ideoque in maius Ecclesiae et hominum societatis bonum vertat, vobismet ipsis et cunctis, quos pastorali sollicitudine contingitis, peculiarem Benedictionem Apostolicam amanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die n mensis Februarii, in Praesentatione Domini, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 2 Februarii 197Jf. — **Metropolitanae Ecclesiae Agriensi praefecit Exc. P. D. Iosephum Bank, hactenus Episcopum Vaciensem.**

— Cathedrali Ecclesiae Regalensi Exc. P. D. Emericum Kisberk, hactenus Episcopum titularem Christianopolitanum.

die k Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Maiucensi R. D. Ioannem Galecki, parochum in oppido vulgo Stargard, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Georgii Stroba, Episcopi Sedinensis-Caminensis.**

— Cathedrali Ecclesiae Adiacensi Exc. P. D. Ioannem Carolum Thomas, hactenus Episcopum titularem Gemellensem in Numidia.

die 6 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Diacovensi et Sirmiensi R. D. Cyrillum Kos, Canonicum cathedralis Ecclesiae eiusdem dioecesis.**

die 7 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Dardaniae R. D. Iosephum Mariam Mestres, Vicarium Generalem archidioecesis Paranensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Adolfi Servandi Tortolo, Archiepiscopi Paranensis.**

die 8 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Calbayoganae, R. P. D. Richardum Tancinco, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.**

die 10 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Gunugitanae R. P. D. Onesimum Gordoncillo, Cancellarium curiae dioecesis Dumaguetensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Epiphanii Surban Belmonte, Episcopi Dumaguetensis.**

die 11 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Alindensi R. P. D. Robertum Lebel, e clero archidioecesis Sancti Germani, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gerardi Mariae Coderre, Episcopi Sancti Ioannis Quebecensis.**

die 12 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Otriculanae B. D. Philippum Aguirre Franco, e clero archidioecesis Guadalaiarensis, curionem ecclesiae cathedralis in urbe vulgo Tuxtla Gutiérrez, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Trinitatis Sepúlveda Ruiz Velasco, Episcopi Tuxtlensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 26 Novembris 1973. — Cathedrali Ecclesiae Bukobaënsi praefecit R. D. Nestorem Timanywa, e clero saeculari autochthone, seminarii maioris de Ntungamo moderatorem spiritus.

— Cathedrali Ecclesiae Gunturensi R. P. D. Tanugundla Bala Shoury, dioecesis Varangalensis Vicarium Generalem.

die 17 Decembris. — Archiepiscopali Ecclesiae Tingitanae R. P. Carolum Amigo Valle jo, sodalem Ordinis Fratrum Minorum.

— Cathedrali Ecclesiae Nyundoënsi R. D. Vincentium Nsengiyumva, sacerdotem Ruhengeriensis dioecesis, in seminario maiori de Nyakibanda professorem.

— Cathedrali Ecclesiae Nellorensi R. D. Pudhota Chinniah Balasamy, curionem paroeciae Sancti Ioseph in oppido vulgo Vepery archidioecesis Madrapolitanae et Meliaporensis.

— Cathedrali Ecclesiae Purvokertensi R. P. Paschalem Soedita Hardjasoemarta, Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu in Indonesia Superiorem Provincialem.

— Cathedrali Ecclesiae Ravalpindensi Exc. P. D. Simeonem Pereira, hactenus Episcopum titularem Badiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Alivalensi R. P. Eberardum Antonium Mariam Baaij, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalem, curionem in oppido vulgo Colesberg nuncupato dioecesis De Aarensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Talaptulensi R. D. Bonifatium Nyema Dalieh, sacerdotem indigenam liberianum, quem constituit Vicarium Apostolicum Capitis Palmensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thignicensi R. D. Franciscum Folorunso Alongé, dioecesis Ekitiensis sacerdotem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Guillelmi Richardi Field, Episcopi Ondoënsis.

die 2If Ianuarii 197If. — Metropolitanae Ecclesiae Cuttackensi-Bhubanesvarensi, noviter erectae, R. P. D. Henricum Sebastianum D'Souza, Vicarium Generalem archidioeceseos Calcuttensis.

— Cathedrali Ecclesiae Rockhamptoniensi R. D. Bernardum Wallace, professorem Sacrae Theologiae in seminario regionali de Banyo.

— Cathedrali Ecclesiae Budialaénsi R. P. D. Iosephum Bolangi Egwanga, Vicarium Generalem eiusdem dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Berhampurensi, noviter erectae, R. P. Thomam Thiruthalil, Congregationis Missionis sodalem, rectorem seminarii minoris dioecesis Cuttackensis.

die 28 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sambalpurensi R. P. Raphaelem Cheenath, sacerdotem indigenam, Societatis Verbi Divini consiliarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Salemensi R. D. Michaelem Duraisamy, Pondicheriensis et Cuddalorensis archidioeceseos sacerdotem, litterarum scholae Sanctae Annae directorem nec non studiorum sedis in oppido vulgo Tindivanam appellato procuratorem.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 7 Novembris 1973. — Exc. P. D. Gabrielem Lee Kap-Sou, Episcopum titulo Catabitanum, *Administratorem Apostolicum « sede vacante »* dioecesis Pusanensis.

die 8 Februarii 1974. — B- P- Ioannem A. Weidner, Societatis Apostolatus Catholici sodalem, *Administratorem Apostolicum ((ad nutum Sanctae Sedis*)) Raipurensis nuper evectae dioeceseos.

die 22 Februarii. — R. P. Helmodum Reckter, e Societate Iesu, *Praefectum Apostolicum* nuper erectae Sinoiaènsis Apostolicae Praefecturae.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETUM

De novo « Ordine Paenitentiae »

Reconciliationem inter Deum et homines Dominus noster Iesus Christus mysterio mortis suae ac resurrectionis effecit (cf. *Rom* 5, 10). Ecclesiae in Apostolis hoc reconciliationis ministerium a Domino commissum est *(2 Cor* 5, 18 ss.), quod ipsa implet hominibus faustum nuntium salutis afferendo eosque baptizando in aqua et Spiritu Sancto (cf. *Mt* 28, 19).

Sed propter humanam infirmitatem accidit, ut christiani « caritatem suam primam relinquant)) (cf. *Ap* 2, 4), quin etiam amicitiae cum Deo coniunctionem peccando dirumpant. Propterea, ad remittenda peccata post Baptismum commissa, Dominus peculiare sacramentum Paenitentiae instituit (cf. *Io* 20, 21-23), quod Ecclesia per saeculorum decursum fideliter celebravit, variis quidem modis, sed servatis eius elementis essentialibus.

Concilium autem Vaticanum Secundum haec statuit : « Ritus et formulae Paenitentiae ita recognoscantur, ut naturam et effectum Sacramenti clarius exprimant ».[1] Haec spectans, Sacra Congregatio pro Cultu Divino novum *Ordinem Paenitentiae* diligenter apparavit, ut actio Sacramenti plenius a fidelibus intellegatur.

In hoc novo Ordine, praeter *Ordinem ad reconciliandos singulos paenitentes,* ut in luce ponatur aspectus communitarius sacramenti,

[1] Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 72: *A.A.S.* 56 (1964), p. 118.

concinnatus est *Ordo ad reconciliandos plures paenitentes,* secundum quem confessio et absolutio singulares in celebrationem verbi Dei inseruntur. Praeterea, pro certis casibus, confectus est *Ordo ad reconciliandos plures paenitentes cum confessione et absolutione generali,* iuxta Normas Pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam, a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei die 16 iunii 1972 datas.[2]

Ecclesia cordi habet fideles suos ad continuam conversionem et renovationem vocare. Volens autem ut baptizati, post lavacrum lapsi, peccata in Deum et fratres commissa agnoscant et veram paenitentiam in corde habeant, studensque eos ad celebrandum sacramentum Paenitentiae praeparare, Ecclesia eos hortatur, ut celebrationibus paenitentialibus nonnumquam intersint. Quam ob rem Sacra haec Congregatio normas eiusmodi celebrationum agendarum constituit atque exempla seu specimina earum proposuit, quae Conferentiae Episcopales ad necessitates regionum suarum poterunt accommodare.

Summus igitur Pontifex PAULUS VI *Ordinem Paenitentiae,* a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparatum, auctoritate sua approbavit evulgarique iussit, ut is pro titulis huc spectantibus, qui in Rituali Romano usque adhuc vigente exstant, substitueretur. Qui Ordo, lingua Latina exaratus, statim ac prodierit, lingua autem vernacula conscriptus a die, quem Conferentiae Episcopales statuerint, postquam translationem in linguas vernaculas approbaverat confirmationemque ab Apostolica Sede impetraverint, vigere incipiet.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 2 decembris 1973, dominica prima Adventus.

DE SPECIALI MANDATO SUMMI PONTIFICIS

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

& H. Bugnini
Archiep. tit. Diocletianen.
a Secretis

[2] Cf. *A.A.S.* 64 (1972), pp. 510-514.

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Theologica Facultas in Pontificia studiorum Universitate Aequatoris erigitur.

Catholicae Theologiae cum officium sit christianam revelationem diligenter explorandi apteque diffundendi, ut et christifideles theologicis virtutibus exercendis animus continuo addatur et infidelibus expedita sternatur via ad salutiferum nuntium amplectendum, nihil Sanctae Ecclesiae antiquius fuit quam ut Scholas ubique constituere quibus sacrae excolerentur disciplinae, in primis ad iuvenes rite efformandos qui sacerdotale deinde ministerium idonee explicarent.

Quamobrem Aequatoriani quoque inter ceteros Episcopi inde ab aliquot annis Institutum Centrale Sacrae Theologiae, necessitatibus totius nationis consulturum, constituere aggressi sunt. Re considerate perpensa ac requisitis conditionibus adimpletis, Aequatoriana Conferentia Episcopalis die XXI m. iunii a. D. MCMLXIX Institutum Superius Theologicorum Studiorum condidit, quod, auctoritate E.mi Pauli S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis, Pontificiae Universitatis Aequatoris Magni Cancellarii, die XXI m. decembris eiusdem anni in Universitatis gremium insertum est. Ut deinde laudatum Institutum academica dignitate augeretur, Purpuratus idem Pater Sacram Congregationem pro Institutione Catholica supplex adivit, nomine Conferentiae petens ut Institutum, expleto quoque praescripto art. 19 Universitatis Statutorum, ad normam Ecclesiae legum in Facultatem promoveretur.

Sacrae haec igitur Congregatio, petitionem E.mi Praesulis benevole excipiens, potestate sibi a Ss.mo D. N. PAULO div. Prov. Pp. VI concredita, INSTITUTUM SUPERIUS THEOLOGICORUM STUDIORUM in Pontificia Aequatoris Universitate Catholica vigens in SACRAE THEOLOGIAE FACULTATEM hoc Decreto erigit atque erectum declarat, iure eidem facto academicos Sacrae Theologiae gradus *Baccalaureatus* post quinquennium studiorum philosophico-theologicorum (primum cyclum institu-

tionale), *Licentiae* vero post biennium theologicum (secundum cyclum specialisatum), *Doctoratus* denique post annua ulteriora studia (tertium cyclum plenioris specialisationis) conferendi ; omnibus ei agnitis tributisque iuribus privilegiis honoribus atque officiis quibus Ecclesiasticae Facultates merito fruuntur; eidem praestituens ut ad documentum ((Normae quaedam » inscriptum (20-V-1968) ceterasque Apostolicae Sedis leges academicas ad amussim conformetur regaturque, ad ortodoxiam in primis quod attinet fideliter tutandam ; servatis insuper peculiaribus Statutis a Sacra Congregatione approbatis; ceteris demum servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d.d. xx m. iunii a. D. MCMLXXIII.

GABRIEL M. Card. GARRONE, ***Praefectus***

8 Iosephus Schroffer, Archiep. tit. Voltura.., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha confermato :

6 marzo 1974. S. E. Torrella Cascante Ramon, Vescovo tit. di Minervino Murge, ***Vice-Presidente della Pontificia Commissione a Iustitia et Pax».***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

6 marzo 1974. S. E. Moreira Neves Lucas, Vescovo tit. di Feradi Maggiore, ***Vice-Presidente del « Consilium de Laicis ».***

» » » Il rev. Zehlaoui Elias, del clero di Damasco, ***Consultore del Segretariato per i non Cristiani.***

21 » » S. E. il Sig. Cardinale Knox James Robert, ***Membro della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

22 » » Il rev. sac. Albertini Mario, ***Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.***

NECROLOGIO

28 febbraio 1974. Mons. O'Brien Eris Michael, Arcivescovo tit. di Apamea di Siria.

2 marzo » Mons. O'Neill, già Vescovo di Grand Falls.

9 » » Mons. Oiivotti Giuseppe, Vescovo tit. di Samo.

10 » » E.mo Signor Cardinale Kominek Boleslaw, Arcivescovo di Wroclaw.

15 » » Mons. Kovács Vince, Vescovo tit. di Zarai.

19 » » Mons. Botto Paolo, già Arcivescovo di Cagliari.

An. et vol. LXVI 30 Aprilis 1974 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città dei Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius catholici orbis: de auctis Ecclesiae necessitatibus in Terra Sancta.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

NOBIS IN ANIMO est ad vos, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, adhortationem adhibere vestraeque considerationi proponere commune nostrum officium eo spectans, ut ecclesialis caritatis sensum, quo omnes invicem coniungimur, christianis Terrae Sanctae communitatibus testificemur.

Hierosolymitana enim Ecclesia singularem prorsus locum obtinet inter sollicitudines Sanctae Sedis interque curas universi christiani orbis; eodemque tempore etiam apud gravissimus Nationum Consessus maximosque Internationales Coetus studia in Loca Sancta conferuntur, peculiarique modo in urbem Ierusalem, hoc quidem proposito, ut eorundem locorum incolumitati consulatur atque in tuto ibi ponatur libera religionis cultusque professio.[1]

[1] Cfr. *Pacta Conventa* habita in urbibus Wien, Sèvres, Montreux; Societas Nationum; Foederatio Nationum Unitarum *(ONU).*

Haec animi attentio hodie impensiore studio urgenda est propter graves, quae illic occurrunt, quaestiones ad rem religiosam, politicam et socialem spectantes; nam de quaestionibus agitur implexis sane atque magni momenti, quae convictum populorum in ea regione degentium respiciunt eorumque concordiam, itemque de quaestionibus indolis religiosae, civilis et humanae, quae ad vitam attinent variarum communitatum, quae in Terra Sancta commorantur.

Animo adhuc anxii, quamvis spe quadam erecti, id ipsum commonemus quod nuper asseveravimus, nempe prolatam hominum contentionem in Medii Orientis regionibus — cum tamen nondum ea consilia capiantur, quae tandem ad componendam pacem conducant — grave continuumque periculum prae se ferre, quo in discrimen vocantur non solum tranquillitas et securitas populorum illius terrae, immo pax universi terrarum orbis, sed etiam quaedam bona, quae summopere cordi sunt, diversas ob causas, tam magnae hominum parti. Praeterea, si magis magisque invalescant rerum status haud innixi certo ac legitimo fundamento, quod internationali iure agnoscatur atque muniatur, id profecto, nedum faciliores reddat, magis arduas efficiet aequas ac probabiles pacis condiciones, quibus debita ratio habeatur iurium uniuscuiusque gentis: peculiari modo hic Nostrum subit animum Ierusalem, Urbs Sancta uniusque Dei religionis Caput, ad quam hisce diebus christianorum cogitatio vehementius advolat et in qua, haud perinde atque Hebraei et Muslimi, plene « cives » se ipsi sentire debent.[2]

Ad Nos quod attinet, facere non possumus, quin in memoriam revocemus peregrinationem, quam Nosmet ipsi ad sacram Iesu Christi terram, mense Ianuario anni MCMLXIV, peregimus. Illuc Nos conferre voluimus, ut in sacris locis, ubi Christus natus est, vixit, obiit et e morte resuscitatus ad Cae-

[2] **Allocutio ad Em.mos Patres Cardinales:** ***A.A.S.*** **65 (1973), p. 23**

lum ascendit, praecipua salutis nostrae mysteria praesentes recoleremus.[3] Neque e memoria Nostra excedere potest ille, quem habuimus, occursus sive cum religiosis Auctoritatibus Christianis — inter quas meminisse iuvat Patriarcham Graecum et Patriarcham Armenorum Hierosolymitanum —, sive cum credentium multitudinibus, quae circumstipantes quasi effuso quodam fidei caritatisque amplexu Nos exceperunt.

Hoc propositum Patribus Conciliaribus nuntiantes, etiam mentem Nostram aperuimus: persuasum enim habebamus ***pias supplicationes esse suscipiendas et opera multiplicanda***[4] ad felicem exitum Concilii. Quare statuimus ***Nosmetipsos, peregrinatoris in modum, in regionem illam, patriam Domini Nostri Iesu Christi, conferre.***[5] ***Terram*** inquimus, ***in qua olim nostri in fide Patres vixerunt; terram, ubi vox resonuit Prophetarum, qui locuti sunt nomine Dei Abraham, Isaac ac Iacob; terram, denique ac potissimum, quae praesentia ipsius Christi sancta sacraque iam reddita est christianis omnibus, immo, affirmare licet, universo hominum generi.***[6] ***Nemo oblivisci potest Deum, cum factus homo patriam, linguam, familiam in hoc mundo sibi eligere vellet, haec omnia ab Oriente sumpsisse?***

Videmur Nos arcanam quandam reperire necessitudinem atque affinitatem inter terram illam et Iesum Christum et Petrum et eius successionem et urbem Romam: sic elocuti sumus eo ipso vespere, quo ex Nostra in Terra Sancta peregrinatione in Urbem rediimus.[8]

Haec itaque sacrata terra facta est, certo quodam modo,

[3] **Cfr. Allocutio ad Patres Conciliares: *A.A.S.* 56 (1964), p. 39.**

[4] ***Ibid.***

[5] ***Ibid.***

[6] **Cfr. Salutatio Beatissimi Patris habita ad Exc.mum Virum Zalman Shazar, Israelianae Civitatis Praesidem: *L'Osservatore Romano,* dd. 7-8 m. Ianuarii a. 1964, p. 6.**

[7] **Cfr. Allocutio ad Hierarchiam Catholicam: *L'Osservatore Romano,* dd. 7-8 m. Ianuarii a. 1964, p. 10.**

[8] **Cfr. *Il Pellegrinaggio di Paolo VI in Terra Santa,* Libreria Editrice Vaticana, 1964, p. 140.**

spirituale patrimonium totius orbis christianorum, qui quidem vehementer cupiunt eam semel saltem in vita, tamquam pii peregrinatores, invisere, ut suae pietati satisfaciant suumque ostendant amorem erga Deum factum Infantulum Bethlehemi, erga divinum Adulescentem et Opiñcem in Nazarethana urbe, erga Praeceptorem divinum et miraculorum Auctorem per omnem eam regionem, erga divinum Crucifixum in Calvariae loco, ac denique erga Redemptorem Resuscitatum ex sepulcro, quod nunc invenitur in « Templo Resurrectionis » (ó ***vaoç rfjç âvacraaecoç),*** ut illud christiani fratres qui Graece loquuntur opportuna dictione appellant.

Verum, eadem haec terra quoque est, in qua, prope Templa et Loca Sacra, commoratur atque operatur Ecclesia viva, Communitas nempe credentium in Christum. De Communitate agitur, quae progredientibus aetatibus res adversas paene innumerabiles perpessa est, quaeque acerbis fortunae vicissitudinibus fuit obnoxia: interiores dissensiones, vexationes exteriores et paulo nuperius etiam migrationes eam adeo infirmaverunt, ut sibimet ipsa diutius nequeat providere, nostraque propterea egeat benevolentia atque adiumento tam ad animum suum confirmandum, quam ad opes comparandas.

Hi fratres nostri, ***qui ibi vivunt ubi vixit Iesus, et qui circum ipsa Loca Sacra successerunt primae illi et priscae Ecclesiae, quae cunctas post se peperit Ecclesias,***[9] egregia sibi cumulaverunt coram Deo merita et nos omnes officio quodam spirituali devinxerunt: namque insigniter et cotidie partem habent Christi dolorum, et congruenter nomini christiano se gerunt, declarantes fidem vivam, caritatem sinceram veramque paupertatem secundum Evangelii morem. Si praesentia ipso-

[9] Cfr. Oratio Pauli VI habita post pium exercitium v. d. «Via Crucis» apud Amphitheatrum Flavium, d. 9 m. Aprilis a. 1971: *L'Osservatore Romano,* d. 10 m. Aprilis a. 1971.

rum aliquando penitus deficeret, tunc fervor testificationis viventis apud ipsa celebrata Templa exstingueretur et Loca Sacra christianorum sive in urbe Ierusalem sive per totam Terram Sanctam plane fierent museis similia. Iam alias aperte confessi sumus quantopere sollicitaremur, quod christianorum numerus magis magisque imminuere tur in antiquis illis regionibus, quae fidei nostrae incunabula fuerunt.[10]

Ab ipso dominicae Resurrectionis die, cum fidissimi Magistri divini sectatores concurrerunt ad eius inspiciendum sepulcrum, maxima laus fuit pristini illius coetus Iudaeorum-Christianorum conservare ac perpetuare memoriam praecipuorum Locorum Sanctorum, atque eorum vestigia et reliquias demonstrare peregrinatoribus, qui paululo post coeperant illa frequentare.

Fidei ac pietatis sensus impulerunt priscos christianos, ut praesentes inspectare et veluti contrectare possent ipsa Loca Sacra, ibidemque liturgicos ritus singulari quodam splendore concelebrare.

Etsi nemo sane negat christianam religionem prorsus universalem esse neque ullius nationis circumscribi finibus, atque ipsius asseclas ***adorare Patrem in spiritu et veritate,***[11] nihilominus ipsa clare innititur alicui revelationi historicae. Iuxta <(***historiam salutis*** » nimirum constat « ***geographiam salutis*** » adesse. Quapropter, excellens inest Locis Sacris praestantia, quod fidei ipsi praebent inexpugnabile quoddam praesidium, cum christianis permittant, ut directo attingant circumiacentia rerum adiuncta, in quibus ***Verbum caro factum est et habitavit in nobis.***[12]

Recentissimae efïossiones archaeologicae, quas exsecuta sunt clariora disciplinarum Instituta — quae inter memoramus

[10] **Cfr. Allocutio ad Em.mos Patres Cardinales: *A.A.S.* 62 (1970), p. 47.**

[11] **Cfr. *Io i,* 23.**

[12] ***Io* 1, 14.**

Scholam Biblicam Patrum Dominicianorum ac « ***Studium*** » Patrum Franeisealium Custodiae —, eruerunt inque lucem evexerunt nova rerum vestigia, quae a tempore Christi et Apostolorum repetuntur.[13]

Iam inde a saeculo quarto documenta praesto sunt, quae commemorant peregrinatores in itinere constitutos ad Terram Sanctam, iisque monstrant faciliorem commodioremque viam.[14]

Paulo post, sub exitum saeculi quarti vel ineunte saeculo quinto, pia peregrina Egeria describit sive monumenta in Terra Sancta exstantia, sive ritus qui ibi agebantur, praesertim in urbe Ierusalem, Maioris Hebdomadae tempore.[15]

Sanctus ipse Hieronymus, cum in Palaestina moraretur et Bibliorum investigationibus stimulos adiceret, mirum simul in modum excitavit studium totius orbis christiani occidentalium regionum et virorum eruditorum erga Iesu Christi terram : eo omnino tempore Bethlehemi aedificata sunt duo coenobia et deversorium, quae luculentum signum et documentum exstant conspicuae frequentiae peregrinatorum.[16]

Etiam deinceps Terra Sancta numquam cessavit ad sese allicere piorum viatorum turmas, quamquam iter ipsum pluribus obnoxium erat periculis atque pauca et lenta valde véhicula. Quare, coenobia et templa, opitulantibus liberalibus et beneficis hominibus, multiplicata sunt: urbes atque ipsae solitudines repletae sunt a monachis et paenitentibus viris omnis gentis ac ritus, qui in terra Domini vitae christianae fontes et capita novo veluti modo detegebant.

Per hominum aetates peregrinorum celebritas e variis histo-

[13] Cfr. Commentationes de domo S. Petri in Capharnaum: «Studium Biblicum Franciscanum», Ierusalem; Vincent-Abel, O.P., *Jérusalem nouvelle,* Gabalda, 1914-1926.

[14] Cfr. *Itinerarium Burdigalense,* Ed. P. Geyger, in CSEL, Vindobonae 1898, vol. 39, p. 25.

[15] Cfr. *Itinerarium Egeriae,* ed. Ae. FRANOESCHINI-R. WEBER in «Corpus Christianorum», excerptum ex t. CLXXV, Turnholti 1958.

[16] Cfr. T. Tobler - A. Moliner, *Itinera latina bellis sacris anteriora,* I, 1877, pp. 43-47; II, 1880, pp. 133-142.

riae casibus pependit, atque adeo faustiora minusve laeta tempora experta est. A superiore autem saeculo res ipsa fuit in incremento, idque iugiter, cum eam recentius inducta véhicula iuvarent et magis conscius fidei sensus gigneret.

Hoc maiore consideratione dignum videtur, quod inter Concilii Vaticani II tempus plures fuerunt Patres, qui Loca Sancta peterent; neque parum solacii affert, quod haud pauci tum Sacerdotes, tum religiosi Sodales amant dies nonnullos Ierusalem transigere sui colligendi gratia, sacrae Ordinationis vel peculiaris alicuius eventus nacti opportunitatem. Quas nimirum peregrinationes et commorationes in Terra Sancta plane fovere volentes, iussimus hospitium a Domina Nostra (a « ***Notre-Dame*** » dicunt) in urbe Ierusalem patere iterum idemque destinari etiam ad Sacerdotum coetus congregandos.

Huiusmodi peregrinationes idcirco valuerunt ad favendum concursui populorum diversam religionem profitentium, propterea quod ad illam beatissimam Terram, maxime vero Ierusalem, aspiciunt et confluunt tamquam ad suum cuiusque spirituale centrum, non solum christianae communitates, acatholicis haud exceptis, sed etiam Hebraeorum atque Muslimorum multitudines.

Nos autem flagrantia suscipimus vota, ut id generis concursus incrementis augeantur, atque adeo conferant — ita enim et opinamur et ominamur — ad ampliorem aliorum cum aliis cognitionem, ad mutuam eorundem observantiam, ad artiorem necessitudinem inter fratres, qui unius eiusdemque Patris sunt filii, nec non ad pleniorem intellegentiam primarii postulati de pace inter populos stabilienda.

Iam S. Paulus Palaestinensium fidelium causam alacri animo ipse suscepit auctorque fuit perdiligens colligendae stipis pro illis, qui ex Hierosolymitanis fratribus pauperiores erant. Cuius invitationi Ecclesiae in Macedonia, in Achaia largiter libenterque responderunt. Unusquisque vero christianorum, pro sua facultate, sibi proposuit opem subsidiaque mittere

fratribus, qui in Iudaea commor aban tur. Communitates enim, quae ex gentibus erant, quadam quasi obligatione sese devinctas censebant erga illius Ecclesiae membra, unde caelestium divitias bonorum acceperant, quas ipsae vicissim suae fructu caritatis rependerent. Tunc Apostolus ipse auxilia tulit in Civitatem sanctam, cum in collecta stipe vinculum quoddam unitatis agnosceret inter novas credentium communitates et Ecclesiam matrem, quae in Ierusalem erat.[17]

Non certe sine aliquo providentis Dei consilio res, quae saeculo tertiodecimo gestae sunt, causa fuerunt cur Ordo Fratrum Minorum in Terram Sanctam ingrederetur.

Quo ex tempore Sancti Francisci filii — per continuam annorum seriem — in terra Iesu permanserunt, ut Ecclesiae illi inservirent et Loca christianorum Sancta custodirent, restituèrent, tutarentur. Eorum quidem fidelitas erga Conditoris sui optata atque Sanctae Sedis mandata saepius fuit pulcherrimis mirabilis virtutis et magnanimitatis factis confirmata.

Fratres Minores autem ipsos sive nobilioris sive humilioris ordinis homines adierunt, ut stipem colligerent; sodales, huic muneri addicti, publico titulo « ***Procuratorum*** » seu « ***Commissariorum pro Terra Sancta*** » appellati sunt.[18] Attamen, cum decursu temporis necessitates increscerent et eorum opera non satis esset, Romani Pontifices idcirco, paterna ducti sollicitudine, suam auctoritatem interposuere, « Collectam pro Locis Sanctis » imperantes simulque etiam proposita et tempora et modos praefinientes, quibus per Ordinarios collationes ad eos pervenirent, ad quos oporteret.[19]

[17] Cfr. *Act* 11, 29; 24, 17; *Rom* 15, 25-31; *1 Cor* 16, 1-4; *2 Cor* 8, 1-9; *Gal* 2, 10.

[18] Martinus Pp. V, *His quae,* d. 24 m. Februarii a. 1421: «Bullarium Franciscanum», t. VII, Romae 1904, p. 549, n. 1471.

[19] Cfr. Xystus Pp. V, *Nostri Officii,* a. 1589; urbanus Pp. VIII, *Alias fel. rec,* a. 1644, «Bullarium diplomatum et privilegiorum...», Augustae Taurinorum 1868, t. XV, pp. 320-324; Innocentius Pp. X, *Salvatoris et Domini Nostri,* a. 1645, *ibid.,* pp. 403-404; Leo Pp. XIII, *Salvatoris et Domini Nostri Iesu Christi,* d. 26 m. Decembris a. 1887: «Acta Ordinis Minorum», 7 (1888), pp. 17-18; Benedictus Pp. XV, *Inditum Fratrum Minorum,* d. 4 m. Octobris a. 19Í8: *A.A.S.* 10 (1918), pp. 437-439.

Iam inde vero a praeteriti saeculi medietate, magno in incremento fuerunt Opera pastoralia, socialia, ad subsidium pertinentia animique culturam, in bonum destinata eius terrae incolarum, nullo habito discrimine, atque ecclesialium Terrae Sanctae communitatum.

Ecclesia localis, pro dolor, necessariis opibus est destituta atque laborat assiduis gravibusque belli illius consectariis, quod — licet affirmare — aliquot iam decennia ibidem perseverat. Fieri igitur nequit, ut congruae ab iis fidelibus collationes poscantur, cum vix ea quae ad vitam sustentandam sunt necessaria plerumque habeant.

Quapropter, ut christianorum illa communitas, duo fere milia agens annorum propter originem suam praesentiamque in Palaestina, non solum superesse valeat, sed etiam magis in dies vigere ea actuosa efficientique ratione, qua possit aliis etiam subvenire communitatibus, quibuscum ipsimet vivendum est, opus est ut universi orbis christiani sese largos ac liberales praebeant, studentes ut ad Hierosolymitanam Ecclesiam perveniant sive suarum caritas precum, sive affectus propensae suae voluntatis, sive denique certum manifestumque indicium coniuncti animi sui.

Hac praeterea data opportunitate, vota Nostra et hortamenta enixe redintegramus, ut sincero animo ac sedulo ad iustam celeremque pacem componendam intendatur, aeque iuribus servatis atque legitimis omnium, quorum intersit, populorum optatis.

Neminem enim fugit multiplices, qui per saeculorum decursum in Terra Sancta orti sint civiles cultus, ita inter se conspirare debere, ut hominum coetus, ad eosdem cultus pertinentes, etsi certas ob causas diversi, sociam ineant operam in eademque, velut in ***avv-oàoç,*** stabiles maneant, ut Graeco vocabulo altam « una simul ambulandi » declaremus significationem.

In huiusmodi rerum ad unum vergentium processu, commixta in Terra Sancta Christianorum, Hebraeorum et Musli-

morum praesentia multum conferre potest ad concordiam et pacem; idque nobis praesertim catholicis summi momenti est, quippe qui fore confidamus ***futuram humanitatis sortem in illorum manibus reponi, qui posteris generationibus vivendi et sperandi rationes tradere valent.***[20]

Hoc tamen inceptum Nostrum nihil prorsus aliud sibi vult, quam ut religionis mutuique subsidii rationibus prospiciat, etiamsi facere non possimus, quin iniciamus mentionem de peculiari illius quaestionis momento, quae ad urbem Ierusalem et Loca Sancta spectat quaeque in aliis sollemnioribus pontificalibus actis pertractata est.

Rogatibus igitur accedentes, qui ab illa Terra ad Nos afferuntur, et pastoralis officii Nostri studio ducti, normas redintegramus et amplificamus, a Nostris Decessoribus latas, easque praesertim quas Leo XIII et Ioannes XXIII ven. mem. edixerunt. Haec igitur quae sequuntur statuimus:

1. In omnibus templis et oratoriis, clero sive dioecesano sive religioso concreditis, semel in anno — feria VI Hebdomadae Sanctae ***in Passione Domini,*** vel alia ab Ordinario loci designata die — praeter peculiares preces pro fratribus nostris Terrae Sanctae fidelibus effundendas, stipis etiam collatio fiat, iisdem destinandae. Congruum ante tempus, certiores fideles fiant eiusmodi stipem non solum ad Loca Sancta tuenda impensum iri, sed etiam ad ea praecipue fovenda pastoralis, subsidiarii, institutorii et socialis indolis Opera, quae catholica Ecclesia in Terrae Sanctae regionibus alit pro christianis fratribus ceterisque incolis loci.

2. Collaticiae hae stipes a Parochis ecclesiarumque et oratoriorum Rectoribus ad proprium quemque Ordinarium tempestive mittantur, qui eas mox tradet proximo Terrae Sanctae

[20] **Conc. Oec. Vatic. II, Const. *Gaudium et Spes,* n. 31: *A.A.S.* 5S (1966), p. 1050.**

Commissario (cuius quidem navitas, ut antea tam egregia fuit, ita et in praesenti Nobis efficax per ap taque esse videtur), vel alia opportunaque via reddendas curabit.

3. Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, iuxta directorias normas a Nobis editas, hoc potissimum providere studebit, ut Terrae Sanctae Custodia et eiusdem loci Hierarchia, firmis manentibus utriusque potestatis finibus, sua exercere Opera valeant, eaque corroborare ulteriusque provehere, mutua inter se concordia agentes artamque servantes coniunctionem cum ceteris Institutis, quibus et peculiares cum Terra Sancta necessitudines intercedunt et illius, quae ibidem exstat, Ecclesiae sortes cordi sunt.

Una enim cum Terrae Sanctae Custodia alia etiam Opera sunt, ut foveantur et adiuventur dignissima, quorum in numero Pontificiam Missionem memoramus.[21]

Nosmet ipsi, dum hanc facimus adhortationem, valde exoptamus, ut totius orbis fideles, sua quisque dona augescentes pro ***Collecta,*** quae translaticio nomine ***a Locis Sanctis*** appellatur, numquam deesse sinant tributa et adiumenta liberalitatis suae cunctis Ecclesiae Operibus in ipsa Dominica terra, eo nempe consilio ducti, ut vivax ibi Evangelii testimonium perseveret stabiliorque evadat circa illa Templa praesentia discipulorum Christi.

In hac igitur opportunitate, ad omnia eiusmodi Instituta sinceram ex animo gratulationem itemque incitamentum adhibemus, quo eorum caritatis testificationem tum erga domesticos fidei, tum erga quemlibet hominem, qui rerum prematur inopia, efficaciorem reddamus.

Nostram, denique, laudem Nostraeque consensionis favorem patefacere iuvat iis omnibus Sodaliciis de subsidiis ferendis

[21] *Pontificia Missio pro Palaestina,* **cuius Praeses hoc tempore munere quoque fungitur Secretarii Nationalis sodalitatis v. d. C X.E.W.A. - USA.**

atque omnibus bonae voluntatis hominibus, cum suam impensam dent operam ad graves sublevandas acerbitates earum gentium, quibus adhuc timor impendet ob dubia asperaque temporis futuri. Faxit Deus ut benefica, quae ab iis accurantur, incepta pace tandem — ut in omnium est votis — restituta laetiores concilient dies Terrae Sanctae habitatoribus.

Qua spe suffulti, vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, in Annuntiatione Domini, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SALISBURIENSIS
(SINOIAKNSIS)

Detractis nonnullis territoriis ab Ecclesia Salisburiensi, nova Praefectura Apostolica conditur, « Sinoiaënsis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Verba Christi sanctissima : « Euntes ergo in mundum universum, praedicata Evangelium omni creaturae » *(Marc.* 16, 15) ut sanctis eius Apostolis stimulos subdiderunt acérrimos et ignem admoverunt ut orbem terrae peragrantes omnibus gentibus laetissimum partae salutis nuntium afferrent, ita et Nobis, qui in beatissimi Petri locum successimus, tanto incitamento sunt, ut omnium quae agamus, et consiliorum et cogitationum Nostrarum ea sit meta, ut proferendi Evangelii causam maximopere curemus. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, audito quidem Venerabili Fratre Alfredo Poledrini, Archiepiscopo titulo Vazaritano eodemque in Africa Meridionali Apostolico Delegato, item Ordinario cuius interesset, in eam sententiam discesserint, ut nova in Rhodesia Praefectura Apostolica constitueretur, Nos id probantes, haec statuimus atque iubemus. Ab archidioecesi Salisburiensi eam partem dividimus quae ad provinciam civilem vulgari lingua Mashonaland North cognominatam pertinet, quaeque quinque his districtibus coalescit : Lomagundi, Urungwe, Kariba, Sipolilo, et Mount Darwin. Quo territorio novam Praefecturam Apostolicam condimus *Sinoiaënsem* appellandam atque Patribus Societatis Iesu concredendam ; cuius fines iidem erunt atque provinciae Mashonaland North, e qua fit. Iura vero, onera novae circumscriptionis Iure Canonico definiuntur. Ceterum has Litteras Nostras Venerabilis Frater Alfredus Poledrini, cuius mentionem fecimus, ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum exempla debite subscripta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Quae vero per Litteras lias Nostras decrevimus rata erunt, sive nunc sive in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES **Card.** VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS **Card. Rossi**
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Massimi, ***Proton. Apost.***

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 24978o.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

In Republica Ciadensi constituitur Delegatio Apostolica.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod pastorale Nostrum munus ad maiorem in dies procurandam hominibus supernam utilitatem prospicit, idem Nos etiam impellit ut, oblata opportunitate, ea subsidia suppeditemus, quae Christi sanctissimae religioni et proferendae et confirmandae faveant. Quandoquidem autem opportunum visum est cumque animarum bono consentaneum, ut in Republica Ciadensi constitueremus Delegationem Apostolicam, Nos, audita sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, apostolica Nostra potestate atque harum Litterarum vi, Delegationem Apostolicam in Republica Ciadensi fundamus, cuius sedes in urbe vulgo Bangui sit, donec aliter provideatur. Conditae scilicet Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus ofiicia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum propria sunt. Contrariis quibuslibet non

obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae Apostolicae sive nunc sive in posterum religiose serventur suosque effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Decembris, anno MCMLXXIII, **Pontificatus Nostri undecimo.**

IOANNES **Card.** VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 250052.

II

Delegatio Apostolica in Republica Congica conditur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Catholicarum rerum iamdiu in Republica Congica susceptum incrementum; quae praeterea, spes est explorata, videntur in posterum, Deo iuvante, vel firmiores fieri progressiones, Nos quidem inducunt, ut aptiora subsidia ibidem comparanda consideremus. Cumque Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide opportunum duxisset ut Delegatio Apostolica ea in regione constitueretur, eiusdem sententiae Nos concedendum esse censuimus. De apostolicae igitur Nostrae plenitudine potestatis atque harum Litterarum vi, Delegationem Apostolicam in Republica Congica condimus, cuius sedes in urbe vulgari lingua Bangui appellata sit, donec aliter provideatur. Constitutae scilicet Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationibus propria sunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae Apostolicae sive nunc sive in posterum religiose serventur suamque vim et effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Decembris, anno MCMLXXIII, **Pontificatus Nostri undecimo.**

IOANNES **Card.** VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £g Sigilli

In Secret. Status tab., n. 250053.

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt legumlatorum Coetui « Euro-Africano » Romae celebrato. *

Vous êtes les bienvenus, Mesdames et Messieurs, et Nous sommes honorés de recevoir les participants à la Conférence Parlementaire de l'Association entre la Communauté Economique Européenne et les Etats Africains, Malgache et Mauricien Associés. Oui, cette rencontre de deux continents, au niveau de ceux qui sont habilités à discuter de l'orientation politique et économique de leur pays revêt une signification profonde : elle Nous semble exprimer, préparer, réaliser déjà quelque peu cette large coopération organique que Nous avons si souvent appelée de nos vœux.

Nous nous gardons de juger les moyens techniques, les éléments de conventions qui doivent assurer ou faire progresser une telle coopération. Mais Nous demeurons fermement convaincu que les pays ne peuvent aujourd'hui agir isolément, avec le partenaire de leur choix, sans tenir compte de ceux qui leur sont naturellement solidaires : la nécessité se fait de plus en plus sentir d'incorporer les accords bilatéraux ou multilatéraux dans un programme de collaboration mondiale, comme Nous le souhaitions dans notre encyclique ((Populorum Progressio)).[1] Dans ce dessein de collaboration mondiale, les rapports entre la Communauté Européenne et l'ensemble de l'Afrique peuvent apparaître comme une étape privilégiée, appelée par le voisinage, la complémentarité, les multiples liens culturels, économiques et religieux qui rattachent les deux continents et qui, Dieu merci, ont dépassé le stade de la dépendance. Et vous, parlementaires, vous pouvez beaucoup pour y promouvoir la connaissance réciproque des problèmes, les étudier ensemble, créer un climat de confiance, faire prendre conscience à l'opinion publique de vos pays et à vos gouvernements de l'urgence de cette solidarité, bref préparer les conditions sans lesquelles les accords seraient illusoires.

* Die 1 mensis februarii a. 1974.

[1] Cfr. n. 52.

Déjà, voici plus de huit ans, Nous avions rendu hommage à une semblable délégation. Aujourd'hui la situation rend votre travail encore plus utile. Car la conjoncture reste grave pour les uns et pour les autres. Les obstacles que l'Afrique rencontre sur le chemin de son plein développement, la crise de l'énergie, les problèmes monétaires et économiques de l'Europe font mieux comprendre encore qu'il ne peut plus exister d'économies nationales closes, se suffisant à elles-mêmes. Les nations prennent davantage conscience de leurs possibilités et de leurs limites, et sont à la recherche de nouvelles voies.

Comment ferons-nous face à ce moment historique? Devant la dureté des temps, certains pourront être tentés de se replier sur eux-mêmes, ou sur leurs puissants amis, pour résoudre d'abord et eux seuls leurs propres problèmes. Ils penseront également ne pouvoir développer la solidarité ébauchée, en ajoutant aux sacrifices déjà bien lourds qu'il faut consentir actuellement. Certes les situations demeurent souvent délicates. Mais les questions plus fondamentales ne sauraient pour autant être esquivées : peut-on vraiment mettre en balance la diminution du confort des uns, lorsque c'est la vie des autres qui est en jeu? Les pauvres feront-ils les frais de cette situation pour se retrouver encore plus pauvres? La recherche du seul profit, celle de la surproduction, celle d'une consommation plétorique, ne doivent pas constituer le but de la société, elles n'assurent pas les valeurs humaines essentielles.

Nous voulons croire au contraire que ce moment sera celui de la sagesse ; celui du courage et de la créativité : celui peut-être d'une austérité consentie chez les plus nantis ; celui surtout d'une coopération plus intense entre pays européens, entre pays africains, entre les deux ensemble, au bénéfice de tous. Il nous faut combattre le découragement, secouer la mesquinerie de nos perspectives, croire que la solidarité est possible, qu'elle seule offre une solution humaine à long terme. Ne serait-ce pas l'heure d'inventer de nouveaux types de rapports entre pays développés et pays en voie de développement? Oui, Nous espérons que cette année, où beaucoup d'accords commerciaux sont à reprendre, hâtera l'établissement de conventions rénovées, pleinement équitables, respectueuses de la dignité des partenaires et dans des conditions de parité.

Et Nous devons ajouter : si les raisons d'intérêt économique, même réciproque et bien compris, peuvent être un stimulant, elles ne suffisent pas. L'histoire montre au contraire que des perspectives purement éco-

nomiques conduisent à une impasse. Il faut une entr'aide plus profonde, fondée sur une considération de tout ce qui fait la richesse et l'honneur des partenaires, de leurs besoins réels. Bref, Nous souhaitons également des liens culturels, des liens spirituels, disons le mot, des liens d'amitié. C'est une certaine communauté de destin qu'il faut vivre maintenant à l'échelle des continents, et l'Association que vous représentez Nous semble devoir contribuer à la servir.

Ceux qui parmi vous partagent notre foi chrétienne se rappellent les paroles de l'Apôtre Jean : « Si quelqu'un possède les biens de ce monde et que, voyant son frère dans le besoin, il lui ferme ses entrailles, comment l'amour de Dieu demeurerait-il en lui? ».[2] Puissions-nous dire avec lui : ((Nous sommes passés de la mort à la vie parce que nous aimons nos frères ».[3] Le créateur appelle tous les hommes à élargir leur cœur aux nouveaux horizons qu'il leur fait découvrir. U nous invite à tenter l'impossible pour qu'une plus grande justice règne entre les hommes. Nous le prions de vous assister dans vos efforts de collaboration et de bénir vos personnes avec tous ceux qui vous sont chers.

Ein Wort herzlicher Begrüssung richten Wir auch an die Konferenzteilnehmer aus den Ländern deutscher Sprache. Mögen sich die Arbeitssitzungen, an denen Sie teilgenommen haben, sehr geehrte Damen und Herren, dahin fruchtbar auswirken, dass es unter den verschiedenen Völkern zu einer wirklichen Zusammenarbeit auf internationaler Ebene komme, indem die einzelnen Länder aus der Enge der eigenen wirtschaftlichen Vorteile heraustreten und in einem Klima gegenseitigen Vertrauens sich zielstrebig für das gemeinsame Wohl einsetzen. Dazu erflehen Wir Ihnen Gottes bleibenden Schutz und Segen.

In extending a cordial greeting in English to the members of this Assembly, we wish to reaffirm once more our confidence in the wisdom, the courage and the spirit of collaboration with which Governments and other parties concerned pursue the establishing of relations and exchanges in conformity with equity between all countries. In this respect—as we said in our recent address to the Diplomatie Corps— "we have followed with the keenest interest the contacts between the European Community of the Nine and the African countries ". We

[2] *Jn.* 3, 17.
[3] *Ibid., 8,* 14.

repeat here our fervent wish for the success of such endeavours. We pray that the Lord will aid your efforts, and we invoke his abundant blessings upon yourselves and upon all those whom you hold dear.

Desideriamo aggiungere un saluto ai Parlamentari italiani, che partecipano a questo incontro.

Ad essi esprimiamo, col Nostro compiacimento, anche l'augurio e il voto perché sappiano condividere un crescente interesse per i problemi che oltrepassano i confini del proprio Paese, coscienti di far parte di una famiglia la cui appartenenza comporta, oltre ai vantaggi, anche sacrifici per il bene comune, e uno spirito di collaborazione e di sensibilità per la promozione costante del progresso umano, civile e sociale in tutto il mondo.

Il compito che vi aspetta e al quale attendete è arduo; per questo vi siamo vicini con tutta la Nostra stima, il Nostro incoraggiamento, la Nostra preghiera, che vi invoca ogni benedizione del Cielo.

II

In festo Praesentationis Domini, cum cerei, more antiquitus tradito, Beatissimo Patri oblati sunt. *

L'odierna assemblea di anime vibranti di pietà e d'amore a Cristo e alla Vergine ci offre motivi di particolare consolazione.

Desideriamo anzitutto esprimere il nostro saluto ai nostri venerati fratelli i cardinali Paolo Marella, Arciprete di questa Patriarcale Basilica Vaticana, Arturo Tabera Araoz, Prefetto della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, e Ugo Poletti, nostro Vicario Generale per la diocesi di Roma, i quali, con la loro presenza, tanto significativa, ci danno una nuova testimonianza della loro pastorale sensibilità e del loro spirito di servizio ecclesiale.

Salutiamo e ringraziamo altresì i membri dei capitoli delle quattro Basiliche Romane, che ci offrono, secondo l'antica tradizione, il cero, simbolo di quella fede che arde e splende, irradiandosi dai templi insigni che rappresentano, e segno della loro devozione schietta alla cattedra ed al Successore di Pietro.

Si rinnova oggi per noi la gioia di un incontro spirituale con la grande famiglia delle religiose di Roma nel giorno della Presentazione del Si-

* Die 2 mensis februarii a. 1974.

gnore, che ha tanti punti di contatto, tante affinità spirituali con la vostra vocazione di anime consacrate a Dio. Per questo abbiamo voluto celebrare con voi questa festa di luce e di amore, accentuando il carattere che già le imprimemmo l'anno scorso : se allora occupaste un posto di privilegio nel tradizionale incontro festoso, quest'anno l'abbiamo voluto dedicare principalmente e quasi esclusivamente a voi, suore carissime.

Perché? Ma il perché lo sapete, né vorremmo ripetere quanto avemmo occasione di dirvi un anno fa.[1] Tale perché si riassume in una sola parola, quella grande, splendida, consolante parola del Concilio Vaticano II, rivolta a tutti i religiosi : ((poiché i consigli evangelici, per mezzo della carità alla quale conducono, congiungono in modo speciale i loro seguaci alla Chiesa e al suo mistero, la loro vita spirituale deve pure essere consacrata al bene di tutta la Chiesa ».[2] Sì, figlie carissime in Cristo : siete *consacrate al bene di tutta la Chiesa!* Questa la vostra definizione, questo il vostro vanto, questo il vostro sacrificio quotidiano, questo il vostro traguardo, questa la vostra corona; non altro, non altro motivo vi ha tratte a donare la vostra vita a Cristo Gesù, per le mani di Maria, se non questo : servire, servire le anime, servire la Chiesa, tutta la Chiesa. Lasciamo che chi non conosce o dimentica queste realtà possa chiamare in causa il vostro stato, criticarlo, discuterlo, forse deprezzarlo; ma la vostra vocazione è qui, è tutta qui, in questa oblazione totale alla Chiesa, sia che le vostre vite si dipanino nel segreto operoso e crocifiggente della clausura, sia che si svolgano sulle innumeri vie della carità, che vi fa instancabili e vi lancia al servizio di tutte le necessità umane. La vostra verginità — usiamo le parole stesse di Papa Giovanni XXIII di v.m., nella sua allocuzione alle religiose in occasione della chiusura del Sinodo di Roma — la vostra verginità « si volge ai malati, agli anziani, ai poveri, agli orfani, alle vedove, alle adolescenti, ai bambini : passa come Angelo luminoso e benefico nelle corsie degli ospedali e dei ricoveri, si china piena di bontà e di pazienza sugli alunni delle scuole, e su la solitudine dei sofferenti, a tergere lacrime sconosciute al mondo, ad accendere sorrisi e sguardi riconoscenti. Verginità santa che trova la via sicura ed irresistibile dei cuori, per illuminare gli indotti, consigliare i dubbiosi, insegnare agli ignoranti,

[1] Cfr. *A.A.S.* 65 (1973), pp. 91-93.

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44.

ammonire i peccatori, consolare gli afflitti, richiamare gli erranti, sollevare entusiasmi di cooperazione apostolica e missionaria ».[3]

Questa realtà vogliamo proporre davanti alla comunità ecclesiale di Roma, e, oltre essa, a tutta la Chiesa, che deve trovare in voi religiose l'esempio vivo di un'esistenza consacrata a Dio senza cedimenti e senza rimpianti, con fervore lietamente rinnovantesi ogni mattina. Ma parimente a questa realtà vogliamo incoraggiare voi, che ne siete le protagoniste, affinché, se mai la tentazione del dubbio, dello scoraggiamento, della debolezza, della mimesi con deplorevoli esempi altrui, avesse potuto sfiorarvi, o, Dio non voglia, snervare il primitivo vostro proposito, sappiate confrontarvi continuamente con la grandezza dei compiti che avete liberamente scelti, e riprendere ogni giorno le energie necessarie.

La Liturgia del giorno fa, per questo, convergere i nostri occhi, i nostri pensieri verso Colui che è il centro non solo dell'odierno episodio evangelico, ma di tutto il Vangelo, anzi di tutta la storia umana e divina, Cristo Gesù, che si offre al Padre nell'accettazione fondamentale e determinante della sua Volontà: il suo atteggiamento è quello della disponibilità totale : « olocausti e sacrifici per il peccato tu non hai gradito. Allora dissi : Ecco che io vengo — di me sta scritto nel rotolo del Libro — per fare, o Dio, la tua Volontà ».[4] Cristo, che avanza nel tempio del Padre, portato sulle braccia di Maria — accolto dall'amore veggente, mosso dallo Spirito Santo, di anime grandi e umili come il vecchio Simeone e Anna la profetessa — è il modello, il tipo, l'ispiratore di ogni consacrazione. Lui vi attira potentemente e dolcemente a conformarvi all'oblazione costante che richiede la vostra vocazione, Lui vi sostiene, Lui vi conforta, Lui vi incoraggia, Lui vi stimola, Lui, se necessario, vi rimprovera.

E accanto al Divino Esemplare di ogni santità « per noi sapienza e giustizia e santificazione e redenzione »,[5] la Liturgia ci mostra la Vergine della Presentazione, Colei che, strettamente congiunta all'oblazione del Figlio, diventa per tutte le anime verginali esempio di donazione consapevole e generosa, di collaborazione stretta ai disegni di Dio, di presenza silenziosa ed efficace accanto al Salvatore, per la salvezza del mondo. Nel chiarore mattinale dell'episodio evangelico, che è come l'offertorio

[3] 29 gennaio 1960; cfr. *Discorsi,* II, p. 183.

[4] *Sal. W,* 7-9; *Ebr.* 10, 5-7.

[5] *1 Cor.* 1, 30.

dei grande atto sacrificale e redentivo della vita di Gesù, Maria è accanto al Figlio, resa consapevole del suo ruolo doloroso dalla profezia, e già socia precorritrice della Passione. Essa dunque tutte vi interpella, Figlie carissime, a far vostro il suo atteggiamento interiore, a imitare anche voi questa disponibilità totale, a non lasciarvi mai andare, ma a proseguire gioiosamente sulla via che avete preso. E così il cero che portate, col suo profondo e molteplice simbolismo, diventa perciò il segno visibile di questa vostra sequela di Cristo e di Maria; è tutto un brulicare di fiammelle, alimentate alla fonte stessa della santità e della grazia, che fanno corteo festoso e interminabile sulle orme del Salvatore e della Madre Sua, facendo risplendere nel mondo, spesso avido ed egoista, la luce della carità disinteressata e pura, della immolazione senza contraccambio, della fedeltà alle gravi responsabilità della vita con « la testimonianza evangelica » della propria esistenza, protesa in alto a dar luce e calore, come la fiamma del cero.

Noi vi siamo vicini, religiose di Roma e del mondo, in questo vostro impegno quotidiano, per il quale eleviamo la nostra umile preghiera ; vi ringraziamo per il posto che tenete nella Chiesa, per l'esempio che date, per l'irradiazione dei più grandi valori umani e cristiani ; e auspichiamo che questi ideali vi trovino sempre pronte e allenate, sempre desiderose di far meglio, sempre sincere nella ricerca dell'autentico spirito evangelico, che qualifica e sostiene la vostra vita consacrata.

L'Apostolica Benedizione vi sia pegno di questa grande, paterna benevolenza : la estendiamo a tutte le vostre consorelle, alle persone e alle opere alle quali vi dedicate, affinché in tutte sia la pace e il gaudio di Dio.

III

Ad Excellentissimum Virum Aloisium Echeverría Alvarez, Reipublicae Mexicanae Praesidem. *

Señor Presidente:

Es para Nos motivo de particular complacencia dar hoy la bienvenida, en la persona de Vuestra Excelencia, al Presidente de una grande y noble Nación : México. Y no creemos salimos del marco en que se está desarrollando este encuentro, al decir que nuestro saludo

* Die 9 mensis februarii a. 1974.

se ensancha para abarcar a todos los mexicanos, los cuales percibirán sin duda el profundo significado de estos momentos, memorables por tantos conceptos*

Queremos dejar constancia de nuestra estima y admiración por un País, noble y generoso como el suyo, de cuyos hijos tenemos continuas pruebas de afecto y devoción hacia esta Sede Apostólica. Son precisamente ellos los que acudiendo numerosos aquí, nos han ofrecido testimonios, con sus expresiones, rasgos y propósitos, de las acendradas virtudes cívicas y morales, que hacen del pueblo mexicano una sociedad unida, trabajadora, cada día más floreciente, cuyos miembros advierten la responsabilidad de intensificar un clima de constante superación, dentro del cual cada uno se encuentre estimulado a desarrollar íntegramente sus aptitudes personales y a realizar convenientemente sus íntimas aspiraciones.

En conformidad con las directrices del Vaticano II, con una sensibilidad siempre creciente hacia las sanas y legítimas esperanzas de los hombres, y con la comprensión propia de quien es « Madre y Maestra », la Iglesia no dejará de colaborar con entusiasmo en todo aquello que sirva en el mundo a la causa de la justicia, de la promoción cultural, del verdadero progreso, del bien común y de la paz ; poniendo particular cuidado en el apoyo a los pobres, a los sectores marginados, quienes necesitan más ayuda porque poseen menos o carecen de todo. Tal actitud es exigencia y la vez prueba del respeto profundo que merece la dignidad del hombre, de todo hombre.

La Iglesia sigue con vivo interés todas aquellas iniciativas de carácter cívico y social, promovidas en México y encaminadas hacia el auténtico desarrollo que está en la mente y en las justas aspiraciones de todos sus ciudadanos, y a garantizar al País el puesto destacado que ya ocupa y que le corresponde en el concierto de las Naciones. En ese laudable esfuerzo de elevación integral, la Iglesia, fiel a su propia identidad y tradición, lealmente ha puesto y pondrá a disposición del bien de todos, sin afanes de competencias ni exclusivismos, las aportaciones de su humilde ministerio.

Conocemos bien y apreciamos, Señor Presidente, la dedicación que —interpretando el sentir del pueblo mexicano, tan rico de virtudes— presta a la causa de la Paz, a la convivencia armoniosa entre las Naciones, al sereno y fecundo desarrollo de los pueblos, basado en el mutuo respeto de derechos y deberes : tema este que, como bien sabemos, Vuestra Excelencia ha promovido con tanto empeño personal y tanta

autoridad. Estos sentimientos y objetivos, que persiguen tantos hombres de buena voluntad y que Nos mismo hemos venido proclamando en el ejercicio de nuestro Pontificado, encontrarán siempre eco pronto y abierto en nuestro ánimo, en consonancia con la profunda y constante preocupación que atestiguan los documentos e iniciativas de esta Sede Apostólica.

Al reiterarle, Señor Presidente, nuestra gratitud por su deferente visita, formulamos nuestros votos para su persona y su alta misión al frente de la gran Nación mexicana, a cuyos queridísimos hijos deseamos días de paz y prosperidad continuas y las mejores bendiciones divinas.

IV

Ad Excellentissimum Virum Gabrielem Fernández De Valderrama y Moreno, cum auctoritate Legatum ab Hispanica Natione ad Sedem Apostolicam missum, qui Summo Pontifici Litteras demandati muneris testes tradidit. *

Señor Embajador :

Hemos escuchado con atención las deferentes expresiones que Vuestra Excelencia acaba de pronunciar en el momento de presentarnos las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de España cerca de la Santa Sede. Reciba ante todo, Señor Embajador, nuestra bienvenida cordial, unida a nuestros mejores votos para el desempeño de la alta y delicada misión que hoy asume.

Esta ocasión solemne asocia a nuestra mente momentos similares, vividos no hace mucho, cuando tuvimos el honor de recibir al llorado e ilustre predecesor de Vuestra Excelencia, Don Juan Pablo de Lojendio, al cual deseamos tributar hoy el testimonio de nuestro recuerdo, que trasciende el tiempo para llegar, en alas de la fe, a la paz del más alia.

Su presencia y sus palabras, Señor Embajador, nos hacen particularmente cercana una noble Nación, España, cuyos hijos nos dan pruebas incesantes de devoción y afecto, como hemos podido comprobar una vez más recientemente con motivo de la canonización de Santa Teresa de Jesús Jornet e Ibars.

Vuestra Excelencia ha hecho alusión a iniciativas de carácter social emprendidas en su País. Queremos ver en ello la firme voluntad de un

* Die 15 mensis februarii a. 1974.

pueblo que se esfuerza por conseguir cada día más el desarrollo al que 10 llaman su presente y su pasado, promoviendo para ello simultánea y principalmente aquellos valores espirituales y morales, que han sido base de su historia, y sin olvidar —como Vuestra Excelencia acaba justamente de insinuar— que el objetivo final es el hombre y no la mera riqueza material.

Deseamos asegurarle, Señor Embajador, que en todo aquello que sirva a la promoción integral del hombre en la verdad, en la justicia y en la concordia, la Iglesia —de acuerdo con su concepción del valor trascendente de la persona humana y con la preocupación que siempre ha nutrido por el respeto debido a los derechos inalienables de la misma— no dejará de ofrecer su desinteresada aportación al afianzamiento de una sociedad ordenada, en la que siempre se conjuguen armónicamente la dimensión espiritual del individuo y el bienestar de todos los miembros de la comunidad.

La Iglesia mira siempre a valorar y enriquecer la vida individual, familiar y cívico-profesional en la sociedad, dentro del campo y del cometido que le son propios, y que primordialmente tienden a mantener y fomentar la concepción cristiana de la existencia humana.

Al expresarle, Señor Embajador, nuestra benevolencia, le rogamos trasmita nuestro deferente saludo al Jefe del Estado, mientras invocamos sobre las Altas Autoridades de la Nación, sobre Vuestra Excelencia y todos los amadísimos hijos españoles las mejores bendiciones divinas.

V

In Aede Sixtina, curionibus atque universo clero Romanae dioecesis. *

Signor Cardinale!
Venerati Fratelli, e carissimi Figli,

Questo incontro segna un momento importante, tanto per la nostra vita spirituale, quanto per quella ecclesiale. Deve essere vissuto in pienezza, di coscienza, di propositi, di preghiera. Esso è Punico che durante Panno ci raccoglie tutti, vescovi, parroci e sacerdoti diocesani, religiosi, professori, studenti ed ospiti; un tempo, come sapete, esso riuniva i predicatori per la prossima Quaresima; poi, diminuito 11 numero di questi qualificati ministri della parola di Dio, si sono

* Die 25 mensis februarii a. 1974.

aggiunti per dignità e affinità di ministero, i pastori ed i loro coadiutori; e finalmente ora tutto il clero romano, che lo voglia e che lo possa, è invitato a questa religiosa riunione. La quale conserva il suo carattere di semplicità, spoglio d'ogni cerimonia; conserva la sua intenzione ascetica in ordine alla nostra preparazione pasquale; e conserva a noi ed a voi un'occasione unica di trovarci tutti insieme, e di avere l'impressione interiore ed esteriore d'essere comunità, anzi comunione, d'essere Chiesa, et quidem « Chiesa Romana ». E ciò, almeno per noi, fa di questo momento, per breve e semplice che sia, un istante di felicità spirituale. Ci ricorda l'accorata e umile similitudine del Signore : « quante volte ho cercato di raccogliere i tuoi figli (Egli rivolgeva a Gerusalemme la sua dolorosa apostrofe), come la gallina raduna i suoi pulcini sotto le ali, e Tu non hai voluto !» ;[1] e ci dà un'esperienza contraria, altrettanto per noi consolante quanto fu amara e drammatica quella di Gesù, Messia rifiutato, Messia misconosciuto. Un'altra immagine evangelica, bellissima, felicissima si dipinge invece davanti al nostro spirito, quella dell'ovile, che si stringe intorno al suo pastore, che così lo conosce e così lo guida e lo difende, pronto a dare per esso la sua vita.

E perciò questo, com'è per voi, noi pensiamo, un momento pieno di altissimo significato, di adesione, di affezione per il vostro Vescovo, così è per noi un momento di effusione nella fiducia e nella carità per ciascuna delle vostre persone, e per tutto il ceto ministeriale, che voi componete e rappresentate, in questa santa, umana e ancora pellegrina Chiesa locale, nostra e vostra, che Roma si chiama. Noi vorremmo salutarvi tutti, ad uno ad uno, di tutti onorare e confortare la singola vocazione, a tutti esprimere la nostra riconoscenza per il ministero sacro che esercitate, e fare a ciascuno il dono del carisma •di certezza, che conferito da Cristo a Pietro, da lui è venuto fino alla nostra infima persona, conservandosi però intatto, potente, sempre e oggi più che mai, tempestivo : *confirma fratres tuos.*[2] E che ciascuno di voi senta come a sé rivolto questo nostro tonificante saluto.

Ma detto questo, sorge nei nostri animi la domanda : quale sarà il tema del breve discorso per questa occasione?

Rispondiamo subito, con intenzione riassuntiva. Tema è il binomio : unione ed azione. Sì, unione ad azione. Come vedete, esso non enuncia

[1] *Mt.* 23, 37.
[2] *Lc.* 22, 32.

alcun che di nuovo e di originale ; non è questo il programma ordinario e tradizionale del sacerdozio ministeriale? Sì, ma fate attenzione all'intensità che noi vogliamo infondere in questo binomio, la quale intensità deriva dall'urgenza di carità,[3] oggi specificamente necessaria, sia per la grande meditazione teologica, che il Concilio ha dispiegato davanti a noi, parlando del mistero della Chiesa e della nostra salvezza; e sia per la situazione critica, ambivalente, negativa e positiva, dell'umanità ai nostri giorni. Il ministero della Chiesa non può svolgersi col ritmo, relativamente uniforme e tranquillo del tempo passato; dev'essere intenso, ripetiamo, se vuol essere efficace, assiduo, forte, sofferto, pieno di quel senso pastorale, che Gesù radicalmente compenetra d'immanente spirito di sacrificio : « il buon pastore dà la sua vita per il proprio gregge ».[4]

Unione ed azione, sotto l'impulso d'una duplice forza concorrente, la grazia del Signore, della quale dobbiamo essere sempre gelosi e fiduciosi cultori,[5] e la nostra povera e modesta, ma vigile e nuova buona volontà.

Unione. Ci asteniamo ora di dare uno sguardo retrospettivo alle condizioni della vita pastorale romana : era unita, organica, fraterna? Diamo piuttosto uno sguardo al nuovo programma diocesano, dando particolare attenzione ai nuovi organi istituzionali, ma tanto carichi di virtù spirituali, che si sono aggiunti a quelli esistenti, per meglio compaginare l'unione, la collaborazione, la corresponsabilità (in certa misura), della vita diocesana; vogliamo dire il Consiglio presbiterale e l'Ufficio pastorale.

Voi avete poi due altri organismi, il Collegio dei Parroci, e le Prefetture, che hanno già il collaudo d'una lunga e felice esperienza, e che possono ottimamente integrare la rete unificatrice della comunità ecclesiale. Esistono molte altre istituzioni per l'assistenza organizzata a particolari settori, tutte rivolte al perfezionamento della comunione unitaria della Chiesa Romana, tra queste esiste tuttora quell'Azione Cattolica, tanto raccomandata e promossa dai nostri venerati e sapienti Predecessori, alla quale fu affidata la missione *(ante litteram,* ma più che mai attuale), di chiamare il Laicato cattolico, uomini e donne, d'ogni età e condizione, alla cooperazione diretta e respon-

[3] Cfr. *2 Cor.* 5, 14.

[4] *Io.* 10, 11.

[5] Cfr. *Phil.* 1, 20.

sabile con la missione pastorale, propria della Gerarchia, per il Popolo di Dio. Noi speriamo che questa qualificata, ma libera forma di apostolato cattolico possa riprendere il suo sviluppo organizzativo e il suo vigore operativo.

[23] **Cf. Epist, ad Rev. Constantinum Koser, Ordinis Fratrum Minorum Vicarium Generalem, septingentésimo anno volvente ab «Indulgentia Portiunculae» per Honorium Pp. III Sancto Francisco concessa, *Sacrosancta Portiunculae ecclesia,* d. 14 m. Iulii a. 1966: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 631-634.**

[24] **Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina,* n. 8: *A.A.S.* 59 (1967), p. 17.**

III

Quare, quasi interpretes effecti materni Ecclesiae sensus, omnibus christifidelibus apte dispositis, qui, per paenitentiae sacramentum expiati et sacra Communione refecti, ad mentem Summi Pontificis et Collegii Episcopalis oraverint, indulgentiae plenariae donum dilargimur:

1) si sacram peregrinationem susceperint ad unam ex Basilicis Patriarchalibus (hoc est ad Basilicam S. Petri in Vaticano, vel S. Pauli ad Viam Ostiensem, vel Lateranensem Archibasilicam SS.mi Salvatoris, vel Basilicam Liberianam in Exquiliis) vel ad aliam ecclesiam aut locum urbis Romae a competenti auctoritate designatum, ibique devote interfuerint celebrationi liturgicae, praesertim Missae Sacrificio, vel pio alicui exercitio (ex. gr. ***Viae Crucis, Rosarii Marialis);***

2) si visitaverint, turmatim vel singuli, unam ex quattuor Basilicis Patriarchalibus, ex iisque solis, piis considerationibus vacaverint per congruum temporis spatium, concedendis oratione Dominica, fidei professione qualibet legitima formula et invocatione Beatissimae Virginis Mariae;

3) si, morbo vel alia gravi causa impediti quominus intersint, loco in quo versantur, piae ad Urbem peregrinationi, eidem spiritualiter se adiunxerint, preces suosque dolores Deo offerentes;

4) si, cum Romae versentur et morbo vel alia gravi causa impediantur quominus intersint celebrationi liturgicae vel pio exercitio vel visitationi suae ipsorum communitatis (ecclesialis, familiaris vel socialis), de quibus supra in nn. 1 et 2, eidem communitati spiritualiter se adiunxerint, preces suas suosque dolores Deo offerentes.

Vertente Iubilari Anno, praeterea, vigent ceterae indulgentiarum concessiones, firma tamen norma qua indulgentia pie-

naria semel tantum in die acquiri potest;[25] omnes autem indulgentiae semper defunctis applicari possunt in modum suffragii.[26]

Iisdem de causis, nempe ut christifidelibus largissima praebeatur copia subsidiorum salutis et ut pastorum, maxime confessariorum, commodis consulatur, statuimus, ut confessarii, qui iubilari peregrinationi intersint, uti possint facultatibus, quibus a legitima auctoritate instructi sunt in sua quisque dioecesi[27] ad audiendas, in itinere et in Urbe, confessiones christifidelium secum peregrinantium, necnon aliorum qui cum iisdem ad ipsos accesserint, salvo iure Paenitentiariorum Basilicarum Patriarchalium circa confessionum sedes iis reservatas.[28] Quibus quidem peculiares facultates a Sacra Paenitentiaria Apostolica tribuentur

IV

Supra significavimus hos duos praecipuos fines Anno Sacro esse propositos: spiritualem in Christo renovationem et reconciliationem cum Deo; quos fines non solum ad vitam interiorem uniuscuiusque, sed etiam ad Ecclesiam universam, necnon ad totam quodammodo hominum consortionem spectare. Quare cunctos, ad quos pertinet, enixe adhortamur ad haec ipsa proposita consideranda, ad suscipienda incepta, ad mutuam conferendam operam, ita quidem ut per Annum Sacrum reapse fiant progressus in Ecclesiae renovatione efficienda atque etiam in itinere properando ad quasdam veluti metas, quae, secundum spiritum Concilii Oecumenici Vaticani II, ad futurum tempus prospicientis, Nobis peculiari ratione cordi sunt: scilicet

[25] Cf. *Ench. Indulg.,* norma n. 24, § 1.

[26] Cf. *Ench. Indulg.,* norma n, 4.

[27] Cf. Litt. Apost. *Pastorale Munus* motu proprio datae, I, n. 14: *A.A.S.* 56 (1964), p. 8.

[28] Cf. *Prima Synodus Romana,* a. D. MCMLX, art. 63.

paenitentia, animi purificatio et conversio ad Deum consequenter efficiant oportet, ut actio apostolica Ecclesiae incrementis augeatur.

Per Annum igitur Sacrum studia generosa excitentur ad promovendam evangelizationem, quae in eiusmodi navitate ut primum opus est certissime ponendum. Etenim ***ad gentes divinitus missa ut sit universale salutis sacramentum,***[29] Ecclesia peregrinans ***natura sua missionaria est***[30] eademque in terrestri rerum humanarum cursu eatenus renovatur, quatenus ad excipiendum ac penitius per fidem cognoscendum Evangelium Christi, filii Dei, paratam se praebet, itemque ad eius salutiferum nuntium verbo vitaeque testimonio afferendum.

Iamvero, ipsa proxime celebranda Episcoporum Synodus, cui cum Anno Sacro haud extrinseca tantum ac fortuita ratio intercedit — ex contrario, ut iam monuimus, ***enitendum est ut ambo ecclesiales eventus apte inter se cohaereant arcteque colligentur***[31] — sacris Pastoribus circa Christi Vicarium congregatis directorias normas suasionesque proponet, ut ***evangelizationem mundi huius temporis,*** fidei lumine ducti, studiose considerent, ad vota spectando Ecclesiae universae atque ad urgentiores nostrae aetatis necessitates, ratione habita caritatis Christi.

Religiosa igitur verbi Dei auscultatio una cum catechetica institutione christifidelibus cuiusvis ordinis et cuiusvis aetatis impertienda, ipsos christianos homines ad morum purificationem et ad altiorem fidei cognitionem conducat, dubios illuminet ac neglegentes ad evangelicum nuntium laeto animo in vitae suae actionem traducendum permoveat; praeterea omnes impellat ad consciam fructuosamque Sacramentorum

[29] **Conc. Oecum. Vat. II Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* n. i: *A.A.S.* 58 (1966), p. 947.**

[30] **Conc. Oecum. Vat. II Decr. de activ mission. Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* n. 2: *A.A.S.* 58 (1966), p. 948.**

[31] **Sermo ad Membra Secretariae Generalis Synodi Episcoporum habitus: *A.A.S.* 66 <1974), p. 259.**

participationem; communitates denique ac singulos incitet ad fidem sincere ac fortiter vivendo testandam, ita ut mundo ratio reddatur spei, quae est in nobis.[32]

Post decennium ex quo a Concilio Vaticano II magnum salutareque inchoatum est renovationis opus ad pastoralis ministerii, paenitentiae exercitationis et sacrae liturgiae campos quod attinet, opportunum omnino arbitramur, ut id ipsum opus recognoscatur novisque incrementis augeatur; ita quidem ut, iis ante oculos habitis quae Ecclesiae auctoritate firmiter comprobata sunt, inter multa ac diversa experimenta ubique peracta, illa pervideri ac discerni possint, quae reapse valida ac legitima habenda sint, eademque ad rem deducantur alacriore usque studio, secundum normas ac rationes quae pastorali prudentia veraeque pietatis afflatu suadeantur.

Frequentissimus autem peregrinatorum concursus — Pastorum scilicet christifideliumque — e christianis totius terrarum orbis communitatibus, qui fraterno studio coniuncti ad vera bona gratiae et amoris Christi consequenda Romam se conferent, praeclaras sine dubio suppeditabit occasiones proponendi, communicandi, comparandi perpendendique varii generis experimenta, studia et opiniones; quod quidem praesertim eveniet, si congressiones conventusque celebrabuntur, qui ad varios ecclesialis communitatis ordines et ad peritorum coetus spectent, et in quibus precandi usus et firma voluntas apostolatus exsequendi inter se coniungantur.

Peculiarique modo hic necessitatem commemorare cupimus inveniendi aequam iustamque rationem, quae, haud secus ac in sacra liturgia mirum in modum factum est, inter diversa postulata hodierni ministerii pastoralis intercedere debet: scilicet inter traditionem atque renovationis opus; inter indolem apostolatus christiani suapte natura religiosi atque eius efficacem vim in omnibus socialis vitae campis; inter liberam

[32] Cf. *1 Petr.* 3, 15.

eiusdem apostolatus sponte agendi rationem, quam charismaticam quidam appellare solent, et fidelitatem erga leges mandato Christi et Ecclesiae Pastorum innixas; quae quidem, ab Ecclesia latae indesinenterque variis temporibus accommodatae, sinunt ut singularia experimenta intra christianam communitatem ita recipiantur, ut aedificationi prosint Corporis Christi, quod est Ecclesia, minime vero obsint.[33]

Monere quoque volumus de necessitate, quae magis magisque urget, promovendi illud apostolatus genus, quod ad peculiares loci condiciones et hominum coetus spectat; ita quidem ut, nedum officiât necessariis traditis Ecclesiae institutis, nempe dioecesibus et paroeciis, ex contrario ingrediatur fermentumque evangelicum afferat in illas hodiernae vitae socialis formas — spectantes praesertim ad opifices, ad doctos homines et ad iuvenes — quae saepe differunt a formis vitae ecclesialis a maioribus traditis, atque extraneae videntur communitatibus, in quibus fideles precibus, fide et caritate coniuncti congregantur.

Ipsas quoque rationes catecheseos tradendae sacraeque praedicationis verbi Dei habendae, quae nostrae aetatis necessitatibus respondeant, attento studio perpendere oportebit eo quidem proposito, ut hac in re efficacia consilia capiantur, peculiari habita ratione curae quae ponenda est ut instrumenta communicationis socialis humanae christianaeque progressioni inserviant cum singulorum hominum tum communitatum.

Agitur de quaestionibus maximae quidem gravitatis atque momenti, quas aggredi debebimus et ad quas solvendas gratia Anni Sacri supplicibus precibus atque inclinato capite est imploranda.

[33] Cf. *Rom.* 15, 2; *1 Cor.* 14, 3; *Eph.* 4, 12.

V

Quemadmodum notum est, id potissimum recentioribus hisce annis Ecclesia expetivit curavitque, ut nuntium caritatis, socialis sensus ac pacis quoquoversus pervulgaret, itemque, quantum esset in ipsa, opera iustitiae et mutuae inter homines necessitudinis foveret ad inopes, segregatus, exsules, vexa tos sublevandos, ad hos omnes — dicimus — sive sunt personae sive coetus sive populi. Quapropter vehementer optamus, ut Annus Sacer, per ea caritatis opera quae fidelibus suggerit et deposcit ab illis, peropportunum etiam tempus sit ad confirmandam fulciendamque moralem conscientiam in cunctis fidelibus et in ipsa ampliore omnium hominum communitate, quo nempe nuntius Ecclesiae poterit dedito studio pervenire.

Antiquissimae Iubilaei origines, si ad leges institutaque Israelis attendas, haud obscure testantur in eodem, vi propriae naturae, huiusmodi socialem indolem inesse. Revera, ut scriptum legimus in Libro ***Levitici,***[34] Annus Iubilaeus, quippe cum esset Deo peculiariter dicatus, novam quandam ordinationem secum ferebat illarum rerum omnium, quae ut ad Deum pertinentes agnoscebantur : terrae scilicet, quae inculta quasi quietura relinquebatur prioribusque reddebatur possessoribus; et opum, quoniam oeconomicis ipsis rationibus remissio aeris alieni inscribebatur; et in primis hominis, cuius dignitas ac libertas servorum manumissione vindicabatur. Dei Annus igitur fuit etiam Annus Hominis, Annus Terrae, Annus Pauperum, in eoque universalium humanarumque rerum prospectu novum quoddam lumen fulgebat, ex eo radians, quod absoluta Dei dominatio in cunctam creaturam palam agnosceretur.

Sane etiam in mundo nostri temporis quae maxime quaestiones praesens genus humanum perturbant et affligunt — quaestiones sunt de re oeconomica et sociali, de oecologia,

[34] ***Lev.*** **25, 8 sqq.**

de fontibus ***energeticis,*** maxime vero de liberandis oppressis cunctisque hominibus ad pleniorem vitae dignitatem attollendis — eaedem videntur hoc ipso Anni Sacri nuntio illustrari.

Sed iuvat omnes Ecclesiae filios ac praesertim peregrinos, qui Romam petent, cohortari, ut onus quarundam rerum definite faciendarum suscipiant, quas quidem ut beati Petri successor et caput Ecclesiae, ***quae praeest coetui caritatis,***[35] nunc publice ostendimus atque commendamus. Nam agitur de caritatis et fidei operibus, quae in bonum fratrum egentiorum, tum Romae tum in ceteris orbis Ecclesiis, sunt exsequenda. Non erunt profecto illustris magnificentiae opera, quamvis haec nullo pacto sint reicienda; plerisque in adiunctis sat erit parva, vel minima — ut nunc dici solet — opera efficere, quae tamen cum indole evangelicae caritatis apte cohaerent. Fieri enim potest, ut in hac provincia Ecclesia magis magisque in dies sese continere debeat nihilque offerat hominibus nisi viduae pauperculae aera minuta,[36] adeo tenues ac modicae sunt eae, quibus utitur, facultates. Verum ipsa bene novit et docet bonum, quod plurimum valeat, illud esse quod humiliore saepiusque incognita via parvis subvenit necessitatibus, parvis medetur vulneribus, quae plerumque in amplis consiliis socialis rei renovandae nullum obtinent locum.

Attamen Ecclesia necessarium esse ducit maxima huiusmodi incepta provehendae iustitiae populorumque progressionis incitare, ideoque invitationem iterum adhibet iis omnibus, qui et possunt et pro munere debent perfectiorem humanarum socialiumque necessitudinum ordinem in mundo constituere, id monens ne a suo opere cessent ob hodierni temporis difficultates neve partium studiis sese superari patiantur. In quo vehementer denuoque vocem attollimus Nostram, ut causam commendemus regionum ad pleniorem cultum civilem enitentium et populorum, qui fame et bello adhuc conflictantur.

[35] **Cf. S. Ignatius Antiochenus, *Epist, ad Romanos,* Inscr.: Funk 1, 252.**
[36] **Cf. Lc. 21, 2; *MC.* 12, 42.**

Curas intendant in tot necessitates, quibus homines his temporibus saepe premuntur, velut in opus illis comparandum, qui eo vitae rationibus consulere debent, in habitationem, qua multi indigent, in scholam, cui multiplici modo est subveniendum, in auxilia socialia et ad salutem pertinentia, neque omittant, quominus honestatem morum publicorum promoveant et in tuto collocent.

Liceat demum mente humili et sincera votum promere, ut per hunc etiam Annum Sacrum — quemadmodum in praeteritis Iubilaeis evenit — legitimae Nationum auctoritates secum reputent, num fieri possit, pro cuiusque prudentia, ut concedatur indultum, quasi dementiae et aequitatis testimonium, iis praesertim captivis qui satis ostenderint sese in re morali et civili esse emendatos quive misere inciderint in turbas et conversiones politicas et sociales, eo graviores quam ut ipsis omnino possint imputari.

Iam nunc gratum patefacimus animum et effusiorem a Domino benedictionem expetimus illis omnibus operam navaturis, ut hic nuntius caritatis, sensus socialis, libertatis, qualem Ecclesia publice affert, probe confisa a cunctis se intellectum et auditum iri, libenter excipiatur atque in usum rerum politicarum et socialium traducatur. Quae cum dicimus bene ominantes, persuasum habemus Nos mirabilem persequi traditionem, quae, Israelitica ab lege incipiens, celsissimam sui ostensionem adepta est in Christo Iesu Domino nostro, qui ab ipsis sui ministerii exordiis se praebuit effectorem antiquarum promissionum atque figurarum, cum Anno Iubilaeo conexarum : ***Spiritus Domini super me : propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde : praedicare captivis remissionem, et caecis visum, dimittere contractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum?***

[37] *Lc.* 4, 18-19.

VI

Si vero aliquod est spirituale commodum, quod cupimus Nos praecipue, ut ex Anni Sacri celebratione reportetur, id quidem incrementum est numeri eorum, qui ex peculiari vitae munere deserviunt Ecclesiae, sacerdotum videlicet imprimis atque sodalium religiosorum. Etenim ut viae gratiae rationesque salutis, quas Annus Sacer universis christifidelibus ostentat et suppeditat, rite recteque explicentur et adhibeantur, opus semper erit ipsis sacrorum ministris atque etiam Evangelii Christi testibus, qui fratribus suis, id est hominibus huius atque posterae aetatis, indicent per plenam Domini sequelam ipsam viam paenitentiae atque sanctitatis.

Percipienda itaque diligenter vox Dei est, qui numquam desinit electos homines excitare et invitare, ut, sacerdotio ministeriali fungentes ac fidele vitae religiosae testimonium reddentes, famulatui Ecclesiae totiusque generis humani se dedicent et devoveant: alii quidem a Deo rogabuntur, ut, per oboedientiam sacrumque caelibatum sese ipsi offerentes, qua sacerdotes Christi doceant et sanctificent et ducant populum fidelem ubicumque terrarum; alii pariter, viri et mulieres variae aetatis vel condicionis ad religiosam vitam attrahentur, ut, baptismatis promissa altiore vitae ratione implentes, plane vivant in Spiritu vereque proficiant ipsi Ecclesiae hominumque societati. Exoptamus quidem vehementer, ut horum lectissimorum christifidelium multitudo magis magisque augescat et efflorescat, ut per sacerdotium suum vitaeque religiosae actionem Christi laetificum nuntium perferant ad terras extremas gloriamque dent omnes Patri caelesti.

VII

Postremo autem efferre ac praedicare volumus christianorum reconciliationem unum esse potissimorum Anni Sacri propositorum. Etenim, prius quam homines universi reducantur aliquando et restituantur in Dei ***Patris nostri*** gratiam, communionem inter eos redintegrari omnino oportet, qui fide iam agnoverint ac receperint Iesum Christum uti Dominum misericordiae, qui homines liberet et amoris veritatisque consociet Spiritu. Hac quidem ratione Annus Iubilaeus, quem catholica Ecclesia sibi in consuetudines suas ac mores adscivit, peropportunum adferre potest tempus renovandorum recte animorum atque etiam christianorum provehendae coniunctionis.

Praeterea commonefacimus ipsum Concilium Vaticanum II docere omne studium et opus huius reconciliationis christianorum sicut et omnem verum oecumenismum necessario proficisci debere ex interiore aliqua animi mutatione, quoniam ipsa communionis christianae cupiditas nascitur ac maturescit ex spiritus renovatione, ex sui ipsius abnegatione, ex plena amoris exercitatione, ex fidelitate, quae veritati revelatae servatur.[38]

Illa autem ipsa in re prorsus agitur verissimeque efficitur totus oecumenicus motus, ad quem catholica Ecclesia, quantum potest, adhaeret et per quem Ecclesiae atque Communitates cum Apostolica Sede nondum plane coniunctae conquirunt et appetunt perfectam eam communionem, quam exoptaverat Christus. Munus namque atque officium Ecclesiae totius est iunctionem hanc restituere in integra Ecclesiarum communione.[39] ***Annus gratiae*** ergo hoc sensu prae se fert opportunitatem peculiaris paenitentiae ob christianorum discidia, occasionem renovationis tamquam altioris experientiae ipsius vitae sanctimoniae in Christo, progressionem ad optatam illam recon-

[38] **Cf. Decr. de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio,* n. 7: *A.A.S.* 57 (1965), p. 97.**
[39] **Cf. Decr. de Oecumenismo *Unitatis Redintegratio,* n. 5: A.A.S. 57 (1965), p. 96.**

ciliationem per crebriores collocutiones atque solidam adiutricem christianorum operam in procuranda orbis salute: ***ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus.®***

Quid itaque Nostri consilii sit, quaeve Nostra vota de Anni Sacri celebratione in hac Urbe Roma, iterum ostendimus. Nunc vero Fratres Nostros Episcopos omnesque Pastores ac fideles Ecclesiarum toto orbe dispersarum, earum etiam quae cum Romana Ecclesia non omnino communicant, quin immo omnes credentes in Deum hortamur, ut saltem animo hanc gratiae atque redemptionis mensam pie participent, in qua Christus se praebet ipse magistrum vitae. Quorum sane cum fidelibus, ad sepulchra Apostolorum antiquorumque Martyrum peregrinantibus, fidem in Deum Patrem omnipotentem atque misericordem et in Iesum Christum, Redemptorem nostrum, profiteri optamus.

Ad Nos quod attinet ipsos, velimus profecto, ut omnes Romam petentes Petri videndi gratia[41] id apertius in Sacro Anno per Nos verum experiantur, quod S. Leo Magnus scripsit : ***In universa namque Ecclesia, Tu es Christus, Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit, et omnis lingua quae confitetur Dominum magisterio huius vocis imbuitur.***[41]

Hoc etiam velimus optemus : fore nempe ut ingens fidelium multitudo, ministerio Nostro atque fratrum Nostrorum sacerdotum ad fontes Salvatoris accedat;[43] sanctaque Porta, quam ipsi in vigiliae Nativitatis nocte aperiemus, certum huius novi aditus ad Christum indicium sit, qui solus est Via[44] idemque Porta,[45] atque etiam paternae illius dilectionis, qua animum omnibus patefacimus, amoris plenum et pacis cupidum.

[40] ***Io.*** **17, 21.**
[41] cf. ***mi.*** **i, is.**
[42] ***Sermo*** **III:PL 54,146.**
[43] **Cf.** ***Is.*** **12, 3.**
[44] Cf. ***Io.*** **14, 6.**
[45] Cf. ***Io.*** **10, 7. 9.**

Beatissimam Virginem Mariam, interea, precamur, almam Redemptoris parentem eandemque Ecclesiae, gratiae ac misericordiae Matrem atque reconciliationis ministram novaeque vitae exemplar fulgidissimum, ut intercessione sua cunctis fratribus filiisque Nostris gratiam Sacri huius Anni a Filio suo impetret, quae eos renovet atque servet; eiusque manibus atque cordi Matris tanti negotii initium, incrementum ac perfectionem absolutam permittimus.

Has vero Litteras Nostras plane efficaces esse et fore volumus, adeo ut quae per eas exposita ac decreta sunt, ab illis omnibus, ad quos res pertinet, religiose serventur atque igitur vim suam obtineant, contrariis quibusvis nihil obstantibus. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxin mensis Maii, in sollemnitate Ascensionis Domini, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Quaedam capita de facultatibus ad Missarum stipendia pertinentibus statuuntur.

PAULUS EPISCOPUS

FIRMA IN TRADITIONE Ecclesiae positum est, ut fideles, religioso et ecclesiali sensu ducti, Sacrificio Eucharistico, quo actuosius hoc participent, quoddam quasi sacrificium sui ipsorum adiungant, hoc modo consulentes, pro sua parte, necessitatibus Ecclesiae, maxime vero eiusdem ministrorum sustentationi. Quod idem fit secundum spiritum verborum Domini ***Dignus est (...) operarius mercede sua (Lc.*** 10, 7), quae Paulus Apostolus in prima Epistula ad Timotheum (5, 18) et in prima Epistula ad Corinthios (9, 7-14) memorat.

Qui quidem usus, quo fideles Christo, se hostiam offerenti, arctius sociantur et abundantiorem fructuum copiam inde percipiunt, non solam probatus est ab Ecclesia, sed etiam promotus, quae eum esse existimat veluti signum coniunctionis hominis baptizati cum Christo, necnon fidelis cum sacerdote, qui in eiusdem fidelis bonum suum obit ministerium.

Ut autem eiusmodi sensus integer semper servaretur et adversus quamvis deformationem, quae fieri posset, tutus praestaretur, saeculorum decursu aptae normae sunt constitutae, eo spectantes, ut cultus, quem fideles Deo liberaliter tribuere cuperent, non minore cum observantia et magnanimitate reapse celebraretur. Quoniam vero, singularia ob temporum humanaeque societatis adiuncta, interdum moraliter fieri nequit — ideoque minus aeque contingit — ut onera exquisita et accepta integre impleantur, Ecclesia hisce in casibus necessario cogitur eadem onera congruenter recognoscere; simul autem annititur, ut sibimet ipsi hac in re constet et fidem erga oblatores servet.

Eo praesertim ducti consilio, ut normae, quibus Missarum stipendia — res sane gravis multumque postulans prudentiae — reguntur, pari quadam ratione conficerentur, statuimus per notificationem, a Secretaria Status seu Papali die 29 mensis Novembris, anno 1971 (***AAS,*** 63, 1971, p. 841) vulgatam, Nobismet ipsis, interim et ad tempus, reservare omnem deliberationem circa expetitas reductiones, condonationes et commutationes stipendiorum Missarum, suspendentes a die 1 mensis Februarii, anno 1972, cunctas facultates, cuilibet et quoquo modo concessas.

Nunc vero, adeptis quoad praecipua finibus, quorum causa dispositio illa est inducta, tempus advenisse censemus reservationi illi finem imponendi. Ut autem apta huius rei ordinatio novis fulciretur fundamentis neque interpretationibus minus rectis quomodolibet impediretur, innixis in iis, quae praeterita aetate legitima agnosci potuerunt, visum est quidquid de anterioribus facultatibus superesset, nunc auferre.

Attamen, ut necessitatibus aliquo modo occurramus, quibus Nostri in episcopatu Fratres interdum consulere debent, et rationem habentes probatae experientiae, quam haberi contigit usu facultatum iisdem concessarum per Litteras Apostolicas «Pastorale munus» (***AAS,*** 56, 1964, pp. 5-12) et « De Episcoporum muneribus» (***AAS,*** 58, 1966, pp. 467-472), motu proprio datas, expedire arbitrati sumus iis, qui Nobiscum ministerium pastorale in Ecclesia participant, nonnullas facultates impertire.

Itaque, re mature perpensa, motu proprio ac de Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, haec, quae sequuntur, pro universa Ecclesia constituimus atque decernimus :

I. A die prima mensis Iulii, anno 1974, reservatio praedicta, de qua in notificatione Secretariae Status diei 29 mensis Novembris anni 1971 agitur, cessat. Ab eodem ergo die Sacrae Congregationes Romanae Curiae ea resumere valent, quae ipsis circa hanc rem competunt, exercitium tamen eorum ad novas

et accuratius definitas normas, sibi seorsum iniunctas, accommodantes. Itaque petitiones, quas circa eandem rem fieri contingat, iisdem Sacris Congregationibus erunt deinceps admovendae.

II. Ab eodem die modo terminali revocantur, quod ad Missarum stipendia attinet, omnes, quae antea viguerunt, facultates, quomodocumque concessae aut quaesitae. Esse igitur desinunt facultates tum cuivis personae, physicae vel morali, concessae a Nobis, aut a Decessoribus Nostris, etiam vivae vocis oraculo, a Curia Romana, vel ab alia qualibet auctoritate, vi privilegii, indulti, dispensationis, vel qualicumque alia ratione, particulari lege haud excepta; tum facultates quaesitae vi communicationis, consuetudinis, etiam particularis, centenariae vel immemorabilis, praescriptionis, vel qualicumque alia ratione.

Huiusmodi facta revocatione, has tantummodo facultates in posterum vigere statuimus:

a) facultates nunc Sacris Romanae Curiae Congregationibus, de quibus in n. I agitur, concessas;

b) facultates, quae in Litteris Apostolicis « Pastorale munus » motu proprio datis et in « Indicibus Facultatum », quae Ordinariis locorum et Legatis Pontificiis tribui solent, continentur;

c) novas facultates Episcopis, per has Litteras Apostolicas motu proprio datas, impertitas, de quibus infra, n. III, fit sermo.

III. Iis namque personis, quae in Litteris Apostolicis « Pastorale munus » motu proprio datis, memorantur, iisdem quidem servatis condicionibus ibidem statutis, a die item prima mensis Iulii has facultates tribuimus :

a) facultatem permittendi sacerdotibus, qui Missas ***binatas*** vel ***trinatas*** in dioecesi celebrant, eas applicandi, stipe percepta,

quae in necessitates ab Episcopo dioecesano praefinitas erit eroganda, aut applicandi secundum illas intentiones, quarum causa secus postulanda esset condonatio aut sola reductio. Quae facultas non extenditur ad Missas binatas concelebratas, de quibus agitur in Declaratione Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 7 mensis Augusti, anno 1972 edita, n. 3, b *(AAS,* 64, 1972, pp. 561-563), pro quibus stipendium quolibet titulo percipi vetatur;

b) facultatem reducendi, pro ratione reditibus imminutis congruenti, onus quo Capitula cathedralia vel collegialia gravantur, Missam conventualem cotidie pro benefactoribus applicandi, excepta tamen, singulis mensibus, una saltem Missa conventuali;

c) facultatem transferendi, congrua de causa, onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria diversa ab illis, quae in fundationibus sunt statuta.

Hae normae vigere incipiunt a die i insequentis mensis Iulii.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xin mensis Iunii, in Sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

RAIPURENSIS

Praefectura Apostolica de Raipur ad gradum dioecesis evehitur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamquam Ecclesia catholica magnum momentum tribuit verbo, utpote quae Christi verbo nata, doctrina sancta vivit et propagatur in gentibus, nemo tamen non intellegit quantum utilitatis in apta externarum rerum dispositione contineatur : nam et iusta singularum Ecclesiarum forma, et aequi fines, et prudentes Antistites, et sapiens temperatio, alia, vehiculum sunt idoneum atque consentaneum, quo simul ((sermo Dei currat et clarificetur » *(2 Thess.* 3, 1), in populorum salutem. Qua de re, cum Praefectura Apostolica de Raipur, in Indiae finibus, haud parva cepisset incrementa ac maiora praevideantur in futurum, bene fieri visum est, si eadem ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Consilio ergo petito a Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis, de sententia Venerabilis quoque Fratris Ioannis Gordon, Archiepiscopi titulo Mcopolitani ad Nestum, atque Apostolici in India Pro-Nuntii, Nostra auctoritate Praefecturam Apostolicam de Raipur in dioecesis formam redigimus, *Raipurensis* appellandae, quae et Sedi metropolitanae Bhopalensi suffraganea erit, et Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia esse perget. Cuius Ecclesiae episcopalis Sedes in urbe Raipur erit, cathedram vero in templo S. Iosephi ibidem exstante collocamus, factis iuribus debitis cathedralibus propriis. Volumus praeterea, ut dum Canonicorum Collegium condatur, Consultores dioecesani deligantur, Episcopum consilio et opera iuvaturi; qui nempe a munere cessabunt, eo Collegio constituto. Quae vero spectant ad mensam episcopalem, dioecesis administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia, haec omnia iure Canonico temperentur. Ceterum quae iussimus Venerabilis Frater Ioannes Gordon ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, factis iuribus necessariis. Re vero acta, documenta exarentur atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Hae vero Litterae sive nunc sive in posterum ratae habeantur, suosque effectus praestent.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 25JßJp.

II

MORELIENSIS - LEONENSIS
(CELAYENSIS)

In Mexico, detractis nonnullis territoriis ab Ecclesiis Moreliensi et Leonensi, nova quaedam dioecesis excitatur, nomine « Celayensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Scribae illi Evangelico atque patri familias similes, « qui profert de thesauro suo nova et vetera » *(Mt.* 13, 15), et Nos, divino consilio christianorum familiae praepositi, atque patres « multarum gentium » constituti (cfr. *Gen.* 17, 5), simul vetera, simul nova Ecclesiae sanctae proferimus; qui sane et aeternas veritates de ubere fidei nostrae thesauro haurimus, illustramus atque credendas proponimus, et ea quae aetas nostra haec poscit in fidelium utilitatem fieri curamus, eo nempe consilio, ut promovendae religionis opportunitates habeant. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Stanislaus Alcaraz Figueroa, Archiepiscopus Moreliensis, et Anselmus Zarza Bernal, Episcopus Leonensis, audita Conferentia episcopali Mexicana, id ab hac Apostolica Sede petierint, ut e suarum dioecesium territorio nova dioecesis constitueretur, Nos, re bene reputata, consilioque expetito tum a Delegatione Apostolica Mexicana, tum a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Moreliensi municipia separamus, quae populi lingua cognominantur : Celaya, Apaseo ei Alto, Apaseo ei Grande, Comonfort, Cortázar, Juventino Rosas et

Villagrán ; a dioecesi vero Leonensi, sequentia : Dolores Hidalgo, S. Diego de la Unión, S. Luis de la Paz et S. Miguel Allende, quibus omnibus terris novam dioecesim condimus, cuius fines iidem erunt atque muni--cipiorum quae numeravimus, simul sumptorum : nomen autem Ecclesiae erit *Celayensis.* Quam prof esto subiectam facimus archidioecesi Moreliensi, eius Sedem in urbe Celava collocantes, posita cathedra in templo Beatae Mariae Virginis Purissima Conception vulgari lingua nuncupatae. Canonicorum Collegium condatur, ad alias Litteras Apostolicas sub plumbo dandas; interea vero Episcopus Celayensis Consultores dioecesanos deligat qui eum tum consilio tum opera adiuvent. Novae Ecclesiae mensa episcopalis constituatur sive populi collationibus, sive Curiae emolumentis, sive parte bonorum, si qua sint, quae iuxta canonem 1500 C. 1. C. ei obvenient de bonis Ecclesiarum e quibus coalescit. Seminarium condatur, puerique iii eo educentur ad normas iuris communis, ratione habita Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius », et iuxta leges a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latas. Eegimen Ecclesiae, administratio, similia, Iure Canonico omnino temperentur; clerus ea lege distribuatur, ut Sacerdotes facta divisione ei Sedi addicantur, in qua habeant beneficium aut officium; ceteri vero clerici Seminariique tirones, ei, in qua legitime degant. Documenta denique et acta modo conditam dioecesim respicientia ad eius Curiam mittantur, ibique religiose in tabulario custodiantur. Ceterum, quae iussimus venerabilis Prater Marius Pius Oaspari, in Mexicana Dicione Delegatus, ad exitum adducenda curet, vel quem ipse delegaverit, factis necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarabit, quorum sincera exempla recte subscripta atque sigillo impressa ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittet, idque cito.

Has vero Litteras et nunc et in posterum firmas esse volumus, «contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

® Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Jn Secret. Status tab., n. X£7707.

III

TIMMÍNSENSIS
(RÜYNENSIS - NORANDENSIS)

Quibusdam detractis territoriis e dioecesi Timminsensi alia constituitur, « Ruynensis-Norandensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius christianorum fidelium necessitatibus prospiciendum, solet Apostolica Sedes ex dioecesibus dioeceses deducere, quas alii sacri Pastores tamquam Ecclesiae agros exerceant; est enim cognitum perspectumque omnibus, quam prosint populo Dei multiplicati Episcopi, qui sibi commissas Sedes « ut vicarii et legati Christi regant » (cf. *Lum. gent.*, n. 27). Concedendum igitur esse censuimus sententiae Conferentiae Episcopalis Canadiensis, quae, post auditum venerabilem Fratrem Iacobum Landriault, Episcopum Timminsensem, per Sacram Congregationem pro Episcopis proposuit, ut e sua perampla alia quaedam dioecesis conderetur. Apostolica ideo Nostra potestate, deque consilio Venerabilis Fratris Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi titulo Tuscamiensis et in Canadia Apostolici Pro-Nuntii, sequentia decernimus. A dioecesi Timminsensi territorium separamus, quod intra fines civilis provinciae Quebecensis extenditur, eoque novam dioecesim constituimus, *Ruynensem-Norandensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac portio dioecesis Timminsensis, in praedicta civili provincia sita, limitatur. Conditae dioecesis sedes in urbe vulgo Rouyn ponatur, magisteriique episcopalis cathedra in templo ibidem exstante, Deo sacro in honorem S. Michaelis Archangeli, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, cum debitis iuribus et privilegiis. Quae quidem et Episcopo concedimus, impositis praeterea congruis obligationibus et ofiiciis. Eandem praeterea suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Ottaviensi; sicut eius Episcopum metropolitanae Archiepiscopi Ottaviensis iurisdictioni obnoxium. Mandamus insuper ut, quoadusque Canonicorum collegium non condatur, Consultores dioecesani deligantur, ad normam iuris; ut mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, fidelium sponte oblatis pecuniis atque bonis, quae ad normam

canonis 1500 Codicis Iuris Canonici eidem obvenient; ut, ad seminarii aedificationem quod attinet, praescripta iuris communis serventur, prae oculis habitis normis Decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II peculiaribusque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica normis; item, ut sacri canones adamussim serventur, quod ad dioecesis regimen, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et onera, aliaque id genus spectat; ut, dioecesi rite constituta, eo ipso sacerdotes ei Ecclesiae adscripti sint, in cuius territorio beneficium vel ecclesiasticum officium habeant; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant; ut denique acta et documenta, quae ad conditam dioecesim spectant, fideles ac bona temporalia, a Curia Timminsensi ad Ruynensem-Norandensem transferantur, in tabulario custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Vido Dei Mestri quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, et congrua documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

ffi Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. U7829.

I T

SANTOSENSIS - ITAPEVENSIS
(REGISTRENSIS)

Detractis nonnullis territoriis ab Ecclesiis Santosensi et Itapevensi, nova dioecesis conditur « Registrensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quotiescumque novam dioecesim constituturi sumus, ea Christi verba, Filii Dei adorandi, cum animo reputamus : « Euntes ergo in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae *(Marc.* 16, 15) ; atque inde tum laeta gaudia capimus, quam incesserit praedicatio Evangelica considerantes, tum Nosmet ipsos admotis velut calcaribus urgere non desistimus, quam multi sint reputantes qui aut christianam doctrinam non noverint, aut cognitam neglegant. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres David Picao et Silvius M. Dario, alter Episcopus Cantosensis, alter Itapevensis, audita Conferentia episcopali Brasiliana, id petierint ut e territorio suarum dioecesium nova conderetur dioecesis, Nos, re bene considerata, atque sententia rogata Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, aeque ac Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia, Apostolica auctoritate Nostra haec censemus. A dioecesi Santosensi municipia separamus, quae populi lingua cognominantur : Cananeia, Eldorado Paulista, Iguape, Itariri, Jacupiranga, Juquiá, Miracatu, Pariquera-Açu, Pedro de Toledo, Registro, Sete Barras; a dioecesi vero Itapevensi municipia : Barra do Turvo et Iporanga ; quibus territoriis novam dioecesim condimus, *Registrensem* appellandam ac iisdem limitibus comprehendendam quibus municipia uniuntur, iuxta legem civilem. Sedem constitutae Ecclesiae in urbe Registro ponimus, cathedra episcopalis magisterii in templo S. Francisci Xaverii collocata; quam dioecesim praeterea suffraganeam facimus metropolitanae Sedi S. Pauli in Brasilia, sic ut eius Episcopum Metropolitae. Statuimus etiam, ut Canonicorum Collegium condatur, ad normam aliarum Litterarum Apostolicarum ; interim, Consultores dioecesani eligantur, Episcopum iuvaturi consilio, industria, opera. Mensam epi-

scopalem constituent Curiae emolumenta, fidelium collationes sponte factae, bona, si qua sunt, quae novae dioecesi obvenient ad normam canonis 1500 C.I.C. Seminarium condatur, et alumni educentur iuxta leges iuris communis Ecclesiae, ratione habita tum Decreti ((Optatam totius » Conc. Vat. II, tum etiam earum quae Sacra Congregatio pro Institutione Catholica hac de re iusserit. Cum vero iuvenes adoleverint, optimi ex iis Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophiae sacrae atque Theologiae operam daturi. Quod autem attinet ad novae Ecclesiae regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, hisque similia, leges ecclesiasticae serventur. De clero vero statuimus, ut his Litteris ad effectum adductis, eo ipso Sacerdotes ei Sedi addicantur, in qua vel beneficium vel officium habeant, ceteri vero clerici atque Seminarii tirones illi in qua legitime degant. Acta denique et documenta quae ad novam Sedem pertineant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, in cuius tabulario serventur, idque religiose. Quae tandem praescripsimus Venerabilis. Frater Carmelus Rocco fieri curabit; qui etiam, re acta, documenta exarabit sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem cito mittet.

Ceterum haec Nostra iussa sive nunc sive in posterum rata erunt atque firma, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Ianuarii,, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus. Nostri undecimo.

IOANNES **Card.** VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS **Card.** BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus:

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 251659.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Imago B. M. Virginis, in Sandomiriensi dioecesi exculta, pretioso diademate redimiri sinitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Perantiquum paroeciale templum,, quod Blotnicae in Sandomiriensis dioecesis finibus, in Polonia, exstat,, artis quidem maiestate merito prae aliis haud paucis excellit, at maiore fama et laude idcirco honestatur, quod B. M. Virginis imago in eo-servatur ac pientissime colitur. Ad eam enim christiani populi coetus-- frequentissimi religiosa itinera iterum iterumque suscipiunt, ut multiplicata obsecratione sibi suisque divinorum munerum copiam precentur. Quibus permotus, Venerabilis Prater Petrus Golebiowski, Episcopus titulo Panitanus idemque Administrator Apostolicus dioecesis Sandomiriensis, vota quoque clerique populique fidelis significans, Nos rogavit ut imaginem illam pretioso diademate, Nostro nomine et auctoritate sineremus redimiri. Nos autem, collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Cultu Divino, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Itaque hisce Litteris atque auctoritate Nostra apostolica, eidem Venerabili Fratri, quem diximus, partes committimus, ut imagini B. M. Virginis, quae in sacra aede loci vulgo Blotnica colitur, die suo arbitrio eligendo, inter Missarum sollemnia pretiosam coronam Nostro nomine et auctoritate imponat, iuxta ritum formulamque praescriptam. Nos vero minime dubitamus, quin haec sacra sollemnia in religionis bonum populique spirituale emolumentum cedant ; pariterque fore confidimus, ut eius paroeciae cives, quin immo* totius dioecesis Sandomiriensis christifideles ad Beatissimam Dei Genitricem venerandam magis magisque incitentur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Decembris, anno MCMIJXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES **Card.** VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 246M8.

II

Beatissima Virgo Maria Perdolens, quam populus a « Castelpetroso » vocat, in Italiae finibus, Patrona Molisanae regionis confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanto honore et veneratione fideles omnium aetatum prosecuti sint B. M. V. dolores, Christi Matris, luculentissime ostendunt tum imagines et signa, tum sacrae aedes atque augusta templa per christianum orbem disseminata, tum etiam carmina praeclara et vel poemata et musici modi de eadem perdolente Virgine compositi. Quibus suavissimae pietatis documentis id significavit devota Christi plebs, velle se nempe et sanctissimam Dei parentem honorare, et cruciatus acerbissimos, in quos venit, amantium more cum Ipsa communicare, et de tanto beneficio gratias teneriore quodam animo reddere, ut filios addecet. Neque Mater filiis maerentibus atque implorantibus non astitit. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Albertus Carinci, Archiepiscopus Boianensis-Campobassensis, suo ipsius nomine, item et Episcoporum regionis Molisanae et clerici populique universi, id augendae fidei causa petierit, ut Beata Maria Virgo Perdolens, quam tota regio in Sanctuario, a populo « Castelpetroso)) dicto, in archidioecesi Boianensi-Campobassensi, sancte colit, cuius ad imaginem frequentissimi populi accurrunt, Molisanae regionis Patrona confirmaretur; cumque Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, tum factam electionem tum etiam probationem Conferentiae Episcoporum confirmaverit, Nos haec omnia rata atque firma Apostolica Nostra potestate habenda esse censemus. Placet ergo Beatam Mariam Virginem Perdolentem in Sanctuario Castelpetroso cultam, in archidioecesi Boianensi-Campobassensi, totius regionis Molisanae Patronam haberi, cum iuribus debitis. Hae vero Litterae sive nunc sive in posterum serventur, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, sub Anulo Piscatoris, apud S. Petrum, die vi mensis Decembris, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ¡$¡ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 246951.

III

Templum SS. Philippi Nerii et Ioannis Baptistae in dioecesi Sandomiriensi, in Polonia, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Polonorum fidelitas erga Christum et Ecclesiam catholicam, per longam aetatum seriem tam egregia et singularis fuit, ut non solum haec Apostolica Sedes praeclare de nobilissimo eo populo usquequaque iudicaverit, sed etiam fidei christianae propugnaculum contra hesterna religionis pericula atque discrimina habuerit. Quod sane studium id etiam effecit, ut Eomani Pontifices, maiores Nostri, atque Ipsi, aequissimis semper oculis ad Polonam nationem respiceremus, ad eiusque eventus, prosperos modo, modo adversos. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Petrus Oolebiowski, Administrator Apostolicus Sandomiriensis, vota cleri et populi universi suae dicionis exhibens, id poposcisset, ut templum Ss. Philippo Nerio ac Ioanni Baptistae dicatum, quod est in sua dioecesi Sandomiriensi, ad dignitatem Basilicae Minoris tolleretur, Nos volentes tam Venerabili Antistiti concedere ac populo, tam illustri cumulate satis facere, libenti quidem animo in eorum sententiam discedimus. Qua re, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Cultu divino, factis nempe a Nobis facultatibus, hac de re peregerit, Apostolica Nostra potestate usis, placet templum quod diximus Ss. Philippi Nerii et Ioannis Baptistae ad gradum ae dignitatem evehere Basilicae Minoris cum omnibus iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis scilicet quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII, servanda sunt. Ceterum volumus, ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum ratae atque firmae habeantur, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xn mensis Decembris, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ℞ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 246992.

IV

Facultas conceditur diademate cingendi excultam Mostae, in Melitensi insula, imaginem Virginis Mariae in caelum Assumptae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paroeciale templum, quod Mostae, in Melitensi insula, exstat, venerabile quidem ob antiquitatem artisque maiestatem merito habetur ; at tamen venerabilius celebratur propter Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae imaginem, quam loci incolae pientissime colunt, ad quam praeterea frequentes undique christiani fideles religiosa itinera suscipiunt, sibi suisque a Dei hominumque Matre caelestium munerum copiam precantes. Qua animorum religione permotus certaque spe ductus, ut multiplicata erga Beatam Mariam Virginem obsequia in fidelium ipsorum utilitatem cederent, petiit Venerabilis Frater Michael Gonzi, Archiepiscopus Melitensis, cum suis sane universi cleri et populi vota componens, ut facultas sibi daretur, Nostro nomine et auctoritate, imaginem illam pretioso diademate coronandi. Nos autem, collatis cum Sacra Congregatione pro Cultu Divino consiliis, huiusmodi precibus censuimus obsecundari posse. Itaque hisce Litteris atque auctoritate Nostra apostolica, Venerabili Fratri quem diximus partes committimus imagini B. M. Virginis in caelum Assumptae, quae Mostae servatur et colitur, pretiosam coronam Nostro nomine et auctoritate imponendi, die suo arbitrio eligendo iuxtaque ritus formulamque praescriptam. Nos vero fore valde confidimus, ut eius paroeciae totiusque archidioecesis Melitensis fideles ad Dei Genitricem colendam magis magisque incitentur. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Decembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco @ Sigilli

In Secret. Status tab. n. 246977.

V

Templum B. M. V. « Del Roble » in archidioecesi Monterreyensi, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

[15] Letter to Cardinal Conway, 6 March 1972: *A.A.S.* 64 (1972), pp. 312-313.

The subject of our considération today has vast ramifications and it is not possible to speak of all of them. The thème we hay e touched upon calis to mind also the need to terminate class struggle and hatred at every level and in every form. The rights of minorities call out for protection as do the rights of the poor, the handicapped, the incurably ili and ali those who live at the margin of society and are without voice. Above ali the precious right to life—that most fundamental of ali human rights—must be aflirmed anew, together with the condemnation of that massive aberration which is the destruction of innocent human life, at whatever stage it may be, through the heinous crimes of abortion or euthanasia.

Yes, it is our mission to call upon all men to give récognition to God's dominion—to whom be glory for ever and ever[16]—and to banish ail discrimination in récognition of the dignity of every man. To all men of good will we repeat again, and yet again : " You are all brothers ".

V

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Aloisium Cossio y Ruiz De Somocurcio, Peruvianae Reipublicae cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras concrediti muneris testes tradentem. *

Señor Embajador:

En este acto solemne, en que Vuestra Excelencia nos ha hecho entrega de las Cartas, que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario del Perú ante la Santa Sede, nos es grato poder «darle nuestra cordial y sincera bienvenida.

Con su presencia se nos hace más sensible la viva adhesión de un Pueblo, a Nos tan querido por sus acendradas y reconocidas virtudes que han germinado y brillado en ese espléndido grupo de Santos que han sabido honrar a la Iglesia con el testimonio de una caridad y servicio ejemplares.

Sabemos muy bien, por otra parte —y Vuestra Excelencia ha tenido a bien recordarlo—, que el Perú ha emprendido, con renovado empeño, una etapa cuidadosamente programada de elevación cultural y social.

Para alcanzar tales objetivos, es ciertamente necesaria una más

[16] *Gal.* 1:5.

* Die 30 mensis maii a. 1974.

justa distribución de tantos recursos naturales, con que la Providencia enriqueció a vuestro País, y de sus frutos ; y también un despliegue de nuevas y más perfectas estructuras, capaces de tejer una trama flexible de medios y de métodos. Pero todo esto no garantizaría por sí solo una convergencia eficaz de los ánimos hacia una resuelta y fructuosa colaboración mutua, en un ambiente de justa y pacífica convivencia.

En este contexto, la Iglesia, Madre y Maestra de los Pueblos, tiene —dentro de su específica misión de servicio— un cometido de primera importancia por cumplir. Ella, en efecto, partiendo de una concepción básica de los valores integrales del ser humano, está atenta a las aspiraciones más íntimas del mismo ; promueve y alienta cuanto deriva de la dignidad innata del hombre y lo impulsa a favorecer, como individuo y como miembro de la sociedad, todo aquello que ayuda a la realización auténtica de la persona. A tal fin contribuye también grandemente la llamada que la Iglesia hace a las conciencias de todos, para que sublimen su pensamiento y su acción con la realidad de sentirse hijos del Padre común.

Al formular los mejores votos para el fructuoso desempeño de su alta misión, en la que podrá contar con nuestra benevolencia, le rogamos que transmita, Señor Embajador, nuestra gratitud por su deferente saludo al Excelentísimo Señor Presidente y nuestro recuerdo a todos los amadísimos hijos de la Nación peruana, sobre la cual invocamos copiosas bendiciones del cielo.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis Christifidelibus et bonae voluntatis hominibus, die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato.

Diletti figli e fratelli,

Siamo lieti di rivolgerci a voi, ancora una volta, in occasione della Giornata Mondiale delle Comunicazioni Sociali, istituita dal Concilio Ecumenico Vaticano II.[1]

Poiché l'importanza degli strumenti della comunicazione sociale va aumentando incessantemente nella struttura dell'odierna società e nella

[1] Decr. de instr, communicationis socialis *Inter mirifica,* n. 18.

impostazione dei rapporti umani, noi ripetiamo il nostro fermo convincimento che tutti gli uomini siano chiamati ad offrire il proprio contributo in questo campo, in modo che tutti i componenti della società siano effettivamente gli artefici della comunicazione, ciascuno secondo una retta funzione. Tale apporto può essere esercitato nelle forme più svariate, che vanno dall'intervento diretto nella programmazione e nella produzione, alla personale responsabile decisione circa le scelte, l'accettazione o meno dei messaggi della comunicazione sociale.

Noi riteniamo parimenti che i cristiani, in particolare, debbano dedicare sempre nuova attenzione, formulare sempre rinnovate e aggiornate valutazioni e concorrere a determinare positivi orientamenti su questo fenomeno caratteristico della nostra epoca. È quanto essi intendono fare e promuovere anche con la pausa di meditazione e con le manifestazioni di questa Giornata, che si celebra ormai da otto anni.

Quest'anno vi invitiamo a riflettere su ((Le comunicazioni sociali e l'evangelizzazione nel mondo contemporaneo », tema che coincide opportunamente con lo studio condotto nei vari Paesi, in preparazione alla prossima Assemblea del Sinodo dei Vescovi.

« Se davvero la Chiesa — dicevamo nella lettera enciclica Ecclesiam suam — ha coscienza di ciò che il Signore vuole quale essa sia, sorge in lei una singolare pienezza e un bisogno di effusione, con chiara avvertenza di una missione che la trascende, di un annuncio da diffondere ».[2]

Questo dovere prende il volto di ogni periodo della storia, e pertanto nel nostro tempo si deve compiere anche per il tramite degli strumenti della comunicazione sociale. ((Non sarà obbediente al comando di Cristo chi non usa convenientemente le possibilità offerte da questi strumenti per estendere meglio e al maggior numero degli uomini il raggio di diffusione del Vangelo ».[3]

L'evangelizzazione è parte costitutiva della missione della Chiesa, inviata da Cristo nel mondo a predicare il Vangelo a tutte le creature.[4] Essa svolge questo compito soprattutto nella vita liturgica, ma si sforza di adempierlo anche per tutte le vie e con tutti i mezzi di cui può usufruire nella sua permanenza tra gli uomini di ogni continente.

A ben rifletterci, l'intera vita del cristiano, in quanto conformata al Vangelo, è in situazione permanente di evangelizzazione in mezzo al

[2] *A.A.S.* 56 (1964), p. 639.

[3] Istruzione Pastorale *Communio et Progressio,* n. 126.

[4] *Me.* 16, 15.

mondo. Il cristiano, vivendo fra gli altri uomini, partecipando alle ansie e alle sofferenze del mondo, impegnandosi nel promuovere lo sviluppo dei valori temporali, inserendosi nel dinamismo delle ricerche e del confronto delle idee, realizza la sua testimonianza evangelica e offre il suo contributo di fermento e di orientamento. Nel mondo delle comunicazioni sociali, questa attitudine del cristiano trova vastissime prospettive di influsso evangelizzatore.

La nostra attenzione è sollecitata, in questo settore, da molti urgenti impegni : per primo, quello di dare all'informazione e allo spettacolo contemporaneo una linea di sviluppo che faciliti la diffusione della Buona Novella e favorisca l'approfondimento dei concetti della dignità della persona umana, della giustizia, della fratellanza universale : valori che facilitano all'uomo la comprensione della sua vera vocazione e gli aprono la strada al dialogo costruttivo con gli altri e alla comunione con Dio.

Poi la ricerca per un rinnovamento dei metodi di apostolato, applicando i nuovi strumenti audiovisivi e di stampa alla catechesi, alla multiforme opera educativa, alla presentazione della vita della Chiesa, della sua liturgia, delle sue finalità, delle sue difficoltà, ma soprattutto della testimonianza di fede e di carità che la anima e la rinnova.

Infine va considerato il ricorso agli strumenti della comunicazione sociale per raggiungere i paesi, gli ambienti, le persone a cui l'apostolato della parola non può pervenire direttamente a causa di particolari situazioni per la scarsità dei ministri, o perché la Chiesa non può esercitare liberamente la sua missione.

Sappiamo che questi sforzi e questa ricerca sono oggi in atto — anche se non ancora sufficientemente avanzati — per l'opera generosa e solidale di vescovi, di sacerdoti, di religiosi e di laici pieni di buona volontà e di competenza. Seguiamo con attenzione l'attività della nostra Commissione per le Comunicazioni Sociali, delle Commissioni Episcopali nei vari Paesi del mondo, delle Organizzazioni Cattoliche Internazionali e dei professionisti cattolici. Conosciamo le difficoltà che tutti incontrano per la novità del settore, per le condizioni ambientali, per la limitatezza delle risorse.

Giunga a tutti costoro, e a tutti gli uomini che si servono degli strumenti della comunicazione sociale per il vero progresso della famiglia umana e per un domani migliore nel mondo, la nostra parola di incitamento e di conforto, e la nostra speciale Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 16 maggio 1974.

PAULUS PP. VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 23 Aprilis 197^. — **Metropolitanae Ecclesiae Glasguensi Exc. P. D. Thomam Winning, hactenus Episcopum titularem Lugmadensem.**

die 3 Maii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Rotdonensi R. D. Franciscum Lenny, parochum in oppido vulgo Kilmore in archidioecesi Armachana, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Gulielmi S. R. E. Cardinalis Conway, Archiepiscopi Armachani.**

die 11 Maii. — **Metropolitanae Ecclesiae Iarensi Exc. P. D. Artemi um G. Casas, hactenus Episcopum titularem Macrianensem minorem.**

die 13 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Meldensi R. D. Aloisium Kuehn, vicarium generalem Sancti Deodati.**

die llf Maii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Cannensi R. D. Iosephum Duval, parochum in oppido gallice Saint-Jorioz dioecesis Anneciensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Gouyon, Archiepiscopi Rhedonensis.**

die 16 Maii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Rebellensi R. D. Iacobum Barabino, e clero archidioecesis Ianuensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Siri, Archiepiscopi Ianuensis, quatenus Administrator Apostolicus sede vacante dioecesis Bobiensis.**

die 17 Mai. — **Cathedrali Ecclesiae Limericiensi R. D. Ieremiam Newman, presbyterum eiusdem dioecesis, moderatorem collegii Sancti Patricii in Maynooth.**

die 27 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae Daëtiensi, noviter erectae, R. P. D. Caelestinum Enverga, curionem ad Sanctissimam Trinitatem in oppido vulgo** *Bato* **archidioecesis Cacerensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Viracensi, noviter erectae, R. D. Iosephum**

Sorra, e clero dioecesis Legazpiensis, secretarium generalem Conferentiae episcopalis Insularum Philippinarum.

die 28 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Arlingtonensi, noviter erectae, Exc. P. D. Thomam I. Welsh, hactenus Episcopum titularem Insulae Cathensis.

— Cathedrali Ecclesiae Richmondiensi, Exc. P. D. Valtherum F. Sullivan, hactenus Episcopum titularem Saelesiensem.

die 80 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Ruthenensi R. D. Rogerum Bourrât, vicarium generalem dioecesis Sancti Stephani.

— Cathedrali Ecclesiae Tabasquensi Exc. P. D. Rafaelem García González, hactenus Episcopum titularem Urbis Salviae.

die 81 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Clevelandensi, Exc. P. D. Iacobum A. Hickey, hactenus Episcopum titularem Taraquensem et rectorem Pontificii Collegii Americae Septentrionalis.

die 1 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Sanctae Fidei in America Septentrionali, R. P. D. Robertum F. Sánchez, curionem ad Sanctum Philippum in oppido vulgo *Albuquerque* eiusdem archidioecesis.

die 14 Iunii. — Titulari « pro hac vice » archiepiscopali Ecclesiae Celenensi R. D. Gabrielem Montalvo, e clero archidioecesis Bogotensis, quem nominavit Nuntium Apostolicum in Rebuspublicis Hondurensi et Nicaraguensi.

II

TULANCINGENSIS - TUXPANIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo uberius spirituali bono Christifidelium consuli possit, Exc.mi PP. DD. Ioseph Esaul Robles Jiménez, Episcopus Tulancingensis, et Ignatius Lehonor Arroyo, Episcopus Tuxpaniensis, audita Conferentia Episcopali Mexicana, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverant ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur ac aptius disponerentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Marii Pii Gaspari, Archiepiscopi titularis Numidensis, in Republica Mexicana Delegati Apostolici, rata petitam immutationem animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo

Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto :

1. a dioecesi Tulancingensi distrahit territorium paroeciarum vulgo *Agua Fría, Paritepec* et *Metlaltoyuca* nuncupatarum illudque dioecesi Tuxpaniensi adnectit;

2. a dioecesi Tuxpaniensi separat territorium paroeciarum quibus nomina *Zacualpan* et *Huayacocotla,* necnon territorium civilis municipii vulgo *Texcatepec,* eademque dioecesi Tulancingensi adnectit.

Quamobrem documenta et acta memoratorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui illa sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Marium Pium Gaspari deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis aprilis anno 1974.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

£8 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PAPEETENSIS

DECRETUM

De limitibus Archidioeceseos

Cum Insula vulgo Pitcairn, in Polynesia sita, nullius adhuc certo modo subesse videatur iurisdictioni ecclesiasticae Ordinarii loci, Sacra haec Congregatio, audita Conferentia Episcopali Pacifici, atque obtentis votis Exc.morum ac Rev.morum Domini Raymundi Philippi Etteldorf, Archiepiscopi titulo Tyndaritani atque Apostolici in Insulis Oceani Pacifici Delegati, necnon Domini Michaelis Casparis Ooppenrath, Archiepiscopi Papeetensis, idem territorium de Pitcairn Archidioecesi Papeetensi adnectendum censuit.

Itaque, Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, omnibus mature perpensis, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, per praesens Decretum, Insulam dictam vulgo de Pitcairn, cum insulis adiacentibus, donec aliter provideatur, supradictae Ecclesiae Metropolitanae Papeetensi adsignat.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo Beati Petri Apostoli Cathedrae, die vicesima secunda mensis Februarii anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

ffî D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

AUSTRALIA ET PAPUA-NOVA GUINEA
(PAPUA-NOVA GUINEA)

DECRETUM

De mutatione nominis Delegationis Apostolicae

Quo efficacius aptiusque Sanctae Ecclesiae regimini atque incremento in Oceania consuleretur, Sancto Pio X Summo Pontifici opportunum visum est Delegationem Apostolicam Australiae, Tasmaniae et Novae Zelandiae instituere per Litteras Apostolicas « In sublimi Principis)), die decima quinta mensis Aprilis anno Domini MCMXIV datas. Per Decretum huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, die octava mensis Iunii anno Domini MCMXLVII datum, Apostolica haec Delegatio denominationem Australiae, Novae Zelandiae et Oceaniae assumpsit. Deinceps, per Litteras Apostolicas « Cum opportunum visum sit », die prima mensis Novembris anno Domini MCMLXVIII datas, Delegationi Apostolicae in Australia, Nova Zelandia et Oceania nova denominatio data est, nempe in Australia et Papua-Nova Guinea.

Cum autem per Litteras Apostolicas « Quoniam universae » vertentis diei et mensis, Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI Nuntiaturam Apostolicam in Australia benigne erigere dignatus est, Sacra haec Congregatio, per praesens Decretum, statuit ut supradicta Apostolica Delegatio in posterum « in Papua-Nova Guinea » tantum appellanda sit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die quinta mensis Martii anno Domini MCMLXXIII.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

83 Bernardinus Gantin, *a Secretis*

III

SANCTAE ISABELLAE

(MALABOÊNSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis Dioecesis

Ad satius animarum bonum in Guinea Aequatoriali consulendum, per Apostolicas sub plumbo Litteras Sanctissimi Domini Nostri Pauli Divina Providentia Pp. VI « Nonnulla incrementa)) die quarta mensis Maii anno Domini 1966 datas, per elevationem Vicariatus Apostolici de Fernando Poo, Dioecesis Sanctae Isabellae erecta fuit, Sanctae Sedi immediate subiecta.

Nunc vero Exc.mus ac Rev.mus Dominus Lucianus Storero, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque Apostolicus in Guinea Aequatoriali Delegatus, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut memorata Dioecesis deinde Malaboënsis appellaretur, iuxta nomen civitatis vulgo Malabo, ubi Cathedra et Sedes episcopales exstant.

Quapropter Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice tributarum, supramemoratam propositionem adprobavit, praesensque ad rem Decretum confici iussit, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, suppleto omnino, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Sollemnitate Paschae Domini, die decima quarta mensis Aprilis anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© Bernardinus Gantin, *a Secretis*

IV

UALLISIENSIS ET FUTUNENSIS
(UVEANAE ET FUTUNENSIS)

DECRETUM

De mutatione nominis Dioecesis

Ad satius animarum bonum consulendum, Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI per Apostolicas sub plumbo Litteras « Prophetarum voces)) die una et vicesima mensis Iunii anno Domini 1966 datas, benigne elevavit Vicariatum Apostolicum Insularum de Wallis et Futuna — a Papa Pio XI fe. re. per Apostolicas Litteras « Quidquid fidei)) die undecima mensis Novembris anno Domini 1935 erectum — in Dioecesim Uallisiensem et Futunensem, uti suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Numeanae.

Nunc autem, cum propositum sit ut memorata Dioecesis aptius, ab autochthone insulae nomine, scilicet *Uvea,* Uveana et Futunensis appellaretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, habito favorabili voto Exc.mi Ordinarii eiusdem circumscriptionis ecclesiasticae, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice tributarum, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut in posterum Dioecesis supradicta novo latino nomine Uveana et Futunensis, pariterque eius Antistes Uveanus et Futunensis nuncupentur, servata tamen pro lingua gallica appellatione Wallis et Futuna.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die vicesima quinta mensis Aprilis anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

V

TAIOHAËNAE

(TAIOHAÊNAE SEU HUMANAE TELLURIO)

DECRETUM

De nominis Dioeceseos mutatione

Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, ad satius animarum bonum consulendum, per Apostolicas sub plumbo Litteras « Prophetarum voces » die una et vicesima mensis Iunii anno Domini 1966 datas, benigne elevavit Vicariatum Apostolicum Insularum de Marchionibus — a s. m. Pii Pp. IX per Apostolicas Litteras ((Apostolicae servitutis » die nona mensis Maii anno Domini 1848 erectum — in Dioecesim Taiohaënam, uti suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Papeetensis.

Nunc autem, cum propositum sit ut memorata Dioecesis adhuc aptius, scilicet etiam, ab autochthone insularum nomine, nempe Tefenuaenata, *Taiohaëna seu Humanae Telluris* appellaretur, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, habito favorabili voto Exc.mi Ordinarii eiusdem circumscriptionis ecclesiasticae, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice feliciter regnante tributarum, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut in posterum supradicta Dioecesis latine Taiohaëna seu Humanae Telluris, pariterque eius Antistes Taiohaënus seu Humanae Telluris nuncupentur, vulgari autem sermone Taiohae seu Tefenuaenata.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Visitatione Beatae Mariae Virginis, die tricésima prima mensis Maii anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

VI

BATHURSTENSIS IN GAMBIA

(BANIULENSIS)

DECRETUM

De nominis Dioeceseos mutatione

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Michael J. Moloney, CSSp., Episcopus Bathurstensis in Gambia, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde dioecesis Baniulensis nuncupantur, iuxta novum nomen civitatis vulgo Banjul ubi sedes episcopalis exstat, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supranominatam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die nona mensis Maii, a. D. 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© Bernardinus Gantin, *a Secretis*

VII

MANOKVARIENSIS

(MANOKVARIENSIS - SORONGENSIS)

DECRETUM

De concathedralis et cathedralis erectione et nominis mutatione

Cum urbs vulgo *Sorong* nuncupata, sita in Dioecesi Manokvariensi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI per Litteras Apostolicas ((Pro suscepto universae » die decima quinta mensis Novembris anno Domini 1966 erecta, hisce temporibus felicia susceperit

incrementa et Christifidelium numero et incolarum industria floruerit, eademque ab ecclesia cathedrali nimis distet, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Petrus van Diepen, Episcopus Manokvariensis, quo aptius animarum bono consuleret, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut templum in Sorong exstans, Christo Regi dicatum, ad dignitatem Ecclesiae Cathedralis eveheretur, ita ut deinceps Ecclesia Cathedralis in urbe vulgo Manokwari, Deo in honorem Sancti Augustini dicata, Concathedralis sit et insuper Dioecesis Manokvariensis, priore retento, novo quoque Sorongensi augeretur nomine.

Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa, habitoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Vincentii Parano, Archiepiscopi titulo Cluentensis atque Apostolici in Indonesia Pro Nuntii, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice concessarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, templum Sancti Augustini in Manokwari ad dignitatem et gradum Concathedralis constituit, memoratum autem novum templum Christi Regis in Sorong ad dignitatem et gradum Ecclesiae Cathedralis evehit, ita ut posthac in eodem Cathedra Episcopalis erigi possit ac debeat. Statuit insuper ut eiusdem Dioecesis nomen — attento vulgari titulo Manokwari-Sorong — deinceps sit Manokvariensis-Sorongensis, eiusque Episcopus in posterum vocari possit ac valeat Manokvariensis-Sorongensis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo Beati Matthiae Apostoli, die decima quarta mensis Maii anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

VIII

ENDEHENAE

DECRETUM

De vulgaris tituli Archidioeceseos mutatione

Per Litteras Apostolicas « Quod Christus)), die tertia mensis Ianuarii anno Domini 1961 datas, Summus Pontifex Ioannes XXIII, ad aptius tutiusque Ecclesiae Sanctae Dei bono consulendum, in Indonesia etiam provinciam ecclesiasticam Endehenam constituit, complectentem, in primis, Metropolitanam Sedem Endehenam.

Nunc autem Exc.mus ac Rev.mus Dominus Donatus Djagom, hodiernus Archiepiscopus Metropolita Endehenus proposuit ut praesens denominatio vulgo Endeh illius Archidioeceseos ita permutaretur ut deinceps Ende vocaretur, iuxta nomen hodie datum civitati ubi Sedes et Cathedra Metropolitana exstat, latine tamen retinens denominationem a supradictis Litteris Apostolicis datam.

Itaque, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa habitoque favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Vincentii Farano, Archiepiscopi titulo Cluentensis atque Apostolici in Indonesia Pro Nuntii, precibus supralaudati Ordinarii inhaerens, praesenti Decreto, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Pp. VI concessarum, supradictam propositionem adprobavit, ratam habuit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die decima quarta mensis Maii anno Domini 1974.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. *B* S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

LUGDUNEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae a S. Ignatio (Ciaudinae Thévenet), fundatricis Congregationis Religiosarum a Iesu et Maria.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius causa

« Ecclesiae sanctitas in gratiae fructibus, quos Spiritus Sanctus in fidelibus producit, incessanter manifestatur et multiformiter exprimitur apud singulos, qui in suo vitae ordine ad perfectionem caritatis, aedificantes alios, tendunt » *(Lumen gentium,* n. 39).

Provida haec Concilii Vaticani II verba mente revolventibus, suavis nobis occurrit imago Servae Dei Claudinae Thévenet, in religione Mariae a S. Ignatio, quae iam dudum, inter finem scilicet saeculi xvin et insequentis prima decennia, eiusdem Concilii monita veluti praeveniens in laicali primum condicione actuosissimam in Christi Ecclesiaeque servitium impendit operam, quam et in religiosae vitae professione fructuose est prosecuta.

Claudina Thévenet a parentibus fide pietateque conspicuis Lugduni in Gallia die 30 mensis Martii anno 1774 nata, decennis monialibus Ordinis S. Benedicti apud abbatiam S. Petri instituenda traditur; ibique adolescens in christianis quoque virtutibus progredi visa est. Domum reversa a. 1790, post triennium, cum nempe pater cum aliquot filiis, exorta iam civili in Gallia perturbatione, e Lugdunensi urbe discedere cogeretur, sola ipsa cum matre remansit. Brevi postea, duobus fratribus a Iacobinis, qui vocabantur, in carcerem detrusis, christianae caritatis officia peramanter praestitit eosque ad locum usque supplicii, solacii angelus, est comitata. Eandem piae caritatis operam aliis quoque insaevientis persecutionis victimis, sacrorum praesertim administris, prompta et alacris nec sine quadam animi audacia prosecuta est. Quo quidem tempore, inter aspera rerum adiuncta

plerumque diversata, terrenis nuptiis renuncians, ut soli Deo et Ecclesiae deserviret, mentem et animum mature direxit.

Apostolica Famulae Dei actio a. 1802 incrementum coepit; magis vero post restitutam in Gallia a. 1815 rerum tranquillitatem, cum nempe S. Brunonis curioni minori, Andreae Ooindre, in eadem urbe Lugdunensi adiutricem conferre operam, in variis praesertim caritatis ministeriis, pro viribus sategit. Fortuitus enim duarum orphanarum occursus, occasio fundationis exstitit pii operis a Providentia S. Brunonis nuncupati necnon Piae Unionis a Ss.mo Corde Iesu, ad misericordiae opera una cum sodalibus santificatione efficaciter promovenda, quibus sodales Ipsae Claudinam moderatricem constituerunt. Anno autem 1818, cum incoepta apostolatus opera Dei Serva firmius constabilire niteretur, sacerdos Coindre eam angularem veluti petram posuit novae exinde efformandae religiosae communitatis, quae *Congregatio Ss. Cordium Iesu et Mariae* primum appellata, deinde anno 1842, Serva Dei iam vita iuncta, *Religiosarum a Iesu et Maria* nomen perpetuo sumpsit.

Cuius novae Congregationis, aliis excitatis domibus auctisque operibus, fraterno quoque interventu Venerabilis Paulinae Jaricot, quae «ibi intimae amicitiae nexibus iuncta erat, ipsa Serva Dei anno 1823 ab Antistite S. Fiori, Administratore Apostolico dioecesis Aniciensis canonicam adprobationem obtinuit. Itaque religiosa vota una cum sociis, •annos nata undequinquaginta nomenque praeferens Mariae a S. Ignatio, rite nuncupavit. Mox superiorissa generalis electa, eandem Congregationem idoneis communivit regulis sapienterque per quattuordecim subsequentes vitae annos gubernavit. Tandem die 3 Februarii a. 1837 piissime obiit Lugduni, in colle v. d. *Fourvière,* ubi religiosae 'Congregationis domus princeps constituta est.

Servam Dei universo vitae decursu christianas omnes exercuisse virtutes satis constat, ferventissimam praesertim in Deum pietatem et in proximos caritatem, maximam humilitatem, invictam in adversis animi fortitudinem. At vividiore quadam luce enituisse videntur inconcussa *erga Christi Ecclesiam atque Romanum Pontificem fidelitas et oboedientia, necnon spiritus vere apostolicus ad Dei gloriam animarumque •salutem per apta quoque et idonea christianae iuventutis educationis ^et socialis apostolatus opera procurandam.

Sanctitatis fama, qua Dei Serva in vita late floruerat, post obitum ¿aucta et ampliata est atque ad nostra usque tempora perduravit, ita ut de instituendis canonicis processibus tandem cogitatum sit. Instructi ;sunt igitur processus ordinaria auctoritate annis 1926-1928 in archie-

piscopali Curia Lugdunensi super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere et super scriptis eidem tributis; ad quos accesserunt processus additionalis apud eandem Lugdunensem Curiam necnon rogatoriales processus in Curiis ecclesiasticis Barcinonensi, Matritensi, Valentina et Bonaerensi annis 1930-1933 adornati. Qui omnes ad S. Rituum Congregationem delati sunt. Cum vero a Servae Dei obitu ad institutionem usque ordinariae inquisitionis non minus quam undenonaginta transiisent anni, nullus testis de visu iure aptus interrogari potuit, sed tantum testes de auditu a videntibus, de auditu auditus aut de lectione, quos vocant. Quapropter Causa commissa est Sectioni Historicae eiusdem Sacrae Rituum Congregationis. Quae, documentis et testimoniis scriptis undique collectis eorumque valore et auctoritate in tuto positis, amplam Positionem super Causae introductione digessit. Interim plurimae litterae Cardinalium sacrorumque Antistitum necnon Moderatorum generalium Ordinum religiosorum ac Congregationum ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus postulabatur ut Causa beatificationis Servae Dei apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Servato iuris ordine, decretum prodiit die 8 mensis Ianuarii a. 1970 super Servae Dei scriptis, quo S. Congregatio pro Causis Sanctorum nihil Causae progressioni obstare edixit.

Instante deinde Rev. P. Antonio Ricciardi, O.F.M. Conv., Causae huius legitime constituto postulatore, die 20 mensis Martii a. 1973 habitus est Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo disceptatum est super dubio an Causa haec introducenda esset. Quod quidem iterum, die 19 Iunii eodem vertente anno, expensum est in Congregatione Peculiari, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Ioanne Cardinali Villot. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, affirmantes responderunt Causam Servae Dei Mariae a S. Ignatio (Claudinae Thévenet) esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Referente demum de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa VI eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 23 Augusti a. D. 1973.

^ ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

f Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Sincich - Valeriani)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Marcelli Valeriani, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis, aut per se aut per procuratorem legitime constitutum, in diem 28 octobris 1974 hora 9, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Marcelli Valeriani, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Romae, ex aedibus Tribunalis Primae Instantiae, die 8 Iunii 1974.

Antonius Gregnanin, *Iudex Instructor*

Iosephus Sieyes, *Not. dep.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Marcel Valeriani, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), le 28 octobre 1974, à 9 heures, pour concorder le dout ci-dessous rapporté :**

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Marcel Valeriani, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **30** Maggio **1974,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JOSÉ LUIS COSSIO Y RUIZ DE SOMOCURCIO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Perù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

14 giugno 1974. Il Rev.mo Mons. Montalvo Gabriel, ***Nunzio Apostolico in Honduras e Nicaragua.***
22 **» » S. E. Mons. Etteldorf Raymond, Arcivescovo tit. di Tindari,** ***Pro-Nunzio Apostolico in Etiopia.***
24 » » Il Rev.mo Mons. Acerbi Angelo, ***Pro-Nunzio Apostolico in Nuova Zelanda e Delegato Apostolico dell'Oceano Pacifico.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

27 maggio 1974. S. E. il Sig. Cardinale Raimondi Luigi, ***Consigliere della Pontificia Commissione per VAmerica Latina.***
» » » S. E. Mons. Froehlich Henrique, Prelato di Diamantino, ***Consultore della Pontificia Commissione per VAmerica Latina.***
1 giugno » Il sig. Airoldi Benigno, ***Membro della Consulta dello Stato della Città del Vaticano.***
3 » » S. E. Mons. Gagnon Edouard, ***Membro del Comitato Centrale per r Anno Santo.***
» » » Il Rev. Sac. Torres Hernández Carlos, ***Membro del Comitato Centrale per l'Anno Santo.***
4 » » Il Rev. Sac. Masayuki Shirieda John Bosco, ***Sottosegretario del Segretariato per i Non Cristiani.***
19 » » S. E. il Sig. Cardinale Mozzoni Umberto, ***Presidente della Commissione Cardinalizia per i Santuari di Pompei e di Loreto.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

10 dicembre 1973. Mons. Strobl Giovanni (Augsburg).
28 gennaio 1974. Mons. Strelevics Vincenzo (Riga).
18 febbraio » Mons. Sendker Adalberto (Hildesheim).
26 marzo » Mons. Jastrzebski Michele (Przemyél dei Latini).
» » » Mons. Wyderka Wladislao (Przemyél dei Latini).

Prelati d'onore di Sua Santità:

18 gennaio 1972. Mons. Schneider Enrico (Essen).
22 ottobre 1973. Mons. Pathé Guglielmo (Oonakry).
8 novembre » Mons. Peronti Ascanio (Roma).
20 » » Mons. Fuhrmanns Walter (Köln).
» » » Mons. Musger Giuseppe (Wien).
» » » Mons. Stuben voll Francesco (Wien).
18 gennaio 1974. Mons. Burdisso Giuseppe (Foligno).
» » » Mons. Leman Gerard (Lille).
» » » Mons. Beine Giovanni (Osnabrück).
» » Mons. Vollmer Paolo (Osnabrück).
9 febbraio » Mons. Gaffney Patrick (Kilmore).
» » » Mons. Tampier Alois (Sankt Pölten).
22 » » Mons. Lockwood Bernardo (Lancaster).
28 » Mons. Abella Roberto T. (Duitama).
» » » Mons. Márquez Roberto R. (Duitama).
» » Mons. Montero Nieves Antonio (Orense).
» Mons. Sobrado González Cesareo (Orense).
4 marzo » Mons. Malacarne Mario (Andria).
14 » Mons. Hannigan James (Menevia).
» » » Mons. Solo wie j Casimiro (Vilna).
25 » Mons. Cynar Stanislao (Katowice).
26 » » Mons. Staczek Giovanni (Przemyél dei Latini)
» » » Mons. Sudol Stanislao (Przemyél dei Latini).
10 aprile » Mons. Franco Mario (Napoli).
» » Mons. Langella Giovanni (Napoli).
30 » » Mons. Sebastiani Sergio (Fermo).

Cappellani di Sua Santità:

25 giugno 1973. Mons. Leister Konrad (Münster).
8 agosto » Mons. Heckenbach Francesco Bertram (Köln).
» » » Mons. Weyer Ernesto Luigi (Köln).
25 settembre » Mons. Schelauske Giovanni Dieter (Köln).
22 ottobre » Mons. Kraft Volfango (Köln).
» » » Mons. Schnell Peter (Köln).
31 » Mons. Strecker Rodolfo (Wien).

20	novembre	1973.	Mons. Peusqueus Karl Günther (Köln).
»	»	»	Mons. Panzenböck Walter (Wien).
	»	»	Mons. Toth Giuseppe (Wien).
»	»	»	Mons. Zimmermann Adolfo (Wien).
10	dicembre	»	Mons. Hildebrand Alfonso (Augsburg).
»	»	»	Mons. Ohnesorg Antonio (Augsburg).
	»	»	Mons. Ziegelbauer Massimiliano (Augsburg).
21	»	»	Mons. Grott Adalberto (Innsbruck).
	»	»	Mons. Jordan Albuino (Innsbruck).
»	»		Mons. Nagele Ermanno (Innsbruck).
18	gennaio	1974.	Mons. Ruby Karl (Freiburg im Breisgau).
»	»	»	Mons. Meyer Giovanni (Osnabrück).
24	»	»	Mons. Beni Arialdo (Fiesole).
25	»	»	Mons. Charrier Fernando (Pinerolo).
9	febbraio	»	Mons. Malerba Nicola (Adria).
»	»	»	Mons. Ottoboni Armando (Adria).
»	»		Mons. Peretto Giuseppe (Adria).
»	»	»	Mons. Segala Bruno (Adria).
»	»	»	Mons. Budek Francesco (Görlitz).
»	»	»	Mons. Schubert Agostino (Görlitz).
13	»	»	Mons. Chestle George Bryan (Arundel and Brighton).
22	»	»	Mons. Ortega Herrera Cesar Ramón (Ciudad Bolivar).
28	»	»	Mons. Frigeni Virgilio (Bergamo).
»	»	»	Mons. Corredor Luigi A. (Duitama).
4	marzo	»	Mons. Piattone Antonio (Andria).
»	»	»	Mons. Rotolo Riccardo (Andria).
»	»	»	Mons. Zingaro Riccardo (Andria).
10	»	»	Mons. Battazzi Alceo (Ferrara).
»	»	»	Mons. Nagel Otto (Rottenburg).
14		»	Mons. De Silvestri Luciano (Biella).
25	»	»	Mons. Roginski Pietro (Vilna).
26	»	»	Mons. Bazan Giovanni (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Bialic Domenico (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Decowski Stanislao (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Gwozdzicki Wladimiro (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Leja Ignazio (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Opiola Giuseppe (Przemyél dei Latini).
»		»	Mons. Prajsnar Giuseppe (Przemyél dei Latini).
»	»	»	Mons. Sondej Giuseppe (Przemyél dei Latini).
29	»	»	Mons. Borin Guido (Adria).
	»	»	Mons. Lavarda Girolamo (Adria).
»	»	»	Mons. Bossone Guerrino (Nola).
»	»	»	Mons. Fico Gennaro (Nola).
»	»	»	Mons. Romano Marco (Nola).
1	aprile	»	Mons. Medica Teofilo (Genova).
6	»	»	Mons. Vasuri Mario (Forlì).
10	»	»	Mons. Curillo Errico (Napoli).
»	»	»	Mons. Foglia Giuseppe (Napoli).
»	»		Mons. Frattini Vincenzo (Napoli).

10	aprile	1974.	Mons. Galdi Francesco (Napoli).
»	»	»	Mons. Luisi Gennaro (Napoli).
»	»	»	Mons. Orlando Pasquale (Napoli).
»	»	»	Mons. Petito Luigi (Napoli).
»	»	»	Mons. Pinelli Giacomo (Napoli).
»	»	»	Mons. Ponticelli Carlo (Napoli).
»	»	»	Mons. Siciliani Ennio (Napoli).
»	»	»	Mons. Cocconcelli Angelo (Reggio Emilia).
»	»	»	Mons. Corsi Antonio (Reggio Emilia).
»	»	»	Mons. Fontanesi Dino (Reggio Emilia).
»	»	»	Mons. Lindner Carlo (Reggio Emilia).
»	»	»	Mons. Tavaroli Pietro (Reggio Emilia).

Gentiluomo di Sua Santità:

18	febbraio	1974.	Sig. Ragni Francesco (Roma).

NECROLOGIO

3	febbraio	1974.	Mons. Pronti Giuseppe, Vescovo di Nocera Umbra e Gualdo Tadino.
2	maggio	»	Mons. Dario Silvio Maria, Vescovo di Itapeva (Brasile).
7	»	»	Mons. Agniswami Thomas Roch,'già Vescovo di Kottar (India).
»	»	»	Mons. Lê-Quy Thanh Joseph, Vescovo tit. di Settimunicia.
11	»	»	Mons. Gargiulo Lorenzo, già Arcivescovo di Gaeta.
18	»	»	Mons. Sfair Pietro, Arcivescovo tit. di Nisibi per i Maroniti.
20	»	»	E.mo Signor Cardinale Daniélou Jean, del titolo diaconale di S. Saba.
»	»	»	Mons. Hoàng-van-Doàn Dominique, Vescovo di Qui-Nhon.
22	»	»	Mons. Murphy Bernard James, Vescovo di Hamilton in Bermuda.
23	»	»	Mons. Cabrera Urdangarin Enrico Lorenzo, Vescovo di Mercedes *(Uruguay).*
25	»	»	Mons. Farrelly Patrick Joseph, già Vescovo di Lismore.
29	»	»	Mons. Castro y Ramírez Francisco José, Vescovo di Santiago de Maria.
»	»	»	Mons. Buyse Marcel Roger, già Vescovo di Lahore.
31	»	»	Mons. Magliano Mauricio Eugenio, Vescovo di Rio Gallegos.
17	giugno	»	Mons. Lê Van An Joseph, Vescovo di Xuan-Loc.
23	»	»	Mons. Zinato Carlo, già Vescovo di Vicenza.
25	»	»	Mons. Pennisi Francesco, già Vescovo di Ragusa.

An. et vol. LXVI 31 Iulii 1974 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librerìa Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CUTTACKENSIS - BHUBANESVARENSIS

In Indiae finibus nova constituitur Provincia ecclesiastica Cuttackensis-Bhubanesvarensis nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quamvis munus officiumque Ecclesiae praecipuum illud sit, quo Christi verbum, id est Evangelium, praedicatur omnibus hominibus (cfr. *Me.* 16, 15) et ((Usque ad ultimum terrae)) *(Act. 1,* 8), in medio tamen positum est omnibus, externam Ecclesiae faciem, seu aptam singularum dioecesium dispositionem iuxta regionum atque populorum propriam naturam et indolem, ut difficultatibus multis saepe medetur, ita multas utilitates et commoda christiano populo afferre posse.

Quam ob rem, cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis visum sit novam Provinciam ecclesiasticam in India constituere, atque post Venerabiles Fratres Ioannem Gordon Archiepiscopum titulo Nicopolitanum ad Nestum eundemque in ea natione Pro-Nuntium Apostolicum, et Ordinarios quorum interesset sententiam rogatos, id Nobis

proposuerint, Nos re qua oporteret consideratione reputata, Apostolica Nostra auctoritate haec statuimus atque decernimus.

In India novam Provinciam ecclesiasticam condimus, *Cuttackensis-Bhubanesvarensis* nomine, ea nempe lege ut eadem constituatur : Ecclesia Cuttackensi, quae fuit hactenus suffraganea Sedis Ranchiensis, quaeque metropolitana erit, sumpto cognomine Cuttackensi-Bhubanesvarensi ; atque simul dioecesibus : Sambalpurensi, adhuc Sedi Ranchiensi suffraganea, et Berhampurensi, hac ipsa die constituta; praeterea, Praefectura Balasorensi, ad novam Provinciam quasi aggregata.

Id etiam statuimus, ut metropolitana Ecclesia duas habeat cathedras, alteram scilicet in urbe Cuttack, alteram in Bhubaneswar, quae erit pro-cathedra.

Ceterum, volumus ut quae per has Litteras iussimus, Venerabilis Frater Ioannes Gordon, cuius meminimus, ad exitum adducat, vel per se ipse, vel etiam per alium, modo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Re vero acta, documenta exaret atque ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittat. Hanc vero constitutionem censemus, ut cum nunc, tum etiam in posterum effectus suos habeat, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 256482.

II
CUTTACKENSIS - VISAKHAPATNAMENSIS
(BERHAMPURENSIS)

Detractis nonnullis territoriis ab Ecclesiis Cuttackensi et Visakhapatnamensi, nova dioecesis conditur, « Berhampurensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Verba Iesu Christi, Redemptoris Nostri considerantes, quae beatissimis Apostolis facta sunt : « Euntes ergo in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae », cetera *(Marc.* 16, 15), et mente et animo toti in hoc insistimus, hoc annitimur, quo modo nempe sancta Christi fidem et praecepta in populorum notitiam et cognitionem aptius f eramus, sine quibus sane ((nemo salvus esse potest » *(Symbol. Äthan.;* cfr. *Maro,* ib.) : non enim una caritas urget Nos (cfr. *2 Cor.* 5, 14), sed etiam, sic ut Paulum, « sollicitudo omnium Ecclesiarum » *(2 Cor.* 11, 28).

Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, Venerabili Fratre Ioanne Gordon, Archiepiscopo titulo Nicopolitano ad Nestum sententiam rogato, item locorum Ordinariis, quorum interesset, id proposuerint, ut detractis nonnullis territoriis a dioecesibus Cuttackensi atque Visakhapatnamensi, alia conderetur, Nos rem propositam cum animorum bono congruere censentes, haec statuimus atque decernimus.

Districtus, quos dicunt, Ganjam et Koraput ab Ecclesiis Cuttackensi et Visakhapatnamensi separamus ; similiter districtum Kalahandi ab Ecclesia Visakhapatnamensi distrahimus ; quibus territoriis novam dioecesim constituimus, *Berhampurensem* cognominandam, ab urbe principe districtus Ganjam. Haec autem dioecesis comprehendetur limitibus territoriorum quibus coalescit, scilicet : in septemtrionali parte, finibus Cuttackensis et Sambalpurensis dioecesium, in occidentali et meridionali, Raipurensis circumscriptionis et Iagdalpurensis exarchatus, in australi, Visakhapatnamensis dioecesis.

Conditam Ecclesiam suffraganeam facimus Sedi Cuttackensi-Bhubanesvarensi, eiusque cathedram in templo quod populari lingua «Queen of the Missions » appellant, poni iubemus, in urbe Berhampur, in qua Episcopus domicilium suum collocabit; qui praeterea Consultores dioe-

cesanos deliget ad iuris Canonici normam, quorum consilio utatur in maioribus Ecclesiae negotiis explicandis.

Cetera iure Canonico temperentur.

Quae vero per has Litteras decrevimus, Venerabilis Frater Ioannes Gordon ad exitum deducet, vel quem ipse delegaverit, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Documenta vero actae rei ad Sacram Congregationem mittantur pro Gentium Evangelizatione, idque cito. Quae autem praescripsimus rata esse volumus nunc et in posterum.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo quarto mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES **Card.** VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS **Card.** ROSSI
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 256481.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum paroeciale S. Teresiae Abulensis, Virginis et Ecclesiae doctoris, in dioecesi Caracensi, titulo Basilicae Minoris decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum praeclarae Carmelitidis virginis Sanctae Teresiae Abulensis dignitas numquam non a Populo Dei iure agnita est, tum vero nuperius ad perennem illum cultum atque honorem accessit veluti cumulus, ut primam eam inter excellentes Ecclesiae doctores mulierem libentissimi sane Nostra auctoritate numeravimus. Facile proinde intellegitur cur tanto studio tantoque favore assistere cupiamus inceptis omnibus illis quae et vitae eius exemplum illustre atque insignia sapientiae praecepta efficacius proponunt univer-

sis Ecclesiae filiis ad contemplandum inque eorum vitae actione consectandum. Vix aliud autem utilius eius modi consilium capi posse videmus quam ut sacrae aedes nomini eius sacrentur et cultui cotidiano dedicentur. Qua de causa, cum Venerabilis Frater Iosephus Ali Lebrún Moratinos, Archiepiscopus titulo Voncariensis et Coadiutor Caracensis, pro se suisque fidelibus ac sacerdotibus ab hac Apostolica Sede flagitaverit ut templum paroeciale eiusdem Sanctae Teresiae Abulensis, Virginis et Doctoris, sacrum Basilicae Minoris dignitate augeretur, Nos, consilio rite expetito a Sacra Congregatione pro Cultu Divino, illius Praesulis cedendum esse precibus arbitramur. In quam sententiam idcirco potissimum ivimus, quod reliquiae Sanctae Abulensis aliorumque beatorum caelitum ibidem summa pietate christifidelium percoluntur et multiplices imagines sacrae celebri afficiuntur cultu.

Placet ergo sacram hanc Teresiae Abulensis aedem ad gradum Basilicae Minoris evehi, cum iuribus talium templorum propriis, ut Litteris Apostolicis definiuntur « De Titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii datis, anno MCMLXVIII.

Quod reliquum est volumus has litteras Nostras suam exserere vim, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Propter quam defensionem fidei Servus Dei ad ((custodiam tutelarem » condemnatus, aerumnas, labores, famem, vexationes et mortis provisionem in pluribus carceribus et publicae custodiae campis laetus pro Christo sustinuit, exemplum praebens invictae fidei, animi fortitudinis, patientiae et eximiae caritatis, non solum erga concaptivos, quibus auxilium spirituale, quin etiam parcum cibum suum dabat, sed etiam erga ipsos carnifices et hostes religionis suae et

patriae, quibus magno animo omnia ignoscebat et pro quibus orabat. Post sex menses vexationum iam moribundus, Servus Dei iniectione acidi phenici in publicae custodiae loco *Dachau* intra dioeceseos Monacensis-Frisingensis fines in Germania die 26 mensis Iulii anni 1942 occisus est.

Martyrii fama, quae post Servi Dei mortem sat increbruit, ad nostra usque tempora, etiam extra patriae fines, diffusa est. Quapropter ex speciali indulto S. Rituum Congregationis anno 1955 in Curia Buscoducensi instrui coepti sunt processus ordinaria auctoritate super fama martyrii eiusque causa, super scriptis et super cultu liturgico eidem Servo Dei non praestito. Qui processus anno 1957 absoluti, ad eandem Sacram Rituum Congregationem delati sunt.

Ingens numerus litterarum postulatoriarum ex omnibus mundi partibus deinde ad Summum Pontificem pervenit, quibus quam plurimi Cardinales, Archiepiscopi et Episcopi, supremi Ordinum et Congregationum Moderatores, uterque Clerus et Christifideles atque etiam magistratus civiles enixe efflagitabant ut causa beatificationis Servi Dei apud Apostolicam Sedem institueretur.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, scriptis Servi Dei rite perpensis, Sacra Rituum Congregatio ad ulteriora procedi posse die 2 Aprilis anno 1964 edixit. Quapropter instante Postulatore generali Ordinis Carmelitarum, celebratus est, die 25 Maii anno 1971 Congressus peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum et deinde alter Congressus peculiaris die 9 Octobris anno 1973. Quem secuta est Congregatio peculiaris Cardinalium die 13 Novembris anno 1973, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Cardinalis Ephraem Forni, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An introducenda sit Causa, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, qui aderant, omnibus mature perpensis, adfirmando adnuendoque responderunt, rati Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Referente demum de praemissis omnibus infrascripto Cardinali, Paulus Papa VI eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 10 Decembris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

f Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

NOVARIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Picco, sacerdotis professi e Societate Iesu.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius causa

« Inter virtutes quae ministerio Presbyterorum maxime requiruntur, nominanda est illa dispositio animi qua semper parati sunt non suam voluntatem quaerere, sed voluntatem Eius qui misit eos (cf. *Io.* 4, 34; 5, 30; 6, 38). Divinum enim opus ad quod implendum a Spiritu Sancto assumpti sunt (cf. *Act.* 13, 2), omnes humanas vires humanamque sapientiam transcendit; nam "infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia " *(1 Cor.* 1, 27). Propriae igitur infirmitatis conscius, verus Christi minister in humilitate laborat, probans quid sit beneplacitum Deo (cf. *Eph.* 5, 10), atque veluti alligatus Spiritu (cf. *Act.* 20, 22), ab Illius voluntate in omnibus ducitur, qui omnes homines vult salvos fieri ; quam voluntatem in cotidianis rerum adiunctis detegere et exsequi potest, humiliter inserviendo omnibus qui ei, in munere sibi commisso et in multiplicibus vitae suae eventibus, a Deo concrediti sunt » (Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis,* n. 15).

Nullo autem tempore defuerunt presbyteri qui, tam nobili vocationi gratiae divinae ex intimo corde respondentes, totam vitam suam Christo et Corpori Eius, quod est Ecclesia, devoverint.

Inter quos merito adnumerandas est Dei Famulus Iosephus Picco, sacerdos professus e Societate Iesu, qui caritate Dei et animarum zelo impulsus totum se impendit in sacro ministerio modo quam maxime religioso absolvendo. Fuit enim Servus Dei vir indefessae actionis apostolicae et simul vir continuae et profundae orationis unde cetera omnia tamquam e fonte limpido et sereno promanabant; vixit et laboravit in mundo, sed minime factus mundanus, mundum et homines ad superna attraxit et convertit.

Natus est Servus Dei die 4 Iulii a. 1867 in pago *Noie Canavese,* intra fines archidioeceseos Taurinensis, e parentibus Caspare Picco et Dominica Baima eodemque die sollemniter baptizatus est. Condicio

oeconomica parentum Servi Dei erat modesta sed non misera, cum eius pater praeter officium nuntii publici etiam propriarum terrarum culturae incumberet. Ambo parentés fere cotidie celebrationi eucharistici sacrificii adsistebant et s. communionem frequentissime recipiebant.

Undecim annos natus Servus Dei frequentare coepit anno 1878 Taurinensem scholam apostolicam seu parvum seminarium Rev.mi Canonici Ortalda, unde anno 1880 se contulit ad collegium quod a pio sacerdote Friderico Albert in oppido *Lanzo* conditum ac curae S. Ioannis Bosco commissum erat. Constat Servum Dei frequentes relationes habuisse cum hoc praeclaro educatore easque tam profundum influxum in ipsum exercuisse ut usque ad senectutem libenter recoluerit felices illas occasiones in quibus ipsi licebat sancto Ioanni Bosco in s. sacrificio Missae tamquam acolytus adsistere.

Die 14 Octobris a. 1883 Servus Dei ingressus est in Seminarium Archiepiscopale Cheriense et ibidem optimo cum exitu absolvit biennalem cursum philosophiae, sed, cum semper fortius in se sentiret vocationem ad statum religiosum, die 22 Septembris a. 1885 Societati Iesu nomen dedit et in ea, solito tirocinio emenso, die 13 Novembris a. 1887 tria vota religiosa simplicia sed perpetua emisit. Studiis theologicis rite absolutis, Servus Dei die 8 Aprilis a. 1901 sacerdotio auctus est et post sic dictam tertiam probationem in pago *Sartirana* peractam, anno 1902 nominatus est sub-minister in Taurinensi collegio ((Istituto Sociale ». Simul autem — et hoc denotat claram famam qua Dei Famulus iam tunc penes superiores suos gaudebat — ipsi collatum est munus excipiendi s. confessiones alumnorum in Archiepiscopali Seminario Taurinensi. Ultimis votis religiosis in urbe Taurinensi die 2 Februarii a. 1902 emissis, Servus Dei, sicut frequenter cum iunioribus sacerdotibus Societatis Iesu accidit, rapida successione variis ministeriis apostolicis applicatus est donec anno 1912 destinatus est Domui Exercitiorum spiritualium in pago *Gozzano*, prope oppidum Novariense.

Exorto bello inter Regnum Italiae et Imperia centro-europaea, Dei Famulus magna cum abnegatione sui incubuit in curam spiritualem militum degentium in collegio Cuneensi Societatis Iesu quod interim in nosocomium militare conversum erat.

Post bellum Servus Dei reversus est ad Societatis Iesu domum Gaudianensem (Cozzano) et ibi, tempore 27 annorum, totum se dedit variis apostolatus operibus et quidem tradendis Exercitiis spiritualibus totius regionis opificibus, promovendis adsociationibus vulgo dictis ((Leghe di Perseveranza » et fovendae iuvenum Congregationi Marianae.

Simul Dei Famulus in Domo Gaudianensi explevit munus Patris spiritualis Fratrum Coadiutorum e Societate Iesu et variis Religiosarum communitatibus adfuit tamquam confessarius. Praeter hos omnes labores Servus Dei sua sponte et ultra debitum die noctuque erat ad plenam dispositionem non solum ipsius parochi Gaudianensis sed etiam aliorum parochorum totius regionis circumstantis. Speciali mentione dignae sunt frequentes Dei Famuli praedicationes quae fuerunt semper solidae, piae, fideliumque capacitati perfecte accommodatae; heroicum eius ministerium s. confessiones in sacramento audiendi; indefessi denique eius labores pro illis praesertim qui paterna sacerdotis cura plus ceteris indigere contingit, uti sunt pauperes et derelicti, infirmi et moribundi. Quibus ut adsistentiam sacramentalem et spiritualem praeberet, Servus Dei etiam longiora itinera pedestria arripere solebat et per campos et impervias regiones ab una domo ad aliam transire, nullimode curans de aestu, pluvia, nive, gelu nec de longitudine vel asperitate itineris, nec tandem de horis diei vel noctis. Sed aliis quoque eisque innumeris modis hic genuinus S. Ignatii de Loyola filius se impendit rudium, simplicium, pauperum curae, quae apostolatus eius sacerdotalis est veluti nota maxime typica.

Huiusmodi ministeria Dei Famulus usque ad senectutem exercuit, immo postremos usque vitae suae dies, singulari cum perseverantia, magna serenitate et ineffabili caritatis spiritu his tradidit, spiritum orationis et orationem ipsam indefesse colens. Ita evenit ut qui hunc admirabilem operarium in vinea Domini noverint, uno ore affirment eum ante omnia quaesivisse et dilexisse Deum et in omnibus rerum adiunctis fovisse vitam absconditam cum Christo in Deo ; actuositatem vero et fertilitatem eius apostolicam ex hac intima eius cum Deo unione et praesertim ex eius amore eucharistico promanasse. Nil mirum proinde est quod iam tempore suae vitae Servus Dei passim gauderet fama sanctitatis et quod post eius mortem, qua die 31 Augusti a. 1946 correptus est, haec fama sanctitatis eius in dies cresceret atque longe lateque diffunderetur.

Quo factum est ut annis 1955-1957 in Curia Novariensi constructus sit Processus Ordinarius super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei. Interim plures E.mi Patres Purpurati, Exc.mi Archiepiscopi et Episcopi, Supremi Moderatores Congregationum religiosarum ac praestantissimi Viri laici in auctoritate constituti, instantes preces Summo Pontifici obtulerant introductionem Causae beatificationis illius postulantes.

Quare Sacra haec Congregatio, die 13 Aprilis a. 1965, scriptis perpensis, decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, instante Rev.mo P. Paulo Molinari, Societatis Iesu Postulatore generali, Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum die 26 Iunii a. 1973 habitus est, quem secuta est, die 13 Novembris eodem anno Congregatio Peculiaris, in qua E.mus ac Rev.mus Pericles Cardinalis Felici, Causae Ponens, dubium discutiendum proposuit : *An introducenda sit causa,* deque ea retulit. Et E.mi Patres Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, re diligenti studio perpensa, rescripserunt : *Causam esse introducendam, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum Summo Pontifici Paulo VI subsignata die de his omnibus fideli relatione per infrascriptum S. Congregationis pro Causis Sanctorum Praefectum, Sanctitas Sua rescriptum E.morum Patrum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 10 Decembris a. D. 1973.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

f Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

i

DECRETUM

Facultas Theologica in helvetica urbe Lucernensi in perpetuum canonice erigitur.

Quae lucernae instar anno MDLXXIV in Helvetiorum perquam catholica eiusdem nominis urbe, Summo Pontifice Gregorio XIII auspice, humaniorum studiorum Schola ab eximiis Societatis Iesu Patribus provide excitata est, quaeque anno MDCXLVII in Theologicum Athenaeum feliciter succrevit, ipsa anno MDCCLXXI passim « Facultas Theologica » appellari coepit ; et merito quidem, quoniam et hinc inclytus Lucernensis populus, iis volventibus saeculis aerumnis periculisque scatentibus, fir-

missimum exstitit catholicae fidei propugnaculum, et inde Civiles loci Auctoritates omnimodis subsidiis Scholam prosequi numquam intermiserunt.

Nec faustae defuerunt opportunitates, quibus Sedes Apostolica gratum pro gestis animum praeberet, annis praesertim MCMXXVI et MCMXXXVIII, cum decorum « Facultatis » titulum, saeculari iam possessione inductum, Instituto expresse agnovit atque confirmavit.

Elabentibus iam recentioribus decenniis, tum fel. rec. Franciscus von Streng Basileensis Episcopus annis MCMLXI et MCMLXVI, tum tota simul Helvetica Episcoporum Conferentia, Exc.mus in primis Antonius Haenggi Basileensis in praesentiarum Praesul, anno MCMLXVIII Sanctam Sedem instanter rogaverunt ut « Facultas » et nomine et actu academice constitueretur. Quibus Supremus quoque Reipublicae Lucernensis Magistratus votum suum humaniter addere non dubitavit.

Re undequaque perpensa atque prae oculis habitis non paucis a Schola interea adeptis momentosis incrementis — Civilis praecipue ope Auctoritatis quae, praeter quam digna docentibus iugiter honoraria impendit, patrium Athenaeum adiunctis ultro cathedris, bibliotheca indesinenter aucta, novis demum aedibus e solo munifice excitatis liberaliter ditavit — Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, post faustam peractam a suo Cardinali Praefecto Lucernensis urbis visitationem, sibi delatam petitionem Summo Pontifici esse tandem prof erendam diiudicavit. Quo paterne libenterque approbante, Sacrum idem Dicasterium telegrammate die xxix m. aprilis anni MCMLXX dato Facultatem Lucernensem Theologicam *canonice agnovit,* Docentesque proinde et Studiorum Ordinationem academica dignitate notatos voluit.

Laudabiliter a Supremo Status Lucernensis Consilio (((Regierungsrat ») die VIII m. maii eiusdem anni civili decreta Facultatis agnitione, perpensis denuo probatisque peculiaribus Statutis atque Studiorum Examinumque Ordinationibus, feliciterque interim absoluto trium annorum experimento, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, auctoritate ab Augusto Pontifice Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque in primis Basileensis decus ac incrementum, FACULTATEM THEOLOGICAM LUCERNENSEM hoc Decreto *erectam declarat, approbat atque in perpetuum confirmat,* facta eidem potestate academicos Sacrae Theologiae gradus atque docendi Habilitationem ad normam canonicarum de studiis superioribus legum conferendi, adamussim servatis propriis Facultatis Statutis, 29 articulis constantibus, ab Ordinario loci die xxvin m. maii et

a Supremo Lucernensis Reipublicae Consilio die xxvi m. iulii anni MCMLXXI probatis.

Sacrum idem Dicasterium insuper Ordinarium loci MAGNUM CANCELLARIUM Facultatis *statuit, nominat atque renuntiat,* omnia ipsi agnoscens ac tribuens huiusmodi muneris officia ac iura, in primis catholicae doctrinae orthodoxiam (philosophia non exclusa), morum probitatem ecclesiasticamque disciplinam vigilanter tutandi, Docentibus quibuslibet missionem canonicam antequam nominentur concedendi et pro necessitate revocandi, Studiorum Ordinationes ac Programmata adprobandi, servatis ad id normis quae in Conventione (((Vereinbarung))), inter Lucernenses Supremas Civilem atque Ecclesiasticam Auctoritates pacta, ab iisdem diebus respective v m. aprilis et xiv m. maii anni MCMLXXI subsignata, opportune continentur.

Quo uberiores ex dilecta Facultate laeti in annos fructus fluant, Sacra Congregatio omnibus Auctoritatibus quarum interest enixe mandat ut omnimodae Helvetiae Catholicae Facultates ac Instituta continuam fraternamque mutuam sibi praestent operam, omnino seclusis indebitis proprii loci praelationibus, ad succrescens localis atque universalis Ecclesiae bonum, itemque strenuas impendant vires ut christifideles forment, in primis sacerdotes, doctrina et vitae sanctitate vere praestantes, fidei in mundo testes atque apostolos.

Ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die xxv m. decembris, in Nativitate D. N. I. Ch., anno rep. sal. MCMLXXIII.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, *Praefectus*

L. © S.

Franciscus Marchisano, *Subsecretarius*-

II

DECRETUM

Institutum Superius Sacrae Theologiae in Rhaetorum- Curia (Chur, Schweiz) canonice erigitur.

Rhaetorum Curia, quae, sicut ad superioris regionem Rheni via ac praesidium exstitit, ita eiusdem loci gentibus Christi Evangelii semita patuit ac provida ministra, inde a saeculo vi Episcopalem Scholam fovit, quae, subsequentium devicta temporum nequitia, quibus volventibus in religione ab haeresi vindicanda mirifica a tota Curiensi Dioecesi testimonia sunt fortiter prolata, a. D. MDCCCVII in Seminarium Theologicum profluit a Sancto Lucio nuncupatum, primo — ut fertur — eiusdem Dioeceseos Antistite.

Cum exinde huius theologicorum studiorum domicilium adeo fauste succreverit ut et crebros et undique bene instructus Sacerdotes diligenter efformaret, Exc.mus Iohannes Vonderach, Dioecesanus Praesul, a. D. MCMLXVIII a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica una cum Seminarii Moderatoribus petiit ac assecutus est, ut Curiensis Schola in Superius Studiorum Theologicorum Institutum (« Theologische Hochschule ») canonice constitueretur, iure ditatum academicum S. Theologiae Baccalaureatus gradum concedendi.

Quinque transactis prosperi experimenti annis, Helvetica Conferentia Episcopalis, eodem praeeunte Curiensi Ordinario, die i m. octobris a. MCMLXXIII ab Apostolica Sede iterum petivit ut Superius idem Institutum peculiare Biennium Academicum ad normam nn. 5-6 et 44, b, documenti « Normae quaedam » inscripti instruere permitteretur, ad Licentiae gradum legitime conferendum.

Quapropter Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, re considerate perpensa, pro munere petitionem Augusto Pontifici Paulo Div. Prov. Pp. VI detulit. Quo nunc benevole paterneque consentiente, Sacrum idem Dicasterium in Omnipotentis Dei gloriam Ecclesiaeque decus ac utilitatem CURIENSI INSTITUTO SUPERIORI THEOLOGICORUM STUDIORUM hoc Decreto potestatem facit expetitum Biennium Academicum, seu *secundum Facultatis Theologicae cyclum,* ita instruendi ut studentibus qui omnia praestituta rite perfecerint, praeter Baccalaureatum, academicus quoque Licentiae gradus conferri valeat, ad amussim servatis Ecclesiae de studiis superioribus legibus ac normis, in

primis peculiaribus Instituti Statutis, ab hac eadem Congregatione approbatis.

Sacra eadem deinde Congregatio Ordinarium loci Magnum Cancellarium Curiensis Studii Theologici in perpetuum *nominat atque renuntiat,* ut ad normam sacrorum canonum academicarumque Ecclesiae legum Centrum suum Academicum indesinenter foveat augeatque, diligenter in primis doctrinae orthodoxiam tutando atque mores ecclesiasticamque disciplinam studiose servare enitendo.

Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. i m. ianuarii a. D. MCMLXXIV.

GABRIEL MARIA Card. GARRONE, *Praefectus*

L. © S.

Franciscus Marchisano, *Subsecretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 20 Giugno 1974, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor EDUARDO ZABALAGO CANELAS, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Bolivia.

Giovedì 27 Giugno 1974, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor SANGKADIS DISKUL, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Thailandia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre Paolo VI ha nominato *Membri della Pontificia Accademia delle Scienze* gli ill.mi signori :

— Ochoa Severo, professore di biochimica alla Scuola di Medicina della « New York University », U.S.A. ;

— Warren Nierenberg Marshall, Direttore della sezione di biochimica genetica al «National Heart Institute» di Bethesda, Maryland, U.S.A.;

— Adeoye Lambo Thomas (Nigeria), Vice Direttore Generale dell'Organizzazione Mondiale della Sanità (O.M.S.);

— Porter George, professore di chimica fisica all'Università di Sheffield, Gran Bretagna;

Levi Montalcini Rita, professore di biologia all'Università Washington di St. Louis, Missouri, e Direttore del Laboratorio di Biologia Cellulare del C.N.R. a Roma;

— Lejeune Jérôme, professore di genetica generale alla Facoltà di Medicina dell'Università di Parigi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

2 luglio 1974. S. E. il Sig. Cardinale Mozzoni Umberto, *Membro della Sacra Congregazione per il Clero,*

6 » » S. E. il Sig. Cardinale Oddi Silvio, *Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 marzo 1974. A S. E. Romero Lobo Francisco ***(Venezuela).***

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

22 marzo 1974. Al sig. Salviucci Pietro (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 marzo 1974. Al sig. Reffi Orlando (Montefeltro).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda dell'Ordine Piano:

31 marzo 1974. Al sig. Di Castelbarco Albani Alberto (Pesaro).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

21	maggio	1973.	Al sig. Shozo Hotta (Tokyo).
21	novembre		Al sig. Yosoji Kabayashi (Tokyo).
9	febbraio	1974.	Al sig. Fink Pio (Feldkirch).
13	»	»	Al sig. de Champerbaud Weguelin Vieira Sergio *(Brasile)*
21	marzo	»	Al sig. Arrieta Lara Enrique *(Colombia).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21	maggio	1973.	Al sig. Hideji Shiraishi (Tokyo).
»	»	»	Al sig. Seison Maeda (Tokyo).
9	luglio	»	Al sig. Funakoshi Yasutake Angelico (Tokyo).
18	settembre		Al sig. Gallenca Henri Charles (Dakar).
25	»	»	Al sig. Höttsches Enrico Francesco (Köln).
»	»	»	Al sig. Kraume Alfonso (Köln).
26	ottobre	»	Al sig. Veda Tamotsu Francesco Saverio (Oita).
31	»	»	Al sig. Pütz Giuseppe (Köln).
21	novembre	»	Al sig. Tatsuro Takatsu (Tokyo).
11	dicembre	»	Al sig. Tiemen Brouwer (Rotterdam).
12	»	»	Al sig. Lepage Pierre (Tours).
3	gennaio	1974.	Al sig. Dubois de la Cotardière Yves (Bayeux et Lisieux).
»	»	»	Al sig. Lacroix Pierre (Bayeux et Lisieux).
»	»	»	Al sig. Micca Pietro Giovanni (Roma).
18	»	»	Al sig. Van Der Loos Ermanno Teodoro Antonio (Rotterdam).
8	febbraio		Al sig. Ken Tanabe *(Giappone).*
22	»	»	Al sig. Cajozzo Aurelio (Palermo).

3	**marzo**	**1974**	**Al sig. Cosentini Cristoforo (Acireale).**
10	»	»	**Al sig. Bartolini Giulio (Volterra).**
11			**Al sig. Fouad Yared *(Libano).***
»		»	**Al sig. Hassib Sabbagh *(Libano).***
14	»		**Al sig. Ronga Luigi (Roma).**
29	»		**Al sig. Biraghi Lossetti Ludovico (Milano).**
»	»		**Al sig. Cacciavillani Antonio (Milano).**
»	»		**Al sig. Troiano Angelo (Roma).**
10	**aprile**		**Al sig. Stocchetti Giovanni (Padova).**
18	**maggio**	»	**Al sig. Panotis Aristide *(Grecia).***

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare

18	**aprile**	**1974.**	**Al sig. Di Mauro Giuseppe *(Italia).***
6	**maggio**	»	**Al sig. Monin Fernando *(S.C.V.).***

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13	**dicembre**	**1972.**	**Al sig. Manning Federico Edwin (Westminster).**
11	**maggio**	**1973.**	**Al sig. Berkeley Lennox (Westminster).**
18	**luglio**	»	**Al sig. Sherrington James Arthur (Middlesbrough).**
21	»	»	**Al sig. Rigby Pietro (Westminster).**
8	**novembre**	»	**Al sig. Dieci Giorgio (Roma).**
»		»	**Al sig. Lepori Dario (Roma).**
20	»	»	**Al sig. Breuver Carlo Ugo (Köln).**
»		»	**Al sig. Gancayco Emilio (San Fernando).**
	»	»	**Al sig. Silva Orlando (San Fernando).**
»	»	»	**Al sig. Lagman Juan G. (San Fernando).**
23	»		**Al sig. Mellius Köster (Rotterdam).**
3	**gennaio**	**1974.**	**Al sig. Castano Francisco M. (Manila).**
8	**febbraio**		**Al sig. Meuwese Costante M. ('s-Hertogenbosch).**
10	**marzo**	»	**Al sig. Peyre André (Tulle).**
1	**aprile**	»	**Al sig. Pehu Marcel (Lyon).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9	**febbraio**	**1974.**	**Al sig. Calvo Briz Rafael (Santander).**
»	»	»	**Al sig. Gómez García Eusebio (Santander).**
22		»	**Al sig. Sassmann Giovanni (Graz-Seckau).**

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25	**gennaio**	**1974.**	**Al sig. Talin Enrico (Vittorio Veneto).**
9	**febbraio**	»	**Al sig. Camurri Riccardo (Roma).**

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8	**dicembre**	**1973.**	**Al sig. Feuchtmüller Rupert (Wien).**
»		»	**Al sig. Stögerer Kurt (Wien).**
14			**Al sig. Ciotti Pietro (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Mallucci Alfredo (Roma).**

14	dicembre	1973.	Al sig. Montevecchi Aurelio (Roma).
16	»	»	AL sig. Bonetti Edo (Roma).
»	»	»	Al sig. Quagliarmi Franco (Roma).
»	»	»	Al sig. Scarpellini Carlo (Roma).
3	gennaio	1974.	Al sig. Scheiber Ewald (Graz-Seckau).
»	»	»	Al sig. Bianchini Irò (Roma).
»	»	»	Al sig. Orlandi Domenico (Roma).
»	»	»	Al sig. Ferrarese Felice (Verona).
»	»	»	Al sig. Perdona Valentino (Verona).
»	»	»	Al sig. Luchetti Amerigo Sexto (Macerata).
»	»	»	Al sig. Capozzo Nicola (Piacenza).
9	febbraio	»	Al sig. Jagers Jozef (Antwerpen).
»	»	»	Al sig. Di Pasqua Francesco (Roma).
»	»	»	Al sig. Gandola Quirino (Roma).
»	»	»	Al sig. Cardoni Renzo (Roma).
22	»	»	Al sig. Zampieri Ennio (Firenze).
28	»	»	Al sig. Maire Giuseppe Augusto Leopoldo (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. Bartoli Edmondo (Milano).
3	marzo	»	Al sig. Nervi Gian Paolo (Lodi).
10	»	»	Al sig. Vecchione Giovanni (Lanciano).
»	»	»	Al sig. Savona Antonio (Massa Marittima).
»	»	»	Al sig. Horan Giuseppe Antonio (Sydney).
»	»	»	Al sig. Peloso Giovanni Paolo (Tortona).
11	»	»	Al sig. Galatà Giuseppe (Mileto).
»	»	»	Al sig. Scozzarella Gaetano (Vigevano).
12	»	»	Al sig. Favia Domenico (Addis Abeba).
14	»	»	Al sig. Agostino Lorenzo (Roma).
20	»	»	Al sig. Carroli Domenico (Faenza).
23	»	»	Al sig. Borrelli Gaetano (Roma).
29	»	»	Al sig. Lezza Felice (Nola).
»	»	»	Al sig. Sibilla Antonio (Nola).
»	»	»	Al sig. Lo Presti Enrico (Roma).
»	»	»	Al sig. Nomi Federico (San Sepolcro).
6	aprile	»	Al sig. Grilli Alfredo (Chieti).
10	»	»	Al sig. Aillaud Giovanni (Napoli).
»	»	»	Al sig. Cannone Domenico (Napoli).
»	»	»	Al sig. Dal Negro Gaetano (Napoli).
2	maggio	»	Al sig. Capitani Mario (Roma).
6	»	»	Al sig. Volken Gregorio *(S.C.V.)*.
8	»	»	Al sig. Di Ielsi Francesco Saverio (Roma).
»	»	»	Al sig. Gligora Francesco (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21	giugno	1973.	Al sig. Engelmeier Paolo (Münster).
18	luglio	»	Al sig. Wenning Enrico (Köln).
22	settembre	»	Al sig. Ball Reginaldo (Westminster).
25	»	»	Al sig. Schuhl Ermanno Giuseppe (Köln)

20	**novembre**	**1973.**	**Al Sig.**	**Boersma Antonio Alfonso (Haarlem).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Snackers Emilio (Roermond).**
	»	»	**Al Sig.**	**Lazatin Jesus (San Fernando).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Miranda José (San Fernando).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Naval Emilio (San Fernando).**
	»		**Al Sig.**	**Rodríguez Gerry (San Fernando).**
	»	»	**Al Sig.**	**Blaisse Francesco Baldovino (Utrecht).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Miggl Giuseppe (Wien).**
»		»	**Al Sig.**	**Riedmüller Leopoldo (Wien).**
14	**dicembre**	»	**Al Sig.**	**Sole Luigi (Roma).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Krechel Jakobus (Trier).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Roeser Johannes (Trier).**
3	**gennaio**	**1974.**	**Al Sig.**	**Hagele Hermann (Graz-Seckau).**
»		»	**Al Sig.**	**Scalco Antonio (Verona).**
4	»	»	**Al Sig.**	**Hermans Guglielmo Nicola (Roermond).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Mazairac Luigi Giovanni-Maria (Rotterdam).**
18	»	»	**Al Sig.**	**Porcari Francesco (Roma).**
»		»	**Al Sig.**	**Van Alebeek Guglielmo Antonio ('s Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Van der Pol Enrico Antonio ('s-Hertogenbosch).**
»			**Al Sig.**	**Werter Nicola Endrigo Maria ('s-Hertogenbosch).**
24	»	»	**Al Sig.**	**Gradi Carlo (Sankt Pölten).**
25	»	»	**Al Sig.**	**Sidoni Rodolfo (Nepi e Sutri).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Guzzini Luigi (San Isidro).**
3	**febbraio**		**Al Sig.**	**Fabbron Tullio (Adria).**
»	»		**Al Sig.**	**Ruf Marco (Freiburg im Breisgau).**
			Al Sig.	**Stachele Edmondo (Freiburg im Breisgau).**
9			**Al Sig.**	**Cleiren Alexander (Antwerpen).**
»			**Al Sig.**	**Dessart Louis (Liège).**
»			**Al Sig.**	**Marazzi Luigi (Reggio Emilia).**
»			**Al Sig.**	**Pedroni Dante (Reggio Emilia).**
28	»		**Al Sig.**	**Motier Carlo Luigi Alberto (Mechelen-Brussel).**
3	**marzo**	»	**Al Sig.**	**Russo Manlio (Roma).**
10	»	»	**Al Sig.**	**Gambassi Boris (Massa Marittima).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Buratti Alfredo (Roma).**
14			**Al Sig.**	**Scortichini Mario (Roma).**
29	»		**Al Sig.**	**Romolini Alessandro (San Sepolcro).**
31		»	**Al Sig.**	**Lacivita Savino (Roma).**
6	**aprile**		**Al Sig.**	**Poletti Mario (Casale Monferrato).**
10	»	»	**Al Sig.**	**Caccavale Augusto (Napoli).**
6	**maggio**	»	**Al Sig.**	**Roggen Giovanni *(S.Ö.V.).***
8	»		**Al Sig.**	**Thierse Paul (Erfurt-Meiningen).**
»	»	»	**Al Sig.**	**Sabino Alfonso (Roma).**

NECROLOGIO

10	**luglio**	**1974.**	**Mons.**	**Cunningham James, già Vescovo di Hexham and Newcastle.**
11	»	»	**Mons.**	**Kokov Simeon, Vescovo tit. di Batne, Amministratore Apostolico di Sofia e Plovdiv.**

An. et vol. LXVI 31 Augusti 1974 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Carolum S. R. E. Cardinalem Wojtyla, Cracoviensem Archiepiscopum, sexto expleto saeculo ab ortu Hedvigis Reginae Poloniae.

Sextum saeculum expletum ab ortu Hedvigis Reginae Poloniae Praesulibus, clero, fidelibus istius regionis opportunitatem praebet egregiae eiusdem mulieris memoriam celebrandi ab eaque documenta sumendi ad vitam, quae hac agitur aetate, attinentia.

Re quidem vera Regina illa sat brevi tempore, quo in terra degit, virtutibus colendis assidue institit, religionem catholicam propagavit et constabilivit, Facultatem theologicam Cracoviensem condidit, opera caritatis et socialis provectionis excitavit, ut praecipua eius benefacta commemoremus. Cultus igitur ut Beatae ab immemorabili ei praestatur, de quo confirmando iudicium est apud Sedem Apostolicam institutum.

Sollemnia, ob memoriam lectissimae huius mulieris indicta, in tempus feliciter incidunt, quod Anno Sacro in Ecclesiis localibus celebrando tribuitur, et appropinquante iam universali Iubilaeo, Romae ad limina Apostolorum, in catholicae unitatis sede, agendo.

Vita interior, purificatio animi, reconciliatio cum Deo et cum fratribus : en nota argumenta, religiosis hisce celebritatibus proposita, quae vitam unius cuiusque ac coetuum intime tangunt. Non equidem dubitamus, quin tu, Venerabilis Frater Noster, quo es studio pasto-

rali, ceterique Pastores Poloniae operam detis, ut hoc magni momenti negotium spirituale greges vestri persentiant et in vitae usum traducant.

Hedvigis Eegina, quemadmodum significavimus, plurimum est annisa, ut religionis catholicae fines proferrentur : haec etiam causa, scilicet evangelizatio — ut semper, ita et hac aetate ac quidem impensius — est cordi Ecclesiae ; quin immo, ut notum est, proximo conventui Synodi Episcoporum ut argumentum pertractandum exhibebitur. Numquam enim oblivisci licet haec gravia verba Concilii Oecumenici Vaticani II : ((In praesenti autem rerum ordine, ex quo nova exsurgit humanitatis condicio, Ecclesia, sal terrae et lux mundi X) ,[1] urgentius vocatur ad omnem creaturam salvandam et renovandam, ut omnia in Christo instaurentur, et in Ipso homines unam familiam unumque populum Dei constituant.[2] Omnes igitur, etiam laici, impelli se sentiant, ut ad hanc causam vere apostolicam eo, quo fieri possit modo, efficaciter conferant.

Non necesse habemus opera eo pertinentia, ut aerumnae subleventur, egestati consulatur, auferantur iniustitiae, iterum inculcare : etenim « hoc dilectionis signo Ecclesia oportet dignoscatur, quae, dum gaudet de aliorum inceptis, caritatis opera ut suum officium et ius, quod abalienari nequit, vindicat ».[3] Ipsum vero tempus sacrum — Annum Sanctum dicimus — catholicos admonet, ut geminent nisus, quibus maximo dilectionis mandato Dominico satisfiat.

Vota denique facientes, ut haec pia celebratio in verum religionis vertat profectum, tibi, Venerabilis Frater, ceteris Poloniae Praesulibus, sacerdotibus, religiosis, Christifidelibus, illius participibus, Benedictionem Apostolicam, superni roboris et solacii auspicem Nostraeque caritatis testem, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Maii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

[1] Cfr. *Mt.* 5, 13-14.

[1] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. *1.*

[3] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem* n. 8.

II

Rev.mis PP. DD. Constantino Koser, Vitali Bonmarco, Paschali Rywalski, Franciscanum Familiarum moderatoribus, septimo expleto saeculo ab obitu Sancti Bonaventurae.

Scientia et virtute praeclarissimus, hodieque refulget, Sanctus Bonaventura, qui Doctor Seraphicus solet cognominari cuiusque ab obitu septimum saeculum expletum hoc anno celebratur. Qui quidem annus consimili memoria anniversaria Sancti Thomae Aquinatis est insignis, ita ut socia laude praedicentur hi duo viri, ornamenta Ecclesiae, in cuius ministerio eximio exsequendo mortem oppetiverunt : alter enim vita functus est, dum ad Concilium Oecumenicum Lugdunense II, Summi Pontificis iussu, se conferebat, alter, id est Sanctus Bonaventura, dum hoc ad exitum vergebat, die nempe xv mensis Iulii anno MCCLXXIV.

Hic ipse Cáeles et aetatem nostram valet illuminare, qua in re verba libet iterare Sancti Pii X, Decessoris Nostri : « Etenim Bonaventuram, utpote non suo dumtaxat saeculo, sed omni posteritati, quemadmodum ceteros summos Ecclesiae Doctores, datum divinitus, egregie prodesse huic etiam aetati posse arbitramur.[1] Nunc vero, ut notum est, id agitur, ut orbis catholicus ad sui renovationem nitatur, quatenus doctrina et normae salutares, a Concilio Vaticano II statutae, fideliter et incunctanter ad effectum deducantur, et sic in Ecclesia et per eam in mundo viva vox Evangelii possit resonare.[2] Quae renovatio etiam magis urgetur, universali Iubilaeo iam per Nos indicto, cui propositum est singulorum ad Deum conversionem promovere, quae cunctorum pariat reconciliationem. Omnes ergo Christifideles ad impensam vocantur navitatem, cuius Bonaventura praeco exstitit et magister et effector, ut in omnibus aedificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores.[3]

Seraphicus Doctor suo quidem modo officium implevit, quo ceterum quivis Ecclesiae filius astringitur quodque in eo positum est, ut « secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur », incedat.[4] Thelogicae vero inquisitioni, cui

[1] Epist. *Doctoris Seraphici sapientiam,* 11 Apr. 1904: Pii X Pont. Max. Acta, I, p. 235.

[2] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* n. 8.

[3] Cfr. S. Bonav. *De reduct. art. ad theol.,* 26: *Opera omnia,* Ad Claras Aquas, V, p. 325.

[4] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 41.

assidue studioseque incumbebat, ipse hunc constituit ordinem, « ut inchoetur a stabilitate fidei, et procedatur per serenitatem rationis, ut perveniatur ad suavitatem contemplationis ».[5] Cum autem auctor fidei et consummator sit Iesus,[6] « in quo summi Dei tota revelatio consummatur)),[7] illum potissimum aspexit ut ((fundamentum totius fidei christianae totius doctrinae authenticae».[8] Supremo enim sub magistro Filio Dei et hominis Filio, multa, quae soli rationi sunt impossibilia, possibilia fiunt rationi divinitus adiutae ; quae ideo capax redditur « ad participanda bona divina, quae humanae mentis intellegentiam omnino superant »,[9] ac de iisdem etiam omnimodam certitudinem assequi valet. Nam licet intellectus humanus intrinsece, ut aiunt, arctioribus finibus sit circumscriptus, et falli possit, tamen ipsius Dei infallibilitate et immutabilitate quodam modo perfunditur.

Minime vero putandum est nos umquam irrationabiliter credere, « quia gratia et lux desuper infusa potius rationem dirigit, quam pervertat)).[10] Quapropter, nedum in quodam fideismo, ut appellant, acquiescamus, ad ulterius inquirendum impellimur, ipsa etiam exempla atque vocabula usurpantes, quae ad omne genus doctrinae pertinent, cum fides nos doceat in quavis re, quae sentitur vel cognoscitur, interius latere ipsum Deum.[11]

Neque praepedienda est theologica inquisitio propter deceptiones, quae forte exinde oriantur et a quibus « vix aliquis tractator catholicus immunis fuit »,[12] dummodo omnes investigatores desiderio ducantur veritati serviendi eiusque vim, transcendentem qualiacumque sua ipsorum iudicia, agnoscant. Tota enim de Deo veritas vel ab eo proveniens voluntas, nulla humana comparatur industria, sed a Patre luminum descendit, qui « voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae eius ».[13] Hanc igitur veritatem numquam licet aspernari, sive certum proponendo ut dubium, sive dubium ut certum asserendo.

[5] *De rebus theologicis,* Serm. 4, 15: *Opera omnia,* V, p. 571.
[6] Cfr. *Hebr.* 12, *2.*
[7] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* n. 7.
[8] *De rebus theologicis,* Serm. 4, 5: *Opera omnia,* V, p. 568.
[9] Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius,* cap. 2: DS 3005.
[10] S. Bonav., *Quaest, disput, de mysterio Trinitatis, q.* 1, a. 2, n. 3: *Opera omnia,* V, p. 57.
[11] Cfr. id., *De reduci, art. ad theol.,* 26: *Opera omnia,* V, p. 325.
[12] Id., *In II Sent.,* dist. 15, dub. 3: *Opera omnia,* II p. 390.
[13] *lac.* 1. 18.

Quaevis igitur circa divina terminalis seu *definitiva* sententia ad magisterium spectat a Christo institutum, eo quod quandam cum ipso verbo Dei habet *connaturalitatem,* quam dicunt, scilicet ad Ecclesiae magisterium, cui uni munus authentice interpretandi est concreditum.[14] Quo fit, ut nemo fidelis discipulus esse possit Salvatoris Iesu, nisi illi magisterio, quod ipsius nomine in Ecclesia exercetur, fidele praestet obsequium. Utraque autem fidelitas singularem tribuit theologicae inquisitioni praestantiam et eficit, ut eadem cum munere salvifico eiusdem Ecclesiae arcte coniungatur, quatenus per ipsam supernaturalis hominum vocatio et profundius cognoscitur et *suasive* adiuvatur.[15]

Quemadmodum Christus, « principalis magister » noster,[16] docuit, oportet a nobis in omnibus honorificetur Deus.

Est autem honorandus Deus imprimis in natura sua, quae, utpote humanam prorsus absoluteque transcendens, postulat, ut illi plane simus obnoxii : tunc enim « Deus regnat in nobis, quando nos sumus omnino ei subiecti ».[17] Etsi Dei dominium et nostra subiectio in fine tantum temporum perficietur, tamen discipuli Domini ad utrumque debent cotidie sedulo attendere.

Praeterea Deo honor est adhibendus operanti per ministros suos,[18] maxime quidem per ministros, in quibus « adest in medio credentium Dominus Iesus Christus ».[19] Peculiari modo honorandi sunt Ecclesiae « Pastores, quos qui audit, Christum audit? qui vero spernit, Christum spernit et Eum qui Christum misit ».[20] Quamvis enim et ipsi idem habeant caput Christum, nihilominus ut medii interpretes inter ceteros fideles ac Deum sunt constituti, « ut eis referant divina responsa », quae verbo Dei exprimuntur quaeque omnia complectuntur ad salutem hominis necessaria : quid credendum, quid exspectandum, quid operandum.[21]

Quoniam vero inter sacros Pastores in ministerio salutis primum obtinet locum Summus Pontifex, honorem Deo denegat, qui reverentiam

[14] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* n. 10.

[15] Cfr. S. Bonav. *In I Sent.,* Prooem., q. 3, conci.: *Opera omnia,* I, p. 13.

[16] Cfr. S. Bonav. *De rebus theologicis,* Serm. 4, 20: *Opera omnia,* V, p. 572.

[17] Id., *In Evang. Luc,* c. 11, 12: *Opera omnia,* VII, p. 280.

[18] Cfr. S. Bonav. *Quaest, disp. de perfect. evang.,* q. 4, a. 1, 9: *Opera omnia,* V, p. 182.

[19] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 21.

[20] Ibid., n. 20.

[21] Cfr. S. Bonav., *Sermones de B. Virgine Maria,* De Annunt. Serm. 4, 2: *Opera omnia,* IX, p. 074b: *In Eseaëm.,* Coll. II, 13: *Opera omnia,* V, p. 338.

et oboedientiam eidem Romano Pontifici debitam recusat. Quare Sanctus Bonaventura, vir pius et miserens, haec gravia verba proferre non dubitavit : « Non potest ergo intra unitatem ecclesiasticam esse qui ab oboedientia recedit illius qui sedet in Cathedra Petri w.[22]

Deus denique honorificetur oportet in imagine sua, nempe in homine, quia, in Verbo aeterno homine facto, divinam quodammodo assecutus est dignitatem. Quoniam Christus, ut ait Sanctus Bonaventura, ((simul est proximus et Deus, simul frater et dominus, simul etiam rex et amicus *v,*[23] postulatur, ut amor noster in universos feratur homines, neque ullis eorum peculiaribus contineatur condicionibus. Nam, cum caritas nostra a Christo originem trahat atque finem accipiat, eandem universalitatem habeat oportet ac dilectio, qua Christus dilexit nos.[24]

Pariter ergo honorandi sunt varii in Ecclesia status, nam « humani generis Recreator diversa largitur charismatum dona, diversa dat graduum et praelationum officia, diversa tandem praebet exempla *y).*[25]

Quodsi peccata defectionesque hic illic reperiuntur, tamen germina bonitatis, in quemvis hominem a Deo immissa, nedum penitus exstinguantur, talem efficaciam servant, ut, divina gratia adiuvante, ex malo etiam bonum valeant excitare. Nullus ergo, tot inter difficultates, quibus fit, ut humana vita interdum nec cum fide concordet nec cum honore Deo debito componatur, est desperandi locus : est enim maior misericordia Dei quam miseria nostra possumusque nos ad Deum trahere ipso pondere beneficiorum eius.[26] Cum vero summum beneficium, hominum generi impertitum, sit ipsius Dei Incarnatio, per Christum et in Christo iidem homines consecuti sunt facultatem, qua, per bona temporalia transeuntes, non omittant aeterna. Propter hanc supremam divini amoris effusionem, tota creatura, licet ei inesse pergat periculum ne a Deo avertat, data Incarnatione, excellentiore modo ad Deum conducere valet.

Est autem creatura ipsa quasi liber legendus luce affulgente sacrarum Scripturarum, quae ad Deum cognoscendum, laudandum, amandum alliciunt.Quoniam autem nemo ad plenum intellectum earundem divinarum Litterarum possit pervenire, nisi per crucem Christi, qui

[22] *Quaest, disp. de perfect. evang.,* q. 4, a. 3, 14: *Opera omnia,* V, p. 191.
[23] *Itiner. ment, in Deum,* c. 4, 5: *Opera omnia,* VIII, p. 307.
[24] Cfr. *Io.* 15, 9.
[25] S. Bonav., *Apologia pauperum,* c. 6, 4: *Opera omnia,* VIII, p. 267.
[26] Cfr. id., *In Ioan.,* Coll. XXVIII, 5: *Opera omnia,* VI, p. 567.

omnem Scripturam implevit fundendo Dei veritatem,[27] Christum crucifixum omnes imitentur oportet, quippe qui venerit, ut hominem ab amore terrenorum revocare et ad amorem Dei provocaret,[28] atque pro nobis sit passus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius.[29]

Haec igitur sequela Christi ad continuam impellit reformationem eamque in rectam convertit animi propensionem, quae in eo est posita, ut per Verbum incarnatum, quatenus est humani generis *reformativum,* cuncta ad primigeniam reducantur formam, quam a Verbo increato acceperunt.[30] Christus enim, utpote ((simul perfectus viator et comprehensor)),[31] dum omnium terrestre iter comitatur, omnes simul ad se, in caelestibus constitutum, invitat. Unde efficitur, ut vita hominis in terris ipsa natura sua sit peregrinatio eschatologica,videlicet itinerarium seu reditus cum Christo ad Christum « a quo procedimus, per quem vivimus, ad quem tendimus ».[32]

Huiusmodi itinerarii exemplum Sanctus Bonaventura in patre suo Francisco laudibus praedicat, qui, in monte Alvernae Christo cruci affixo singularem in modum conformis effectus, cum Domino « pascha » celebravit, transitum ad Deum quasi consummans. Quo exemplo fulgente, ad eundem transitum cuncti homines invitantur.[33]

Quod quidem itinerarium mentis in Deum componens, Sanctus Bonaventura, maxime ardua speculationis culmina supergrediens, de mystica theologia ita exponit, ut in ea ((habeatur facile princeps ».[34] Ipse sane arbitratur contemplationem Dei cuilibet viro iusto esse quaerendam et ad bonum infinitum esse pertingendum, quo anima, quamvis capacitatem habeat finitam, compleatur.[35]

Simul vero persuasum sibi habet eos reprehensibiles esse « qui, dum volunt arcem contemplationis ascendere, volunt quiescere et ad laborem

[27] **Cfr. id.., *In Exaëm.* Coll. XIII, 12: *Opera omnia,* V, p. 390; *In Evang. Luc,* c. 4, 45 et c. 16, 33: *Opera omnia,* VII, pp. 99 et 415; *Sermones de tempore,* Fer. VI in Parase, Serm. 2: *Opera omnia,* IX, p. 28 b.**

[28] **Cfr. S. Bonav., *Sermones de tempore.* Domin. I Advent., Serm. 3: *Opera omnia,* IX, p. 28 b.**

[29] **Cfr. *1 Petr* 2, 21.**

[30] **Cfr. S. Bonav. *Breviloqu.,* p. 6, c. 13: *Opera omnia,* V, p. 279 b.**

[31] **Id., *De rebus theologicis, Serm.* 4, 19: *Opera omnia,* V, p. 572.**

[32] **Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 3.**

[33] **Cfr. S. Bonav., *Itinerar. ment, in Deum,* c. 7, 2-2; *Opera omnia,* p. 312.**

[34] **Cfr. Leo XIII, Alloc, ad professores Collegii S. Antonii de Urbe habita 11 Nov. 1890: *Acta Ord. Min.* 1890, p. 177.**

[35] **Cfr. *In II Sent.* dist. 23, a. 2, q. 3, 6: *Opera omnia,* II p. 546 a; *In I Sent.,* dist. 1, a. 3, q. 2, *2:Opera omnia,* I, p. 41 b.**

actionis recusant descendere ».[36] Cum enim perfectio ad caritatem ducat, homo, quo magis Deo adhaeret, eo magis Regni Dei incremento incumbat oportet.

Utrumque autem vivendi modum, ad beatitudinem promerendam necessarium, Sanctus Bonaventura ipse coluit, contemplationem in actionem quodammodo transfundens. Siquidem ministerium Moderatoris Generalis sui Ordinis ita implevit, ut in commisso sibi grege meritum virtutis accresceret, clauderetur via vitiis et daretur moribus disciplina.[37] Ad patris cardinalis dignitatem evectus, exspectationi Summi Pontificis ita respondit, ut cum eodem divinis obsequiis et universalis Ecclesiae servitiis vacaret.[38]

Idem prorsus sensit Angelicus Doctor, illud opus vitae activae extollens, « quod ex plenitudine contemplationis derivatur » ;[39] ideoque cum eo sociatur Bonaventura, sicut ad trahendum iugum Domini Dominico est iunctus Franciscus.[40] Quam ob rem haec duo Ecclesiae lumina ad tempora usque nostra tamquam « sacrae theologiae principes »,[41] quasi geminato fulgore in cuncto splendescunt Populo sancto Dei.

His, quae attigimus, Sancti Bonaventurae cogitatis et hortamentis manifesto comprobatur hunc ipsum doctrinae vitaeque magistrum adhuc loqui, quamvis abhinc septem saecula mortuum. Cui adhuc loquenti Nos vocem addimus Nostram, omnes Ecclesiae filios monentes, ut eum, qui ita ambulavit, observent.[42] Ad Deum autem iuvat orationem dirigere, quae in Seraphici Doctoris memoria recolenda rite adhibetur, ut « ipsius proficiamus eruditione praeclara et caritatis ardorem iugiter aemulemur ».[43]

Quae vota Benedictio Apostolica confirmet, quam vobis, dilecti filii, et universis, quibus praeestis, Familiis Franciscalibus, ex animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Iulii, anno MCMLXXiv, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

[36] Cfr. *In Evang. Luc,* c. I, 62: *Opera omnia,* VII, p. 236.

[37] Cfr. *Epistolae Officiales,* II, 1: *Opera omnia,* III, p. 712.

[38] Cfr. Gregorius I, Epist. Fr. Bonaventurae Ord. Min. Gen. Min.: *Bullarium Franciscanum,* III, p. 206 a.

[39] *Summa theol.* II-II, *q.* 188, a. 6.

[40] Cfr. S. Bonav., *Sermones de Sanctis,* De Sancto Dominico: *Opera omnia,* IX, p. 565 b.

[41] Pius XII, Litt. Enc. *Sacra virginitas: A.A.S.* 46 (1954), p. 165.

[42] Cfr. *Phil. S,* 17.

[43] *Missale Romanum,* Typ. Polygl. Vat. 1970, p. 578.

III

Ad Rev.mum D. Ioannem Nolan, Pontificiae Missionis pro Palaestina praesidem, XXV exacto anno ab eadem Missione constituta.

The Pontifical Mission for Palestine, established with admirable foresight and in a spirit of charity by our Predecessor of venerable memory Pius XII, has recently celebrated the Twenty-fifth Anniversary o f its foundation.

We desire to take this occasion to direct to you, its diligent President, to your collaborator and to all those who have offered and continue to offer their contribution to this work a word of gratitude and appréciation for the activity conducted during these years on behalf of the peoples of Palestine, in the name of the charity of Christ.

We have followed with personal interest this activity in the various forms which it has taken to meet the grave and multiple needs of the refugees, often in coordination with the activity which other organizatio^, including those which are not Catholic, have commendably carried out.

The work of the Mission for Palestine has been one of the clearest signs of the Holy See's concern for the welfare of the Palestinians, who are particularly dear to us because they are people of the Holy Land, because they include followers of Christ and because they have been and stili are being so tragically tried.

We express again our heartfelt sharing in their sufferings and our support for their legitímate aspirations. May our paternal solicitude bring comfort and encouragement, especially to the refugees, who for years have been living under inhuman conditions.

Unfortunately such a state of affairs has produced in many Palestinians a sensé of frustration and, in some, such anguish and desperation as to move them to acts of violent protest which with sorrow we have been constrained strenuously to deplore.

It seems to us, nevertheless, that this is the moment for all Palestinians to look to the future with a constructive, likeminded and responsible attitude, as the hope becomes ever stronger that their particular problems will be discussed and that a solution to them will be found during the current general negotiations for peace in the Middle East.

Our Mission for Palestine is thus about to be faced with a com-

pelling task. In addition to continuing its assistance, without distinction of nationality or religion, to those who have suffered or are suffering in any way as a resnlt of the repeated conflicts which have devastated that région, the Mission will have to expect, in the situation which is now evolving, to contribute to projects of aid, of rehabilitation and of development for the population of Palestine. In order that this task may be carried out, it will be necessary to promote in the Oatholic world an effective collaboration between all the relief organizations concerned with Palestine.

We therefore exhort you and your collaborators to become the voice of those who are suffering, and to urge Christians to be generous witnesses of charity towards their Palestinian brethren of the Holy Land—as we have already indicated in our Exhortation *Nobis in Animo*—and to intensif y their efforts for the worthy cause of assistance and development.

As an expression of our sentiments of gratitude and in pledge of abundant divine grâces, we willingly impart to you and to ali those who in any way collaborate with this work of the Mission for Palestine our paternal Apostolic Blessing.

From the Vatican, Jury 16, 1974.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS GRATULATORIIS

Ad E.mum P. D. Stephanum S. R. E. Cardinalem Wyszyñski, Gnesnensem et Varsaviensem Archiepiscopum, decem condentem lustra ex quo sacri Presbyteratus auctus est honore.

Rerum temporumque omnium Rectoris miro quidem consilio et occursu, ineunte proximo mense Augusto, insignis ad memoriam tibi, Venerabilis Frater Noster, illucescet dies. Decem enim condes lustra, ex quo sacri Presbyteratus, o quam diu aliti desiderii, nobilis metae, es auctus honore. Huius praeclari eventus recordationis Gnesnensis et Varsaviensis Ecclesiae, in quibus praesertim sollers tua cura invigilat, unanima consortione erunt participes, cum probe id poscat et causa communionis sanctorum, qua fas est et decet in totius gregis laetitiam renuere pia festa pastoris.

Quibus praestitutis celebrationibus et coetibus pro benevolentia et egregia existimatione, quibus te prosequimur — nescimus vero quaenam utriusque insit pectori Nostro maior, cum utraque sis haud impari mensura perquam dignus — accessionem quandam et velut sertum apponere volumus hasce per Litteras, per quas tibi, optimae famae parenti, ductori, magistro et dilectis Deo gentibus civili humanitate excultis ex inclita Polonia, cuncta salutaria, felicia, concordiae et paci consentanea et conducibilia cupimus, precamur, exoptamus.

Attamen accipe in primis gratulationes, quas flagrantibus votis, iusto cum laborum tuorum praeconio, libenter adnectimus, temet veteranae virtutis compotem valde hortantes, ut iugiter confisus meritis praecelsi nominis Iesu et victricis Crucis, pro Ecclesia laborem pergas obire.

Nunc singillatim recolentes ea, quae a primordiis sacerdotii tui hactenus tibi, multiformis gratiae Christi dispensatori et ministro fideli, contigerunt, debitum solvimus Deo hymnum gratiarum actionis, propterea quod dedit tibi de Christiano nomine et de Poloniae decore egregie merendi facultatem.

Praeclaris exornatus ingenii dotibus, diligis patriam Poloniam, natalis soli dulcedine amor in te effluit, cum eius caelum, naturam loci, uberem planitiem, urbes, artes, probam indolem vestratum, fortissima gesta heroum, sanctorum rutilantem coronam spectabundis oculis consideras.

Neque inaequali studio tu diligis aulam Dei et portam caeli, Ecclesiam scilicet, universale sacramentum salutis et omnis boni quasi pelagus exundans, quemadmodum splendide S. Irenaeus asserit : ((Ubi Ecclesia, ibi Spiritus Dei, et ubi Spiritus Dei, ibi Ecclesia et omnis gratia : Spiritus autem veritas est ».[1]

Recalescat igitur hisce in adiunctis temporis Sedes tua in id quod credidit, neque gloriae eius spem ulla prosperitas retardet, ulla asperitas moveat. Ob id ipsum oramus semper pro te, ut dignetur te vocatione sua Deus noster et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini Nostri Iesu Christi.[2]

Prosperum iter tibi faciat Deipara Virgo Maria, omnis sanctitatis thesaurus, socia Christi Redemptoris, Mater Ecclesiae, Poloniae Re-

[1] *Adv. Her.,* III, 24.

[2] Cfr. *2 Thess.* 1, 11-12.

gina semper invicta, ac te suo vigilanti obtutu protegat, sospitet, serenet atque adducat mansuram pacis tranquillitatem.

Haec imo pectore ominati, tibi, Venerabilis Frater Noster, ac per te Episcopis Auxiliaribus, clero et Christifidelibus dioecesium, moderamini tuo commissarum, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Iulii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIO

Ad E.mum P. D. Sergium Pignedoli Officialesque Secretariatus pro non Christianis, decimo volvente anno ab eodem Secretariatu constituto. *

Signor Cardinale,

La ringraziamo per questa presenza del Segretariato per i Non Cristiani, che oggi ci dà modo di incontrarci con Lei e con i suoi collaboratori al compiersi del decennio di fondazione del nuovo organismo post-conciliare, da noi istituito nel giorno di Pentecoste del 1964. Esso corrispondeva ad un nostro fervido desiderio, che esponemmo qualche mese dopo nella prima Enciclica « Ecclesiam suam » : l'incontro, il dialogo con l'immensa area dei credenti in Dio, al di fuori dell'unica religione cristiana : <(Non vogliamo rifiutare — scrivevamo in quell'occasione — il nostro rispettoso riconoscimento dei valori spirituali e morali delle varie confessioni religiose non cristiane ; vogliamo con esse promuovere e difendere gli ideali, che possono essere comuni nel campo della libertà religiosa, della fratellanza umana, della buona cultura, della beneficenza sociale e dell'ordine civile ».[1] Intanto i Padri Conciliari avevano già fin d'allora allo studio l'elaborazione di quel documento, che vide la luce il 28 ottobre del 1965, cioè la dichiarazione *Nostra Aetate* sulle relazioni della Chiesa con quelle grandi confessioni religiose, né sono mancati negli altri documenti conciliari chiari accenni a questo nuovo e più pensoso atteggiamento verso di esse, se-

* Die 6 mensis Iulii a. 1974.

[1] *A.A.S.* 56 (1964), p. 655.

gnando veramente una pietra miliare nella storia della vita e della teologia della Chiesa. In esse, infatti, i Padri hanno visto un'espressione molto significativa, anche se incompleta, del genio religioso dell'umanità, testimonianza del lavorìo segreto che la grazia dello Spirito Santo — che riempie tutta la terra[2] — ha svolto nei secoli per far germogliare nelle anime rette i *semina Verbi in eis lat entia?* sicché quelle manifestazioni religiose, nonostante le differenze, « haud raro referunt tamen radium illius Veritatis, quae illuminat omnes homines)).[4]

Ispirato da questi princìpi, che esprimono da una parte il rispetto della Chiesa cattolica verso il patrimonio religioso dell'umanità, e dall'altra la sua destinazione universale e il suo impegno di stabilire nel dialogo fruttuosi contatti con tutti gli uomini, e di servirli nei loro fondamentali problemi esistenziali e nella loro ricerca di Dio, il Segretariato ha lavorato in questi anni con umiltà, con intelligenza, con amore : e non possiamo non ricordare qui il card. Paolo Marella, primo presidente del Segretariato, al quale esprimiamo ancora il nostro ringraziamento. Una scorsa, sia pure sommaria, ai volumi che illustrano *L'Attività della Santa Sede,* dimostra, anno per anno, il progredire di un cammino difficile e generoso.

Lode a voi, dunque, per quanto avete fatto, sulla via delle indicazioni teologiche e socio-culturali del Magistero, per stabilire questo fruttuoso contatto con sfere sempre più larghe dei fratelli non cristiani; e incoraggiamento cordialissimo per i futuri sviluppi. Siamo lieti, infatti, del vasto programma di incontri, in tutti i continenti, che il Segretariato annualmente favorisce e promuove; e ci fa piacere vedere come esistano nel mondo, oggi, in stretto rapporto di collaborazione col vostro organismo, circa 25 commissioni per il dialogo, in seno a tutte le Conferenze episcopali.

Continuate perciò con fede nel vostro lavoro : il vostro punto d'incontro con l'umanità sia ricerca appassionata di quella somiglianza divina, che ha stampato in tutti gli uomini la sua orma « e spinge a realizzare l'unificazione di tutti » ;[5] il vostro sforzo sia sincero apprezzamento per la ricerca religiosa degli uomini, e per i valori a cui essa è approdata ; la vostra offerta sia testimonianza dell'amore di Cristo, concretato nell'amore per l'uomo, per questa sublime e fragile crea-

[2] Cfr. *Sap.* 1, 7; *Is.* 6, 3.

[3] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 11.

[4] Decl. *Nostra aetate,* n. 2.

[5] Dionigi 1'Areopagita, *De divinis Nominibus,* 9, 6; *PO* 3, 913.

tura, luminosa, sacra e inviolabile, assetata di relazione, di comunione, di libertà e di pace. La vostra dev'essere, infatti, nella Chiesa, una presenza d'amore.

Questo è il compito grande che vi attende : estendere la rete della fraternità e della pace fra gli uomini religiosi di tutta la terra. La riconciliazione e il rinnovamento, auspicati per l'umanità nell'Anno Santo, diano anche a voi l'impulso a stabilire con gli uomini fratelli il dialogo che salva.

In questo arduo cammino vi seguiamo e vi seguiremo sempre con la nostra Benedizione Apostolica.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis sacris Praesulibus et catholicis Christifidelibus, die rei missionali provehendae per totum Orbem dicato recurrente.

introduzione

Ancora una volta, nella luce del mistero di Pentecoste che segnò l'inizio dell'attività missionaria della Chiesa, vogliamo dare l'annuncio dell'annuale Giornata Missionaria del prossimo Ottobre.

S'inquadra tale celebrazione nella cornice dell'Anno Santo, il quale con la sua tematica del rinnovamento e della riconciliazione in Cristo, si propone un obiettivo di dimensioni universali, e questo non si realizza che nella misura in cui l'umanità conosce e riconosce Cristo. Evangelizzare, come azione che fa conoscere Cristo ai popoli e tende a rinnovarli e riconciliarli con Lui e in Lui, vuol dire estendere l'area e il grado della conoscenza e dell'accettazione della sua Persona e del suo Messaggio, vuol dire dilatare gli spazi della riconciliazione nella giustizia e nella carità.

Come abbiamo rilevato nella Bolla d'indizione dell'Anno Santo 1975 *Apostolorum Limina,* questi motivi fondamentali del Giubileo impongono, come conseguenza necessaria, una più vigorosa azione apostolica e missionaria della Chiesa : « Bisogna dunque che, durante l'Anno Santo, si ridesti un generoso impegno nel promuovere l'evangelizzazione, la quale va indubbiamente considerata come il primo punto da realizzare nel quadro di una tale attività. Difatti, " inviata da Dio alle genti per essere sacramento universale di salvezza ", la Chiesa pere-

grinante è per sua natura missionaria, e in tanto si rinnova nel suo» storico cammino, in quanto si rende disponibile ad accogliere e ad approfondire nella fede il Vangelo di Gesù Cristo, Figlio di Dio, ed insieme a darne l'annuncio salvifico, con la parola e con la testimonianza della vita ».

Se dell'Anno Santo abbiamo affermato che ((deve riflettere il carattere di cattolicità della vocazione al Vangelo », e che « deve dare al cuore della Chiesa le dimensioni del mondo », quale migliore occasione per attuare, in concreto, un simile proposito della celebrazione della Giornata Missionaria, chiamata dai suoi primi promotori « la vera festa dell'apostolicità, il gran giorno della cattolicità »? [1]

Significato missionario della conversione e della riconciliazione

La conversione, quale il battesimo esige, non presenta soltanto un aspetto negativo di allontanamento e di distacco dal peccato, ma anche e soprattutto un aspetto positivo — come conferma, del resto, la stessa etimologia — di orientamento e di avvicinamento a Dio e, nel nome di Dio, al prossimo. Per un cristiano autentico la glorificazione di Dio, l'amore per Lui e l'avvento del suo Regno sulla terra debbono costituire l'obiettivo principale della sua vita, in coerenza perfetta con le richieste fondamentali del *Pater Noster.* Ora, è proprio grazie all'attività, missionaria della Chiesa che ((Dio è pienamente glorificato, nel momento in cui gli uomini accolgono in forma consapevole e piena la sua opera di salvezza che ha compiuto in Cristo. Così grazie ad essa si realizza il piano di Dio, a cui Cristo in spirito di obbedienza e di amore-si consacrò per la gloria del Padre che l'aveva mandato, perché tutto il genere umano formi l'unico Popolo di Dio, si riunisca nell'unico Corpo di Cristo, si edifichi nell'unico Tempio dello Spirito Santo. E ciò, mentre riflette la concordia fraterna, risponde all'intimo desiderio di tutti quanti gli uomini ».[2]

Questa fraternità universale, in quanto siamo membri di una stessa famiglia con Gesù Cristo, come Fratello maggiore, sotto il medesimo Padre che sta nei cieli, esige una conversione, un'apertura, un avvicinamento a tutti i nostri fratelli. E la conversione ci obbliga, in primo-luogo, a conoscerli, giacché dobbiamo amarli e condividere con loro,

[1] Cfr. Lettera del Card. Van Rossum, già Prefetto della Saera Congregazione di Propaganda Fide, in data 8 agosto 1927.

[2] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 7.

altresì, i beni sia quelli di ordine materiale, che quelli di ordine morale e spirituale. Non si può, infatti, concepire una famiglia nella quale alcuni membri muoiono di fame ed altri sono nell'abbondanza; nella quale alcuni vivono esposti alle intemperie ed altri in comode abitazioni; nella quale alcuni non hanno mai sentito parlare di Gesù Cristo ed altri hanno a portata di mano tutti i mezzi di salvezza che la Chiesa possiede. Se formiamo una sola famiglia con tutti gli uomini, l'amore fraterno ci obbliga anche a riconciliarci con i fratelli di tutte le razze, lingue, culture e condizioni di vita. Ci sono davvero nel nostro « conto » molti peccati di omissione e di ingiustizia, dei quali dobbiamo chieder perdono al nostro prossimo.

La riconciliazione con i nostri fratelli comprende la riparazione di tali mancanze di giustizia e di carità, e costituisce, inoltre, il segno più certo della nostra riconciliazione con Dio: « Se ci amiamo gli uni gli altri, Dio abita in noi ».[3]

Necessità ed importanza di un rinnovamento di stampo missionario

Questa preoccupazione per tutti gli uomini, nel sentire i loro problemi come nostri e nell'aver profonda coscienza che ((ogni uomo è nostro fratello », questo vivo desiderio di riparare gli egoismi dei nostri Paesi e di noi stessi, sono elemento essenziale per impostare, in un senso genuinamente evangelico, una pastorale di conversione e di riconciliazione, che sfocia necessariamente in un rinnovamento di tutta la Chiesa.

La formazione di un'autentica coscienza missionaria deve poggiare sopra un radicale rinnovamento spirituale: prima di predicare il Vangelo, bisogna viverlo! ÏQ la vita di un cristiano o di una comunità che costituisce il suo primo annuncio missionario:[4] se non si è prima sperimentato personalmente che Cristo è il Salvatore, difficilmente si sentirà la necessità di farlo conoscere agli altri. Poiché la cattolicità — come dice il nostro Predecessore Pio XII nella sua Enciclica *Fidei Donum* — è « la nota principale della vera Chiesa »,[5] questa cattolicità, che vuole dire spirito missionario universalistico, deve essere elemento principale nella pastorale delle Chiese particolari, nelle quali sussiste vivo ed operante l'essere stesso della Chiesa, e deve informare di sé tutta l'azione pastorale che s'intende rinnovare. « Né bisogna dimen-

[3] *1 Io.* 4, 7; cfr. anche *Mt.* 5, 25.
[4] Cfr. *Atti* 3, 44; 5, 14.
[5] *A.A.S.* 49 (1957), p. 237...

ticare — si aggiunge nella medesima Enciclica — che questo spirituale fervore missionario, fomentato nelle vostre diocesi, è pegno di rinnovata vitalità religiosa, da cui esse saranno infiammate ... Se, dunque, la vita soprannaturale consiste nella carità e s'incrementa con l'impegno di donarsi, si può a buon diritto affermare che la vita cattolica di un qualsiasi Paese si misura dai sacrifici che essa spontaneamente si assume e sostiene per l'opera missionaria ».[6]

Questo principio trova conferma nel Concilio Vaticano II : ((La grazia del rinnovamento non può avere sviluppo nelle comunità, se ciascuna di esse non dilata gli spazi della sua carità sino ai confini della terra, dimostrando per quelli che sono lontani la stessa sollecitudine che ha per coloro che sono i suoi propri membri)).[7]

Necessità ed urgenza dell'evangelizzazione

La nostra incorporazione alla vita stessa del Cristo, iniziata nel Battesimo, accresciuta dalla Confermazione e perfezionata dall'Eucarestia, ci impegna totalmente nel piano divino della salvezza che egli venne a realizzare sulla terra. Sì, è vero che Dio « vuole che tutti gli uomini siano salvi e giungano alla conoscenza della verità ».[8] Ma questo piano, rivelato in maniera progressiva e che raggiunge il suo culmine in Cristo « mediatore e pienezza di tutta la Rivelazione »,[9] presenta due specifiche proprietà. Il piano salvifico non si estènde solamente ad alcuni uomini o ad alcuni gruppi umani, bensì a tutti gli uomini ed a tutti i popoli. D'altra parte, « la chiamata alla fede e la risposta del credente non si verificano in maniera isolata ed escluso qualsiasi legame reciproco », ma in seno ad un popolo « che Lo riconoscesse nella verità e fedelmente Lo servisse ».[10]

Questo Popolo di Dio, soggetto comunitario della fede e della vita soprannaturale, è la Chiesa, alla quale è stato affidato il deposito della Rivelazione non perché lo custodisca sotto terra, ma perché lo metta a disposizione di tutti gli uomini.[11] Noi speriamo e confidiamo che, du-

[6] *Ibid.,* p. 243.

[7] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 37.

[8] *1 Tim. 2,* 4.

[9] Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* n. 7.

[10] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 9, cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 2.

[11] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* nn. 1, 29, 35; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 2; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 13.

rante l'Anno Santo, tutti i fedeli e tutte le comunità prendano coscienza di questo impegno missionario universale, che, derivando dalla stessa natura missionaria della Chiesa cattolica, è anche proprio di tutte le Chiese e comunità locali, e di tutti e di ciascun cristiano.

Consideriamo, inoltre, che lo Spirito Santo, il quale opera sempre in perfetta armonia col piano salvifico del Padre e con la natura essenzialmente missionaria della Chiesa, realizza nel medesimo tempo un duplice movimento convergente: da un lato, spinge i popoli non cristiani verso la Chiesa e, dall'altro, infonde nelle anime dei battezzati 10 spirito missionario. Cristo dal cielo — afferma il Concilio — mediante lo Spirito « opera incessantemente nel mondo, per condurre gli uomini alla Chiesa».[12] «Lo Spirito Santo unifica tutta la Chiesa vivificando le istituzioni ecclesiali ed infondendo nel cuore dei fedeli 11 medesimo spirito missionario, da cui era spinto lo stesso Cristo ».[13]

L'opera di evangelizzazione, oltreché necessaria, è urgente : anzitutto in ragione della carità divina, che è il supremo motivo che la sollecita, e poi anche come risposta alle gravi necessità spirituali del mondo attuale. *Caritas Christi urget nos:*[14] da quando San Paolo ha dettato questa espressione, il panorama religioso del mondo presenta caratteristiche che ci preoccupano e rattristano. Lo sviluppo dell'azione missionaria della Chiesa continua troppo lentamente. Suol dirsi, a titolo di scusa, che la Chiesa deve imitare la pazienza di Dio. Questo è vero : Dio è paziente, perché è eterno; Dio ha la sua ora, né noi possiamo, nella nostra ansia, pretendere di anticipare l'ora di Dio. Dimentichiamo, però, che siamo noi, con i nostri colpevoli egoismi, con la nostra accidia e mancanza di zelo missionario, che obblighiamo, per così dire, Dio a mostrarsi paziente, a seguir quasi il passo che vogliamo tener noi.

Dio è Amore e, come tale, desidera vivamente di comunicarsi agli uomini. Non sono forse sgorgate dal Cuore di Cristo queste parole, ardenti come la lava di un vulcano : « Sono venuto a portare il fuoco sulla terra, e che cosa desidero se non che sia acceso? ».[15] Parimenti, il mondo attuale, il quale, attraverso i segni del nostro tempo, si rivolge alla Chiesa perché corra in suo aiuto e dia completa risposta alle sue crescenti inquietudini ed aspirazioni, è come il Macedone della visione

[12] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 48.

[13] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 4.

[14] *2 Cor.* 5, 14.

[15] *Lc.* 12, 49.

di San Paolo : « Vieni in Macedonia, e aiutaci)) ![16] Quanti siamo figli della Chiesa, possiamo e dobbiamo rispondere come l'Apostolo delle Genti e ripeter con lui : « Non mi glorio se annuncio il Vangelo, perché è un obbligo che mi è imposto; e guai a me, se non annunciassi il Vangelo ! ».[17]

Le Pontificie Opere Missionarie
strumento efficace per aiutare l'evangelizzazione

Al presente la Chiesa dispone di uno strumento provvidenziale, perché tutto il Popolo di Dio possa assolvere adeguatamente il suo sacro compito missionario : le Pontifìcie Opere Missionarie. Se queste non esistessero, bisognerebbe crearle.

A disposizione immediata del Vicario di Cristo e, con lui, del Collegio Episcopale, esse costituiscono il principale e più efficace strumento per educare il Popolo di Dio nell'autentico spirito universalistico e missionario ; per promuovere, nella loro multiforme varietà, le vocazioni missionarie (non si dimentichi che una di queste Opere, l'Unione Missionaria, di tale finalità ha fatto la principale ragione pratica della sua esistenza) ; e per sviluppare in maniera permanente la carità nel suo duplice aspetto, spirituale e materiale, sempre all'insegna della più piena cattolicità.

Ë nostro vivo desiderio, come già ripetutamente l'espressero i nostri venerati Predecessori, che tali Opere si costituiscano, si consolidino e fioriscano non solo nelle Chiese di antica cristianità, ma anche nelle Chiese giovani, comprese le più recenti, quale segno chiaro della comunione ecclesiale e dell'universalismo missionario che a tutte loro è connaturale.

Ai dirigenti e collaboratori di dette Opere, sparsi per tutto il mondo, noi amiamo ripetere le parole che abbiamo rivolto poco tempo fa durante la riunione, svoltasi in Roma, dei loro Consigli Superiori Generali : « A Voi spetta l'onere e l'onore di tenere sveglia nei vostri Paesi questa consapevolezza, e di infondere instancabilmente in tutti gli strati dell'opinione pubblica, e in particolar modo nelle parrocchie e nelle organizzazioni cattoliche, quel *sensus Ecclesiae* che, unico, può conservarle immuni da ogni particolarismo, ed alimentare costantemente la fiamma della generosità consapevole e gioiosa in un

[16] Cfr. *Atti* 16, 9-10.
[17] *1 Cor.* 9, 16.

ampio respiro che abbracci tutte le Missioni e ne prenda sempre più a cuore le sorti, affidate alla buona volontà, allo zelo, allo spirito d'iniziativa dei figli della Chiesa ».[18]

Ci piace terminare il nostro Messaggio ripetendo l'orazione che leggiamo nella liturgia della festa del Patrono delle Missioni, San Francesco Saverio : « Fa', o Signore, che la tua Chiesa trovi la sua gioia nell'evangelizzazione di tutti i popoli ». Nel nome del Signore, a tutti voi che lavorate con vero zelo per le Missioni e vi apprestate a celebrare la prossima Giornata Missionaria, noi auguriamo una intima letizia che il mondo non può dare : quella di aver trovato il vero senso della vostra vita, partecipando con Cristo alla realizzazione del piano divino dell'universale salvezza.

Dal Vaticano, nella solennità degli Apostoli Pietro e Paolo, 29 giugno dell'anno 1974, dodicesimo del nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

[18] *A.A.S.* 66 (1974), p. 342.

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

***die** 12 **Iunii** 1971.* — **Metropolitanae Ecclesiae Materanensi praefecit Exc. P. D. Michaelem Giordano, hactenus Episcopum titularem Laritanum.**

die 20 Iunii. — **Cathedrali Ecclesiae Alexandrinae in Ontario R. P. D. Eugenium Philippum Larocque, curionem ad Sanctam Annam in oppido vulgo *Tecumseh* dioecesis Londonensis.**

die 25 Iunii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Macrianensi in Mauretania R. P. D. Ioannem Sherlock, e clero dioecesis Hamiltonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Geraldi Emmett Carter, Episcopi Londonensis.**

die** 1 **Iulii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Tigualensi R. D. Marium E. Rios Mont, sodalem Congregationis Missionis, quem constituit Praelatum Escuintlensem.**

die 6 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Portus Gratiae, noviter erectae, R. P. D. Michaelem Saudreau, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis.**

die 8 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Zipaquirensi Exc. P. D. Rubén Bui trago Trujillo, hactenus Episcopum titularem Aquaeflaviensem.**

die 11 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Linarinae R. P. Raphaelem Gallardo García, sodalem Ordinis Fratrum S. Augustini, superiorem provincialem in Dicione Mexicana.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Murthlacensi R. P. D. Thomam W. Lyons, e clero archidioecesis Vashingtonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gulielmi W. Baum, Archiepiscopi Vashingtonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Valle-Valliensi R. P. Eugenium Marino, Vicarium Generalem Societatis Sodalium Sancti Ioseph a Sacro Corde, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P.D. Gulielmi W. Baum, Archiepiscopi Vashingtonensis.

die 13 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Papantlensi R. D. Ianuarium Alamilla Arteaga, e clero dioecesis Tampicensis, secretarium generalem Conferentiae Episcopalis Mexicanae.

— Cathedrali Ecclesiae Apatzinganiensi R. D. Iosephum Fernández, curionem paroeciae B. M. V. a populo « de los Angeles » nuncupatae in urbe Tulancingensi.

die IS Iulii. — Cathedralibus Ecclesiis Savonensi et Naulensi R. P. D. Franciscum Sibilla, e clero archidioecesis Ianuensis, proconsiliarium sodalitatis ab Actione Catholica Italica.

die 16 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Portus Montt Exc. P. D. Eladium Vicuña Aránguiz, hactenus Episcopum Chillanensem.

die 17 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Insulae Cathensis R. P. D. Gulielmum A. Hughes, Vicarium Generalem dioecesis Youngstoniensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iacobi G. Malone, Episcopi Youngstoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Abercorniensi R. P. D. Richardum S. Hanifen, Cancellarium Curiae archidioecesis Denveriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iacobi V. Casey, Archiepiscopi Denveriensis.

die 20 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Numidia R. P. D. Iosephum Mercieca, presbyterum dioecesis Gaudisiensis, Praelatum Auditorem Sacrae Romanae Rotae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Gonzi, Archiepiscopi Melitensis.

die 2l¡. Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Laritanae R. D. Alfredum Iosephum Rodríguez Figueroa, e clero dioecesis Valentinae in Venetiola, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Ali Lebrun Mora tinos, Archiepiscopi titularis Vocariensis, Coadiutoris cum iure successionis et Administratoris Apostolici « sede plena » archidioecesis Caracensis.

die 3 Augusti. — Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Candidi Rada Senosiain, Episcopi Guarandensis, constituit Exc. P. D.

Radulfum López Mayorga, Episcopum titularem Casensem in Numidia, hactenus Auxiliarem eiusdem Episcopi Guarandensis.

die 8 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Obbensi praefecit R. P. Albertum Geraldum Iaramillo, sodalem Societatis Presbyterorum a S. Sulpitio, professorem in seminario maiori bogotensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Angeli Arce Vivas, archiepiscopi Popayanensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Rubribaculensi Exc. P. D. Iosephum V. Sullivan, hactenus Episcopum titularem Thagamutensem et Auxiliarem Episcopi Kansanopolitani-Sancti Iosephi.**

die 9 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Rosmarkensi R. P. Aloisium Gonzaga Langevin, e societate Missionariorum Africae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alberti Sanschagrin, Episcopi Sancti Hyacinthi.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Septimuniciensi R. P. D. Kenedum A. Angeli, Cancellarium Curiae dioecesis Providentiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ludovici E. Gelineau, Episcopi Providentiensis.**

die 12 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Oescensi R. P. D. Gaudentium Rosales, curionem ad Immaculatam Conceptionem B. M. V. in oppido vulgo** ***Batangas*** **archidioecesis Lipensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iacobi L. Sin, Archiepiscopi Manilensis.**

die 22 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Quicensi Exc. P. D. Ioannem Gerardi Conedera, hactenus Episcopum Verae Pacis.**

II

RICHMONDIENSIS - VILMINGTONIENSIS - VHELINGENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium regimini consuli possit, Exc.mus P. D. Walter F. Sullivan, Administrator Apostolicus « sede vacante » dioecesis Richmondiensis, Exc.mus P. D. Thomas J. Mardaga, Episcopus Vilmingtoniensis, et Exc.mus P. D. Iosephus H. Hodges, Episcopus

Vhelingensis, nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur iidemque cum limitibus civilibus convenirent.

Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, audita Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis et praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi tit. Zuritani atque in praefata natione Delegati Apostolici, de consilio Em.morum Patrum Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, ratus huiusmodi immutationes animarum bono valde profuturas, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, ea quae sequuntur statuit :

a dioecesi Vilmingtoniensi seiungit Comitatus vulgari sermone *Aceomack* et *Northampton* nuncupatos illosque perpetuo adsignat dioecesi Richmondiensi ;

a dioecesi Vhelingensi territorium separat quod intra fines Status vulgo *Virginia* extenditur et illud perpetuo adnectit dioecesi Richmondiensi ;

vicissim a dioecesi Richmondiensi distrahit territorium quod intra fines Status vulgo *West Virginia* extenditur et illud perpetuo adsignat dioecesi Vhelingensi.

Eadem Sanctitas Sua, sic immutatis praefatarum dioecesium finibus, mandat ut documenta et singula acta quae praedicta territoria respiciunt a Curia *a qua* ad Curiam dioecesis cui illa noviter sunt aggregata tradantur; ad clerum vero quod attinet, decernit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut ecclesiasticum officium legitime detinent ; ceteri vero sacerdotes, clerici, Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinentur, in cuius territorio legitime habent domicilium. Praefatarum tamen dioecesium Episcopis Ordinariis fas erit — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Sanctitas Sua memoratum Exc.mum P. D. Ioannem Jadot deputat, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum

in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis mittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 28 mensis Maii anno 1974.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. 8 S.

Godefridus Mariani, *Subsecretarius*

III

SANCTAE MARIAE ORMENSIS - TIMMINSENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mus P. D. Alexander Carter, Episcopus Sanctae Mariae Ormensis, et Exc.mus P. D. Iacobus Landriault, Episcopus Timminsensis, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Vidonis Dei Mestri, Archiepiscopi tit. Tuscamiensis et in Canadia Pro-Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, ea quae sequuntur decernit.

1. A dioecesi Sanctae Mariae Ormensis separat atque perpetuo dioecesi Timminsensi adnectit integrum territorium paroeciae Ascensionis D.N.I.C, in *Matachewan,* ita ut integrum territorium districtus civilis *Temiskaming* ad dioecesim Timminsensem pertineat.

2. A dioecesi Timminsensi vicissim separat territorium quod intra fines districtus civilis *Nipissing* situm est et illud perpetuo dioecesi Sanctae Mariae Ormensis assignat, ita ut totum territorium praefati districtus civilis *Nipissing* ad dioecesim Sanctae Mariae Ormensis pertineat.

Quapropter omnia acta et documenta territoriorum, quae supra memorata sunt, clericos, fideles et bona temporalia respicientia ab eis ad quos •spectat, quam primum fieri poterit, novae cuique Curiae episcopali tradantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem •clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia exsequenda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Vidonem Dei Mestri deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem mittendi, cum primum fas «erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 28 Iunii anno 1974.

83 SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. œ S.

Godefridus Mariani, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 22 Iunii 197Jf. — Titulari, pro hac vice, Archiepiscopali Ecclesiae Zellensi praefecit R. P. D. Angelum Acerhi, Antistitem Urbanum, quem deputavit Pro Nuntium Apostolicum in Nova Zelanda et Delegatum Apostolicum Pacifici Oceani Insularum.

die 1 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Melburnensi Exc. P. D. Thomam Franciscum Little, hactenus Episcopum titularem Temunianensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kimberleyensi Exc. P. D. Hervinum Hecht, hactenus Episcopum titularem Obbensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ahmedabadensi R. P. Carolum Gomes, Societatis Iesu, litterarum scholae S. Xaverii in oppido vulgo Gandhinagar nuncupato directorem.

— Cathedrali Ecclesiae Buganvillensi R. D. Gregorium Singkai, e clero saeculari dioecesano, Collegii ecclesiastici in civitate « Bomana » siti Rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Kaolackensi R. D. Hadrianum Sarr, autochthonem sacerdotem archidioecesis Dakarensis, Seminarii minoris Rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Quinhonensi R. D. Paulum Huynh dông Cae, e clero saeculari nativo, Rectorem Seminarii minoris ac in praesenti Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Seguensi R. D. Iulianum Sidibè, sacerdotem saecularem archidioeceseos Bamakoënsis, Catechistarum institutionis directorem.

— Cathedrali Ecclesiae Xuanlocensi R. D. Dominicum Nguyên van Lang, Curiae dioecesanae Secretarium atque professorem iuris canonici apud maius Seminarium Longxuyense.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aquaeflaviensi R. P. Stephanum Naidoo, Congregationis SS. Redemptoris sodalem, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Eugenii S. R. E. Cardinalis McCann, Archiepiscopi Civitatis Capitis seu Capetovnensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Saelesiensi R. D. Nicolaum Huynh van Nghi, sacerdotem archidioecesis Saigonensis, parochum in oppido vulgo Tân-Dinh appellato atque Operis caritatis directorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Pauli Nguyên van Binh, Archiepiscopi Saigonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Temunianensi R. P. D. Hermannum Paivu, e Rabaulensi archidioecesi, Antistitem Urbanum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Vergilii Patricii Copas, Archiepiscopi Portus Moresbiensis.

II

NOMINATIO

Decreto ut infra dato, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit :

die 21 Iunii 1971/. — R. P. Ioannem Hendriks, Societatis Missionariorum S. Iosephi de Mill Hill sodalem, *Administratorem Apostolicum ((sede plena et ad nutum Sanctae Sedis* » dioecesis Basankusuensis.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BUSCODUCENSIS

Nullitatis matrimonii et Querelae nullitatis (Adrians - Hoogaars)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Antonii Iosephi Mariae Hoogaars, partis conventae in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum aut per se aut per procuratorem legitime constitutum coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma) in diem 8 octobris 1974, hora decima cum dimidio, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An constet de nullitate sententiae affirmativae Tribunalis Buscoducensis, die 21 decembris 1971, et consequenter etiam decreti ratihabitionis Tribunalis Ultraiectensis diei 8 novembris 1978; et quatenus affirmative vel negative, attenta commissione pro novo examine H. S. Tribunali a Signatura Apostolica peracta decreto diei* 4 *februarii 197^ n. 1$85. An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti domini Antonii Iosephi Mariae Hoogaars, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Raphael Funghini, *Notarius*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 mensis iunii a. 1974.

Ioseph Palazzini, *Ponens*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Antoine Joseph Marie Hoogaars, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le**

8 octobre 1974, à 10,30 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité de la sentence affirmative rendue par le tribunal de Bois-le-Duc le 21 décembre 1911, et aussi, par conséquent, de la nullité du décret de confirmation émis par le tribunal d'Utrecht le 8 novembre 1973?

Et, que la réponse soit affirmative ou négative, vu la commission de procéder à un nouvel examen confiée à ce S. Tribunal par la Signature Apostolique (décret n. 4335 du 4 février 1974), conste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit Antoine Joseph Marie Hoogaars, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubium, respondendum esse censuerunt ut infra :

(De decreto ratihabitionis in causis matrimonialibus)

D. - Utrum in decreto de quo in Motu Proprio *Causas Matrimoniales,* **VIII § 3 et IX § 1, simpliciter declarare sufficiat collegium decisionem primi gradus ratam habere, vel ad ordinarium examen secundi gradus causam admittere; an vero requiratur ut, ad instar sententiae,, rationes in iure et in facto contineat decretum.**

R. - *Negative ad primum, Affirmative ad secundum,* **seu, attentis principiis generalibus processus canonici (cf. cc. 1840 § 3, 1874 § 4, 1875 C. I. C.) quibus per Litteras Apostolicas** *Causas Matrimoniales,* **Motu Proprio datas, die 28 martii 1971, non derogatur necnon momento decisionis secundae instantiae, a qua dari potest recursus ad superius; Tribunal, rationes sive in iure sive in facto esse in eiusdem decreto-saltem brevi seu summario modo indicandas, sive agitur de rata habenda seu confirmanda sententia affirmativa praecedentis gradus, sive de admittenda causa ad ordinarium ulterioris gradus examen.**

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 14 februarii 1974 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. PELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

18 luglio 1974. Gli E.mi Signori Cardinali Tabera Araoz Arturo, Knox James Robert, Brandão Vilela Avelar, Guyot Louis Jean, *Membri della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » S. E. Mons. Pironio Eduardo, Vescovo di Mar del Piata, *Membro della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

22 » » S. E. il Sig. Cardinale Knox James Robert, Prefetto delle Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti e per il Culto Divino, *Membro della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico.*

» » » S. E. Mons. Marusyn Miroslav Stefan, Vescovo eletto tit. di Cadi, *Membro della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei Decreti del Concilio Vaticano II.*

24 » » S. E. il Sig. Cardinale Oddi Silvio, *Membro della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Raimondi Luigi e Knox James Robert, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi e del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

30 » • » I Rev.di Padri Riva Silvio e Audinet Jacques, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero.*

L2 agosto » S. E. Mons. Contreras Navia Sergio, Vescovo tit. di Sempta ed Ausiliare dell'Arcivescovo di Concepción, *Consultore del « Consilium de Laicis ».*

» » » Il dott. Kronenberg Friedrich, *Membro del « Consilium de Laicis ».*

An. et yol. LXVI 30 Septembris 1974 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DAËTIENSIS

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Gacerensi alia quaedam conditur dioecesis, nomine « Daëtiensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Requirit maximopere apostolicum officium Nostrum, idque perdiligenter absolvere studemus, ut commissis procurationi Nostrae communis omnium Pastoris fidelibus perquam commode prospiciamus. Quo cum proposito Nostro cum vota coniuncta essent et preces Venerabilis Fratris Theopisti Alberto et Valderrama, Archiepiscopi Cacerensis, petentis ut sua e dicione aliam excitaremus dioecesim et constitueremus, adhibitis precibus accedendum Nos esse putavimus. De sententia igitur tum Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia et tunc in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, tum Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Cacerensi territorium separamus, quod civilibus finibus provinciae vulgo Camarines Norte continetur, eoque dioecesim condimus *DaMiensem* appellandam, finibus immutatis, cuius praecipua sedes in urbe vulgo « Daet)) erit, episcopalis vero magisterii

cathedra in templo Sancti Ioannis Baptistae, ibidem exstante, quod ad cathedralis dignitatem attollimus, iustis datis iuribus. Episcopus autem, praeter debita iura, obligationes habebit, ad officium spectantes. Mandamus insuper ut condita dioecesis suffraganea sit metropolitanae Sedi Cacerensi, atque Episcopus eiusdem Ecclesiae Metropolitae obnoxius; ut mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, fidelium oblatis pecuniis bonorumque parte eidem ad normam canonis 1500 C. I. C. obvenientium; ut, quoadusque Canonicorum Collegium constituatur, consultores dioecesani deligantur; ut, quod spectat dioecesis regimen, administrationem, vicarii capitularis electionem, fidelium iura et onera atque id genus alia, sacri canones serventur; ut, ad seminarium quod attinet eiusque alumnorum institutionem, sive commune ius adhibeatur sive normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » peculiaresque Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica leges; ut, dioecesi rite constituta, sacerdotes ei addicantur, in qua beneficium vel officium habeant, ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant ; ut denique documenta et acta, novam dioecesim quodammodo respicientia, in eiusdem tabularium transferantur, religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos; qui autem negotium perfecerit congrua documenta exaranda studeat, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittenda.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimoseptimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

83 Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. 260899.

II

VIRACENSIS

Quibusdam detractis territoriis a dioecesi Legazpiensi nova alia conditur, nomine « Viracensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divino Christi mandato obsequentes, quod cum Romano Pontificatu accepimus, cunctis hominibus accommoda ad supernam aeternamque salutem consequendam subsidia comparandi, censuimus optime fieri, si precibus accederemus Venerabilis Fratris Theotimi Pacis, Episcopi Legazpiensis. Etenim, post auditam Conferentiam Episcopalem Insularum Philippinarum, ipse ab Apostolica Sede petiit, ut sua e dioecesi certis detractis territoriis nova quaedam ecclesiastica circumscriptio constitueretur. De sententia igitur sive Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitano in Galatia atque in Insulis Philippinis tunc Apostolici Nuntii, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. A dioecesi Legazpiensi, quam diximus, integrum territorium separamus civilis provinciae vulgo Catanduanes nuncupatae eoque novam dioecesim condimus, ab urbe Virac *Viracensem* **appellandam iisdemque finibus limitandam ac ea provincia civilis limitatur. Conditae dioecesis sedem in urbe Virac collocari iubemus, episcopalem vero magisterii cathedram in templo Deo dicato in honorem B. M. V. Immaculatae, cui quidem congrua iura damus huiusmodi sacris aedibus propria ; pro tempore autem Episcopo et iura debita concedimus et obligationes imponimus, ad normam iuris. Praecipimus insuper ut Viracensis dioecesis mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, fidelium sponte oblatis pecuniis atque iis bonis, quae eidem obvenerint ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici; ut suffraganea sit metropolitanae Sedi Cacerensi, sicut Episcopus eiusdem Ecclesiae Archiepiscopo Metropolitae; ut, pro Canonicis, consultores dioecesani deligantur; ut Seminarium struatur, cuius alumni iuxta communis iuris praescripta formentur, prae oculis praeterea habitis normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » ac peculiaribus**

Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica legibus; ut, dioecesi constituta, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio beneficium vel officium habeant, ceteri autem, una cum clericis Seminariique tironibus ei, in qua legitimo domicilio degant; ut omnia documenta ad novam cathedralem Sedem pertinentia a Curia episcopali Legazpiensi ad Viracensem transferantur, in tabulario religiose custodienda; ut denique quod dioecesis regimen spectat, administrationem, vicarii capitularis, sede vacante, electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quod sacri canones praescribunt ad amussim servetur. Haec autem quae mandavimus ad effectum perducenda curet Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis, qui est in praesens in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, vel per se vel per alium delegatum sacerdotem. Qui vero negotium perfecerit sueta documenta exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Apostolicam hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo et vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Massimi, ***Proton. Apost.***

Ioannes Coppa, ***Proton. Apost. s.n.***

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 260897.

III
ARLINGTONENSIS

Quibusdam separatis territoriis a dioecesi Richmondiensi nova dioecesis constituitur, nomine « Arlingtonensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supernae Christifidelium utilitati quo aptiore fieri posset modo consulere cupientes, censuimus votis et precibus accedendum esse Venerabilis Fratris Valtheri F. Sullivan, ad hunc usque diem Administratoris ((sede vacante » dioecesis Richmondiensis, qui, audita Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, ab Apostolica Sede petiit, ut, dioecesis Richmondiensis diviso territorio, alia constitueretur dioecesis. Quapropter, de sententia sive Venerabilis Fratris Ioannis Jadot, Archiepiscopi titulo Zuritani et in iisdem Foederatis Civitatibus Delegati Apostolici, sive Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. A dioecesi Richmondiensi haec separamus territoria, seu comitatus, vulgo Arlington, Clarke, Culpeper, Fairfax, Fauquier, Frederick, King George, Lancaster, Loudon, Madison, Northumberland, Orange, Page, Prince William, Rappahannock, Richmond, Shenandoah, Spotsylvania, Stafford, Warren et Westmoreland, iisque novam condimus dioecesim *Arlingtonensem* appellandam atque iisdem finibus limitandam ac simul sumpti comitatus, quos diximus. Constitutae dioecesis sedes episcopalis in urbe vulgo Arlington erit, episcopalis vero magisterii cathedra in templo Deo dicato in honorem S. Thomae More, in ea urbe exstante, quod ad cathedralium dignitatem evehimus, concessis debitis iuribus; item pro tempore Episcopo congrua iura damus atque obligationes imponimus, dignitatis atque officii propriis. Mandamus praeterea ut mensa episcopalis Curiae bonis constituatur, fidelium sponte oblatis pecuniis rebusque ei obvenientibus ad normam canonis 1500 Codicis Iuris Canonici ; ut pro Canonicis consultores dioecesani in praesens deligantur, ad normam iuris communis; ut, ad Seminarii aedificationem quod attinet alumnorum-^ que formationem, leges canonicae serventur, normae Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius)) et peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae ; ut, constituta rite dioecesi, eo ipso

sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio ecclesiasticum beneficium vel officium habeant, ceteri vero ei, in qua legitime degant; ut documenta et acta ad conditam dioecesim pertinentia in eiusdem Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda; ut denique dioecesis Arlingtonensis suffraganea sit metropolitanae Sedi Baltimorensi, eiusdemque Episcopus eius archiepiscopalis Ecclesiae Metropolitae. Haec autem, quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Ioannes Jadòt, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, suetaque documenta exaret, ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittenda.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eduardus Martínez
Adsessor

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost. s.n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 260876.

IV

NEO-VESTMONASTERIENSIS

Detractis quibusdam territoriis ab eparchia Edmontonensi quaedam alia conditur, nomine « Neo-Vestmonasteriensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum territorii amplitudo eparchiae Edmontonensis Ucrainorum, in Canadensi Natione patentis, fideliumque grandior in dies eius multitudo id requirerent, ut, ad aptius animarum utilitati prospiciendum, nova quaedam excitaretur ibi locorum circumscriptio, visum est Nobis esse votum et preces accipienda sive Apostolici ea in regione Pro-Nuntii sive sacri Edmontonensis Praesulis, eam agentium causam. Audita igitur

hoc super negotio sententia Venerabilis Fratris Nostri S. E. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, apostolica Nostra potestate sequentia decernimus. Partita Edmontonensi eparchia novam constituimus, *Neo-Vestmonasteriensem* appellandam, cuius ii erunt fideles byzantini Ucrainorum ritus, qui incolae in territorio Provinciae Britannicae Columbiae degunt, ac praeterea in territorio Yuconensi atque in iis, quae inter septemtrionem et occasum solis a linea 120 ad 141 extenduntur. Sic conditae eparchiae sedes in urbe vulgo « New Westminster » erit, magisterii vero pastoralis cathedra in paroeciali sacra aede a SS. Eucharistia nuncupata, quam scilicet ad cathedralis dignitatem evehimus. Mandamus praeterea, ut eparchia Neo-Vestmonasteriensis suffraganea sit metropolitanae Sedi Vinnipegensi Ucrainorum ; eparchiales consultores in ea deligantur, sacro eiusdem Praesuli in gerendis negotiis assistentium, una profecto cum presbyterali et pastorali Consiliis; eius mensa eparchialis sive fidelium sponte oblatis pecuniis efficiatur, sive paroeciarum tributis, sive bonis ad eandem pertinentibus ; alumni, in sortem Domini vocati, ad seminarium illud mittantur ecclesiasticis disciplinis imbuendi, quod Eparchae sententia aptius habeatur, donec videlicet peculiare quoddam a sacra Ucraina Hierarchia in Canadensi regione exstruatur ; ceterum, ut eparchiae eiusque sacrorum Antistiti omnia iura ac privilegia competant, quae in Iure Canonico pro Ecclesiis Orientalibus vigente recensentur, in Litteris praesertim Apostolicis « Cleri sanctitati » a can. 392 ad 526, servatis insuper decretis Concilii Vaticani II ceterisque Apostolicae Sedis praescriptis.

Haec quae mandavimus ad effectum de more adducantur actique negotii congrua documenta ad S. Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur, rite signata sigilloque impressa.

Hanc autem Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n.261901.

V

PALGHATENSIS

Detractis quibusdam territoriis ab eparchia Trichuriensi nova quaedam conditur, nomine « Palghatensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolico requirente officio Nostro, aptius in dies videlicet christianorum fidelium coetibus consulendi, visum est Nobis omnino esse accipiendam sententiam Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, de eparchia nempe Trichuriensi dividenda deque nova intra Indiae fines ex ea constituenda; maxime enim tum territorii amplitudine patebat tum fidelium affluebat multitudine. Summa igitur usi Nostra potestate, ex eparchia Trichuriensi, quam diximus, territorium separamus, quod constat civilibus districtibus vulgato nomine « Palghat >) et <(Coimbatore » appellatis, addita quoque civitate Karur, e districtu Trichinopolitano, atque exinde novam Malabarensis ritus eparchiam constituimus, ab urbe Palghat *Palghatensem* appellandam. Praecipimus insuper, ut sedes sic constitutae ecclesiasticae circumscriptionis in eadem urbe Palghat ponatur, eparchialis autem magisterii cathedra in templo, Deo dicato in honorem Sancti Raphaelis, ibi extante, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, congruis tributis iuribus, utque suffraganea sit metropolitanae Sedi Ernakulamensi. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur, deque perfecto negotio sueta documenta exarentur et ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur.

Hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Massimi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 261920.

VI
PORTUS GRATIAE

Detractis territoriis ab archidioecesi Rothomagensi nova dioecesis constituitur, nomine « Portus Gratiae ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum II de aptiore, fidelium necessitatibus accommodanda, dioecesium dispositione suasit, ad archidioecesim Rothomagensem, quae in Galliae finibus patet, pertinere videntur. Eius enim occidentalis pars eo crevit ob incolarum numerum, eo ob socialium rerum incrementum progressa est, ut distinctam requireret dioecesim suorumque sacrorum peculiarem Antistitem. Libenter igitur votis accedendum esse putavimus tum Venerabilis Fratris Andreae Pailler, Archiepiscopi Rothomagensis, tum Venerabilis Fratris Egani Righi Lambertini, Archiepiscopi titulo Docleensis et in Gallia Apostolici Nuntii, petentium ut ibi locorum novam ecclesiasticam circumscriptionem conderemus, atque,. audita hoc super negotio Conferentia Episcoporum Galliae, sequentia decernimus. A Sede Rothomagensi territorium separamus civilis districtus vulgo « Le Havre)), exceptis pagis vulgo nuncupatis « Ourville en Caux », « Ancourteville sur Héricourt », « Anvéville », « Beuzeville la Guérard », ((Carville Pot de Fer », « Cleuville », « Le Hanouard », ((Hautot PAuvray », ((Héricourt en Caux », « Oherville », « Robertot », « Routes », ((Sommesnil », « Saint Vaast Dieppedalle », « Thiouville », « Veauvilie Lesquelles», « Criquetot le Mauconduit », « Vinnemerville », « Hautot le Vatois » et « Rocquefort », eoque dioecesim condimus, *Portus Gratiae* ex antiquiore quadam appellatione denominandam, atque Sedi Rothomagensi metropolitanae tamquam suffraganeam subiciendam. Eius sedes in urbe « Le Havre » ponatur, episcopalis vero magisterii cathedra in templo Beatae Mariae Virginis ibidem exstante, quod ad cathedralis dignitatem evehimus, debitis concessis iuribus. Episcopus autem congruas obligationes, praeter iusta iura, habebit. Consultores dioecesani praeterea deligantur ad normam iuris, usque dum Canonicorum collegium constituatur. Ad Seminarii exstructionem

^quod spectat alumnorumque educationem ius commune servetur, prae oculis habitis normis Decretai Concili Vaticani II « Optatam totius » et peculiaribus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica legibus. Ad episcopalem mensam quod attinet, Curiae emolumentis eadem constet, a fidelibus sponte oblatis pecuniis atque bonorum divisione, iuxta peculiarem conventionem Ordinariis quorum interest ineundam, ratione habita piorum fundatorum seu oblatorum voluntatis. Ad clerum autem quod spectat mandamus, ut, dioecesi Portus Gratiae rite constituta, clerici Ecclesiae illi addicantur, in cuius territorio beneficium vel officium ecclesiasticum habeant, aut legitime degant; fas tamen iis erit, iuxta conventionem inter Ordinarios statuendam, alteri dioecesi incardinationem petere, statim vel intra quinquennium. Cetera ad iuris canonici praescripta fiant. Acta denique et documenta novam dioecesim respicientia in eius Curiam quam primum transmittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Eganus Righi Lambertini, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, congruis effecti negotii exaratis documentis iisque ad Sacram Congregationem pro Episcopis missis.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 268802.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. Carolus Borromeo praecipuus Patronus confirmatur Carmelitani Fratrum Discalceatorum Provinciae Lombardae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam ardens per saeculorum decursum fuerit sodalium Ordinis Fratrum Discalceatorum B. M. V. de Monte Carmelo, in provincia Lombarda degentium et operantium, erga sanctum Carolum Borromeo religio; quam adsiduum eorum studium, ut praeclarissima sancti illius Mediolanensis Episcopi exempla imitationi sibi sumerent, tum plurima, quae in ea regione exaedificata sunt coenobia significanter produnt, tum quae ad eiusdem inter christianos fideles fovendam pietatem multa et egregia ab illis absoluta sunt coepta. Quapropter, maximopere confisi, ut, quae vivens in ipsorum utilitatem egerit, eadem, vel immo ampliora, in beatorum civitatem acceptus, a Deo pro iis intercederet, censuerunt provinciae Lombardae, quam diximus, Carmélites Fratres et postulaverunt, ut, loco sancti Angeli martyris, quem hucusque venerati sunt et adprecati, sanctus Carolus Borromeo praecipuus eorum patronus fieret et pronuntiaretur. Quibus votis et precibus cum libenter accesserint Ordinis eiusdem provinciae moderatores, cumque rite, ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum propriis recognoscendis, ab Apostolica Sede petierint, ut peracta designatio confirmaretur, Nos, de sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, apostolica Nostra potestate Sanctum Carolum Borromeo praecipuum Fratrum Discalceatorum B. M. V. de Monte Carmelo, qui in provincia Lombarda degunt, Patronum confirmamus, seu iterum constituimus et renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae talibus Patronis competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Iunii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 258904.

II

Sanctuarium Mariae Sanctissimae Fontis Novi in Dioecesi Pisciensi ad Basilicae Minoris gradum et dignitatem evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Si quis excellentem atque admirabilem respexerit dignitatem, qua Beatissima Virgo Maria, Divini scilicet Redemptoris Mater, undique circumdatur, continuo certe intelleget etiam ipse quam ob rem Ecclesia Catholica tot modis non tantum spiritualibus verum aspectabilibus quoque eam semper per orbem terrarum honorare et celebrare studuerit atque diligenter adhuc contendat. Cum ergo Venerabilis Frater Dinus Aloisius Romoli, Episcopus Pisciensis, pro se ipse ac sacerdotibus et fidelibus illius dicionis ab hac Apostolica Sede petiverit, ut Sacellum Mariae Sanctissimae Fontis Novi ad Basilicae Minoris honorem eveheretur, Nos, acceptis consiliis a Sacra Congregatione pro Cultu Divino, libentissime eidem rogationi obsequi moremque gerere cupimus. Ad quam quidem ferendam sententiam Nos movit non solum templi eiusdem praeterita historia atque artis pulchritudo, sed spes etiam certa futurum esse ut in eo sacello, propter novum hoc decus et nomen, pietas augeretur erga Deum eiusque sanctissimam Matrem, quam diu iam frequentes ibi veneran tur pio cultu Christifideles omnis ordinis atque aetatis. Placet itaque sacram Beatae Mariae Virginis aedem, hoc est sanctuarium Fontis Novi, in dioecesi Pisciensi ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris tolli tribuique simul cuncta iura et privilegia liturgica, quae talium ecclesiarum propria sint. Ceterum volumus ut hae Litterae suam vim habeant contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die vi mensis Iunii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 257898.

III

Sacra Nazarethana Familia destinatur praecipua tutelaris patrona Praelaturae Chulucanensis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum recta conformatio atque institutio Christianae familiae proficiat cum ad fidem et vitae probitatem singulorum eius membrorum in tuto collocandam, tum ad hominum consortionem ac societatem universam salutaribus Evangelii principiis imbuendam, constat ex ipsa temporum praeteritorum experientia. Atqui numquam non uti exemplar praestantissimum speciesque optima familiarum Christianarum proposita est et exhibita ab Ecclesia Dei ipsa Sacra Nazarethana familia Iesu Mariae et Iosephi. Iustissima proinde ex causa clerus ac populus Praelaturae Chulucanensis curas suas et vires eo semper intenderunt ut primum singulae familiae ad exemplum principalis illius familiae Sacrae penitus informarentur humanis Christianisque virtutibus, ac deinde vita socialis, vocationes ecclesiales, opus missionale super solidissimum istud fundamentum confirmarentur plurimumque simul prosperarentur. Cum igitur Venerabilis Frater Ioannes Conway McNabb, Episcopus titulo Saiensis ac Praelatus Chulucanensis, praeter sua quidem flagrantissima vota, preces etiam Consilii Pastoralis cunctorumque suorum fidelium significans, a Nobis petivisset ut, in fausto decimo conditae Praelaturae eiusdem anno, ipsam Sacram Familiam caelestem apud Deum primariamque totius dicionis iam electam Patronam ad normam Instructionis S. Congregationis pro Cultu Divino de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30, Nos sanciremus ratamque haberemus, propterea collatis consiliis cum eadem Sacra Congregatione pro Cultu Divino rogationi illi libentissime obsequi statuimus. Apostolica ergo Nostra potestate atque harum Litterarum vi, Sacram Familiam Nazarethanam, praecipuam apud Deum Patronam creamus et renuntiamus Praelaturae Chulucanensis, omnibus additis honoribus et iuribus liturgicis huiusmodi locorum Patronis congruentibus. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae suos effectus tam nunc quam in posterum tempus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn Iunii, anno Domini MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 258969.

IV

Beatissima Virgo Maria, Caelestis Regina sideribus recepta, praecipua Patrona confirmatur Fratrum Minorum Capulatorum Panormitanae Provinciae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanta pietate erga Beatissimam Virginem Mariam in caelum assumptam sodales Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum in provincia Panormitana degentes fuerint semper affecti quantamque etiam religionem et cultum huius marialis tituli inter Christifideles eiusdem regionis decursu temporis excitaverint, luculenter patefaciunt praesertim annua sollemnia precesque publicae, quibus festus ipsius dies et praeparatur et studiose celebratur. Quandoquidem ergo maxime cupimus ut hic cultus altiores usque agat radices latiusque ab eisdem religiosis sodalibus spargatur, perlibenter assentimur novissimo eorum hac de re consilio, quo videlicet pro Sancta Catharina de Bolsena tamquam praecipua caelestis patrona illius Ordinis provinciae electa et instituta est ipsa Beata Virgo Maria caelo recepta. Eis autem votis alacriter accesserunt cum moderatores tum plurimi provinciae sodales. Praeterea ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis ab Apostolica Sede rite petiverunt ut legitime acta haec destinatio Patronae confirmaretur. Quas omnes ob causas Nos, de sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, apostolica Nostra potestate Sanctam Mariam Deiparam Virginem in Caelum Assumptam principalem Fratrum Minorum Capuccinorum qui provinciam incolunt Panormitanam, apud Deum Patronam confirmamus, hoc est constituimus iterum et renuntiamus, omnibus additis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae talibus Patronis congruunt. Quibusvis contrariis minime obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus et nunc et in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Iulii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 261855

V

Simulacrum B. M. Virginis a Caritate, in urbe vulgo Huatlanta, pretioso» diademate coronari sinitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem beatissima Virgo» Maria Christi mater est, Filii Dei adorandi et caelestis populi christiani patrona, cui semper ipsa praesidium validissimum fuit, et tutela,, et levamen in adversis, idcirco non modo sacra Christi plebs matrem, tam benignam est usquequaque egregia pietate prosecuta, verum etiam Ecclesia et Nos numquam ab eius honore tuendo, augendo, procurando* cessavimus. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Aloisius Munive-Escobar, Episcopus Tlaxcalensis, etiam cleri populique votis obsecundans id petierit, ut imago Beatae Mariae Virginis quam populari lingua ((de la Caridad)) cognominant atque in urbe Huatlanta colunt, in finibus; eiusdem dioecesis, nomine et auctoritate Nostra pretioso diademate* coronaretur, Nos ad nobilem eiusdem imaginis antiquitatem respicientes, ad fidelium reverentiam et venerationem, ad religionis sanctitatem, qua mater tanta honoratur, libentissime postulata concedimus. Qua re, audita sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino,, placet Imaginem illam a Venerabili Fratre Mario Pio Gaspari, Archiepiscopo titulo Numidensi atque in Mexico Apostolico Delegato, die* quo placuerit, inter Missarum sollemnia nomine et auctoritate Nostra pretioso diademate redimiri, ritu atque formula praescriptis. In spem autem certam ingredimur fore, ut per id christiana fides, quasi alitai flamma, crescat, in bonum fidelium et Ecclesiae. Ceterum, volumus, ut Nostrae hae Litterae religiose serventur, ad effectumque iustum-perveniant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri decimo secundo-

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco @ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 263901.

VI

Templum beato Lamberto dicatum in urbe Düsseldorf, in archidioecesi Coloniensi, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem sanctorum caelitum cultus, si inculpata fide atque pietate nitatur, in Deum ipsum recidit, cuius egregii illi viri, et amici fidi fuerunt, et gloriam haud inanem quaesiverunt, et iussa fecerunt diligentissime, idcirco Ecclesia catholica, tametsi plane scit in uno Christo spes obtinendae salutis esse collocandas, venerationem tamen Sanctorum neque neglexit per hominum aetates, et, quoad potuit, auxit, cum ea religio praesidii multum habeat, et decoris, et levaminis in adversis. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Noster Iosephus S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopus Coloniensis, Litteris ad Nos datis die duodetricesimo mensis Mai, hoc anno, id a Nobis efflagitavisset, ut templum Sancto Lamberto sacrum, quod est in urbe Dusseldorf, in sua archidioecesi, Basilicis Minoribus annumeraretur : sacram enim illam aedem esse opere nobilissimam et religione sanctissimam, qua et memoriae Sanctorum insignes continerentur, et egregia artis monumenta, in quaque pietas in Deum in eiusque Sanctis summe coleretur; Nos re bene reputata, admotae expostulationi libentissime concedimus. Quapropter, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino egerit, placet templum Sancti Lamberti, quod in urbe Düsseldorf exstat, Basilicis Minoribus accenseatur, cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis vero iis, quae iuxta Decretum die vi Iunii datum, anno MDCCCCLXVIII, servanda sunt. Ceterum volumus, ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno MDCCCCLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 268895.

VII

Templum Sanctorum Andreae et Magdalenae in pago vulgo Knechtsteden archidioecesis Coloniensis declaratur Basilica Minor.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantopere christianus populus per longas saeculorum aetates sanctos caelites coluerit, satis ostendunt tum cetera multa, tum innumera per orbem terrarum templa, eorum honori dicata, quae sunt quasi fidei carmina in saxa incisa et insculptá. Neque Ecclesia hanc christianae plebis religionem neglexit, quin et probavit et mire fovit, cum sint beati illi cives et amici Dei fidelissimi, cuius gloriam procuraverunt in terris, et mortalium patroni, quibus adsunt in prosperis, in adversis. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Iosephus S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopus Coloniensis, Litteris die duodetricesimo mensis Mai datis, hoc anno, suo suorumque tum cleri tum fidelium nomine petierit, ut aedes Sanctis Andreae atque Magdalenae sacra in pago Knechtsteden, qui est in sua archidioecesi, ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, bene fieri visum est Nobis, si tanto Praesuli concederemus : agitur enim de templo pulcherrimo, perantiquo, egregia arte constructo, in quo reliquiae insignes includuntur, et, quod maius est, pietate atque religione celebri. Quae cum ita sint, ea probantes quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino hac de re statuerit, templum illud nempe SS. Andreae atque Magdalenae, in pago Knechtsteden situm in finibus archidioecesis Coloniensis, Basilicis Minoribus annumeramus, factis iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis vero iis, quae iuxta Decretum ((De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIII, factum, servanda sunt. Censemus autem, ut quae per has Litteras iussimus vim suam omnem habeant, tum in praesens, tum in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxv mensis Iulii, anno MDCCCCLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 268902

EPISTULAE

I

Rev.mis PP. DD. Sighardo Kleiner, Abbati generali Sacri Ordinis Cisterciensis, et Ignatio Gillet, Abbati generali Ordinis Cisterciensium Reformatorum seu Strictioris Observantiae, octavo pleno saeculo abeunte ex quo Sancto Bernardo Sanctorum Caelitum honores sunt decreti.

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Radians lumen, quod Familiarum vestrarum Cisterciensium ac totius Ecclesiae gloria merito praedicatur, Sanctus Bernardus, animis nunc praesentius obversatur, siquidem octavum plenum saeculum abit, ex quo ab Alexandro III, Decessore Nostro, Sanctorum Caelitum sunt illi honores decreti. Cuius supremi Pastoris sententia, quae in Litteris, die xvin mensis Ianuarii, anno MCLXXIV Anagniae ad Galliae Praesules circa hunc eventum datis, continetur : « fructum vero quem (Sanctus Bernardus) in domo Domini et verbo operatus est et exemplo, nullus fere terminus sanctae Christianitatis ignorat »,[1] etiam posterioribus temporibus vim suam prorsus obtinebat. Iuvat profecto memorare Pium VIII anno MDCCCXXX eidem tribuisse nomen ac dignitatem Ecclesiae Doctoris, Pium XI in Epistula ad Summos Moderatores institutorum religiosorum missa — qua de recta educatione eiusmodi Familiarum alumnorum agebat — asseruisse noviciis esse ad perlegendum considerandumque utilissima Sancti Bernardi ac quorundam aliorum spiritualium magistrorum scripta,[2] denique Pium XII, cum octavum exisset saeculum a piissimo eiusdem abbatis Claravallensis obitu, Litteras Encyclicas, a verbis « Doctor Mellifluus » incipientes, edidisse, quibus eximii huius viri vitam et opus fuse illustraret.[3]

Itaque expedire Nobis videtur quaedam attingere, quae, Sancti Bernardi intuentes personam mirabilem uberemque audientes doctrinam, profutura esse arbitramur praesertim filiis eius aliisque hac ipsa aetate, qua germana conversatio religiosa, non levibus interdum difficultatibus et periculis obnoxia, strenue est servanda, tuenda, provehenda.

Ille enim imprimis imaginem praebet hominis Deo penitus conse-

[1] *PL* 185, 622.
[2] *A.A.S.* 16 (1924), p. 142.
[3] *A.A.S.* 35 (1953), pp. 389 ss.

crati, qui, mente res saeculares supergrediente, Domino plane adhaereat fratribusque ex animo deserviat. Cuiusmodi vitae authenticae et sincerae testimonium idque solum nunc solet agnosci atque probari. Quapropter Sancti Bernardi discipuli impelli se sentiant, ut hac ipsa indole praeditos se mundo exhibeant et sic sanctitatem Ecclesiae manifestent. Meminerint semper verba Concilii Vaticani Secundi, quibus eorum ratio vivendi egregie describitur et confirmatur : « Monachorum praecipuum officium est divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare, sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint ».[4]

Servitium vero illud quod Deo praebeatur, oportet, est imprimis oratio, cuius Sanctus Bernardus fuit assiduus cultor et magister sapientissimo. Haec summi est momenti temporibus nostris, quibus omnia fere permiscentur, strepitu personant, res externae seu sensibus subiectae valdissime expetuntur. Utriusque ergo Cisterciensis Familiae sodales, huius Caelitis moti exemplo, sciant ipsi doceantque homines spiritualem solitudinem quaerere et impensas Deo preces adhibere. Nec solum de publica Ecclesiae oratione agitur, ad quam diligens quidem studium est conferendum, hortante eodem abbate Claravallensi : « vos moneo, dilectissimi, pure semper ac strenue divinis interesse laudibus »,[5] sed etiam de illa precandi ratione, quae fit in abscondito,[6] secundum hanc sententiam, quae a nonnullis Sancto Bernardo ascribitur : « Ubicumque ergo fueris, intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli quaerere locum, quoniam tu ipse locus es ».[7]

Hanc vero precationis faciendae scientiam custodit et firmat silentium monasticum, cuius ex tradito instituto Cisterciensi vos oportet esse magistros. Iterum audite patrem vestrum : « Onerosa alicui videtur silentii disciplina : sed propheta magis robur quam onus esse considerans, ait, in silentio et in spe erit fortitudo vestra.[8] In silentio, inquit, et spe, quia bonum est praestolari Dominum in silentio.[9] Enervat quippe animam praesentium consolatio, roborat exspectatio futurorum)).[10]

[4] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 9.

[5] Sermo *In Cant.* 47, 8; *PL* 183, 1011.

[6] Cfr. *Mt.* 6, 6.

[7] Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis, 6, 17; *PL* 184, 496.

[8] *Is.* 30, 15.

[9] Cfr. *Thren.* 3, 26.

[10] Epist. 385, 3; *PL* 182, 589.

Est etiam animadvertendum praeclarissimum hunc virum, praeter humilitatem, quae in tota eius conversatione effulsit, simplicitatis et paupertatis singulare specimen dedisse. Quae quidem virtutes eiusmodi sunt, ut homines huius aetatis iis salubriter percellantur. Magnanimiter ergo erit annitendum, ut Christus, qui propter nos egenus factus est,[11] in monachis, sectatoribus suis, a mundo conspici possit. Huc etiam opus seu labor pertinet, cui idem prudens ac sollers coenobialis familiae rector plurimum tribuit quemque rei quoque sociali iussit inservire, ut ex his eius patefit verbis : « de labore manuum vestrarum Christus alitur et vestitur.[12]

Non triste autem est veri nominis servitium dominicum, non deprimit animum, sed fons exsistit perennis laetitiae. <(Nimirum advertere potes in omnibus fere religiosis congregationibus viros repletos consolatione, superabundantes gaudio, iucundos semper et hilares, ferventes spiritu)).[13] Ipsa etiam vita communis, quae in caritate fraterna innititur, communis est gaudii scaturigo.

Monet ergo Sanctus Bernardus filios suos omnesque Christifideles, ut ((iucunda devotione)> Deo serviant mutuique auxilii sint « hilares datores ». Quod quidem non levis ponderis esse videtur, cum homines saepe tot sollicitudinibus macerentur, tot premantur angustiis.

Haec omnia fecundum reddent etiam apostolatum vestrum, qui, licet exteriore actione apud non paucos ex vobis minus manifesto appareat, tamen spiritualibus subsidiis, quae vobis praesto sunt, potest esse efficacissimus. Plenitudo enim vitae spiritualis redundet oportet in bonum animarum, quae vobis sunt creditae, vel universe in utilitatem dominici gregis. Itaque haec verba istius Doctoris sunt vobis sedulo attendenda: ((si sapis, concham te exhibebis, et non canalem. Hic siquidem paene simul et recipit, et refundit; illa vero donec impleatur expectat, et sic quod superabundat sine suo damno communicat ».[14]

Fuit, ut nostis, Sanctus Bernardus « vir Ecclesiae », seu « amicus Sponsae », pro qua vires suas omnes impendit, solitudinem et silentium sedis monasticae suae deserere saepe coactus, ut ei, perturbata illa aetate, adesset; sed et copiosam de Ecclesia doctrinam exposuit. Hanc igitur hereditatem, vobis ab eo relictam, diligenter consideretis velimus et nova quasi voluntate acti arripiatis.

[11] Cfr. *2 Cor.* 8, 9.

[12] Sermo *In Ps. 90,* 3, 4; *PL* 183, 192.

[13] S. Bern., Sermo *In Ascens. Dom.,* 5, 7; PL 183, 318.

[14] Sermo *In Cant.* 18, 3; *PL* 183, 860.

Ad ascensum spiritualem, quem paucis verbis perstrinximus, efficiendum etiam germana pietas erga Beatam Mariam Virginem, cuius Sanctus iste fuit singularis et ardens laudator, vos magnopere adiuvabit. Ea enim, quam « Catholica Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, filialis pietatis affectu tamquam matrem amantissimam prosequitur »,[15] peculiari studio est « mater Cistercii ».

Probe igitur fore confidimus, ut sollemnia, quae huius anniversariae memoriae causa agentur, sodales Cistercienses, quos habemus carissimos, adducant, ut, horum temporum adiunctorum et necessitatum prudenter habita ratione, alacriore in dies studio ad illum continenter redeant spiritum, quo Sanctus Bernardus ducebatur, hac in re etiam hortamentis Concilii Vaticani Secundi animose obtemperantes.[16]

Quae dum mentem Nostram pulsant, vobis, dilecti filii, et sodalibus utriusque vestrum spirituali curae ac moderationi commissis, necnon sanctimonialibus Cisterciensibus, Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae et solacii pignus Nostraeque benevolentiae signum, libenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xviii mensis Ianuarii, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Marium S. R. E. Cardinalem NasaUi Rocca di Corneliano, quem Missum Extraordinarium eligit ut celebritatibus praesideat in aede sacra B. M. V. ab Arcu appellatae apud urbem Neapolim, primo volvente saeculo ex quo eadem Deiparae imago aureo diademate redimita fuit.

Quemadmodum accepimus, die VIII mensis Septembris hoc anno, quo saeculum implebitur ex quo Beatae Mariae Virginis imago, quae in aede, eidem Deiparae ab Arcu appellatae apud urbem Neapolim sacra, piis obsequiis colitur, aureo diademate fuit redimita, peculiaria sollemnia ibidem agentur. Quae aliquo modo participare cupientes — memores etiam Decessoris Nostri Pii IX, qui, in difficilibus rerum temporum-

[15] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 53.

[14] Cfr. Decr de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2.

que adiunctis constitutus, sanctuarium illud invisit marialemque effigiem est veneratus, — per hasce Litteras te, quem amore in Dei Genètricem ardere novimus, Missum Extraordinarium Nostrum eligimus et renuntiamus tibique id muneris committimus, ut praedictae celebritati Nostro nomine praesideas.

Fusius quidem de cultu mariali recte instituendo hoc anno tractavimus, Adhortatione Apostolica edita, quia maxime Nobis cordi est, ut ((illa devotio erga beatam Mariam Virginem provehatur, quae in Ecclesia e Verbo Dei ut e causa procedit et in Spiritu Christi exercetur ».[1] Ad hoc quod attinet, iam Concilium Oecumenicum Vaticanum II significantibus verbis omnes, qui catholico censentur nomine, admonuit, et etiamnum admonet, « ut cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant, praxes autem et exercitia pietatis erga Eam saeculorum cursu a Magisterio commendata magni faciant et ea quae anteactis temporibus de cultu imaginum ... Beatae Virginis ... decreta fuere, religiose servent»;[2] simul vero docuit «veram devotionem neque in sterili et transitorio affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur ».[3]

Re quidem vera, quia, ut ait Sanctus Ambrosius, Mariae «vita omnium est disciplina »,[4] germanus eiusmodi cultus eo perducere debet Ecclesiae membra, ut virtutes Deiparae, pro sua cuiusque condicione, in animos et mores actuoso studio referre nitantur; ut, tantam Parentem in vitae usu imitantes, fratres se esse sentiant et, sociali amore coniuncti, pauperibus et aerumnosis opitulari, atque pacis donum inducere, corroborare, propagare conentur. Huiusmodi cultores Mariae, eius oboedientiam intuentes, illis, qui legitime praesunt, parent libenter, et ad eiusdem exemplar iustos, mites, bene moratos se praebere contendunt. Itaque imitatio Mariae validum subsidium est ad efficiendam imitationem Christi, qui ait : « Si quis mihi ministrat, me sequatur »,[5] et « Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae ».[6]

Preces demum Deo adhibentes, ut ex mariali ista celebratione fructus

[1] Adh. Apost. *Marialis cultus; A.A.S.* 66 (1974), p. 116.

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 67.

[3] *Ibid.*

[4] *De virginitate,* II, 2, 15.

[5] *Io. 12,* 26.

[6] *Ibid.,* 8, 12.

spirituales nec leves nec pauci percipiantur, tibi, Venerabilis Frater Noster,. Praesulibus, magistratibus, sacerdotibus, nominatim Fratribus Praedicatoribus, qui in eiusdem sanctuarii cura versantur, necnon fidelibus universis, qui praedictis sollemnibus, intererunt, Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae auspicem amantisque animi Nostri testem, volentes impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvin mensis Augusti, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Bernardum Ioannem S. R. E. Cardinalem Alfrink, Ultraiectensem Archiepiscopum, sacerdotii sui quinquagesimam anniversariam memoriam agentem.

Adveniens Beatae Virginis Mariae in caelum assumptae sollemnitas duplicem Tibi veluti materiem laetandi afferet, quoniam festus hic dies, universae christifidelium communitati percarus, quinquagesimam simul anniversariam memoriam reducet sacerdotii tui. Hanc sane opportunitatem praeterire nolumus, quin Tibi, in episcopatu Fratri et in Patrum Cardinalium collegium adlecto et Neerlandicae Episcoporum Conferentiae Praesidi, ideoque non uno titulo Nobiscum devincto, fausta beneque ominantia verba depromamus, interiorem communionis ecclesialis sensum epistolico huiusmodi sermone quasi excitaturi atque dulciter percepturi.

Grande enim est spatium ac longum tempus sacri tui ministerii, cui fideliter adimplendo a tenerioris usque aetatis annis tum in patria, tum Romae et Hierosolymis sedulam dedisti operam, id praecipue curans, ut uberem de Sacris Litteris, ubi divina Verbi verba continentur, scientiam atque intellegentiam Tibi compararés. Postea munus docendi sive in Maiore Seminario « Rijsenburg » nuncupato, sive in Catholica Studiorum Universitate Noviomagensi alacer suscepisti et cum laude exercuisti, dignus qui ad episcopalem provehereris dignitatem et coadiutor assignareris isti archidioecesi, ubi es natus et nunc, multos iam annos, pastorale officium obis.

Tempora, munera, graves quaestiones emergentes post celebratum Concilium Vaticanum II, cui adsiduus uti primarii Praesidum Consilii sodalis interiuisti, nihil est dubii, quin summam industriam, prudentiam singularem, firmissimum agendi robur ab unoquoque postulent Pastore. Nam in praesenti, Ecclesia — ut probe nosti — novas easque varias experitur difficultates, quibus exsuperandis omnium profecto membrorum eius, sive praepositi sive laici sunt, perfecta conspiratio fovenda atque stabilienda est. En vides, Prater, qui sit socialium rerum status, quantumque navitatis ad eas evangelicae nuntio caritatis imbuendas requiratur. Possumusne communem abdicare conscientiam huiusce laboris exsequendi, an debitum oblivisci omnia prorsus, in Christi nomine et unius eiusdemque fidei impulsione, aggrediendi et pertemptandi, ut velociter sermo Dei currat et clarificetur,[1] et accrescat in corde fidelium, praesertim inter annum maximi Iubilaei, spiritus reconciliationis ac renovationis, et unitas credentium in Patre caelesti et in Iesu Christo, Filio eius, feliciter instituatur et augeatur?[2] Tantum quippe onus sacrorum Antistitibus et Presbyteris hac ipsa hora peculiariter concreditur, unde facile perspici potest quam maximi momenti sit operam dare futuris Ecclesiae administris et Seminariorum alumnis recte erudiendis et informandis. Quae quidem institutio, ut liquido patet, non aliud iter ingrediatur oportet praeter salutares illas suasiones ac normas, quas sacrosanctum Concilium edixit quasque Apostolica Sedes, opportuna definiendo statuta, ad rem deducere studet.

Sed quorsus haec? Non ut in tristitia angustias vel asperitates recenseamus neque stemus otiosi in deliberando,[3] sed ut animum fraterno Tibi more aperiamus et, ea quae sentimus inter nos communicantes, certissimum propositum ecclesialis servitii instemus : si enim mundi huius temporis expectationes et postulationes recogitamus, at urgens pariter officium confirmamus Ecclesiae sanctae iniunctum, ne inanis transeat fructibusque vacuus evadat providus *kairés*,[4] quo divinitus hodie Historia Salutis signatur.

Faxit Virgo Deipara, in cuius celebritate, divino litans Sacrificio, tuam ipsius oblationem renovabis, ut validam inde haurias fortitudinem eamque cogitandi et faciendi dexteritatem, quae animorum deceat

[1] *2 Thess.* 3, 1; cf. *Ps.* 147, 4, et Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 1.

[2] *Io.* 17, 3, 11, 17, 21-23.

[3] cfr. *Mt.* 20, 4, 6.

[4] *Me.* 1, 15; *2 Cor.* 6, 2.

Pastorem ; ipsa semper Tibi adsit propitia, lectissimas impetret gratias, auxilium solaciumque in negotiis difficilioribus praebeat, arrideat a solio, ubi gloriosa sedet. Quae ut prospere et Tibi et ministerio tuo eveniant, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus, quam etiam ad tuos sacerdotes, adiutores omnesque Ultraiectensis archidioeceseos fideles volumus pertinere.

Ex Aedibus Vaticanis, die i mensis Augusti, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Thomam Cabrai Calvet de Magalhäes, a Lusitana Republica ad Apostolicam Sedem missum cum auctoritate Legatum, qui Litteras Summo Pontifici tradidit legationis fidem facientes.*

Senhor Embaixador:

Ouvimos, con a melhor atençâo, as deferentes expressöes que Vossa Excelencia acaba de Nos dirigir, ao apresentar as Credenciais como Embaixador Extraordinario e Plenipotenciario de Portugal junto da Santa Sé.

As palavras de Vossa Excelencia transportaram-Nos, em espirito, ao seu querido País, que já tivemos o prazer de visitar, aquando da Nossa peregrinaçâo a Fatima. Elas avivaram no Nosso coraçâo os sentimentos de benevolencia que nutrimos para com o dilecto Povo portugués, cuja historia é repositorio de feitos valorosos, humana e religiosamente considerados, e de um patrimonio cultural bem marcado pela presenca da Igreja, aceita e correspondida com fidelidade.

O seu nobre País atrai sobre si, no presente, as atençôes do mundo, assim como a Nossa solicitude viva e paterna; e com boas esperanças se acompanha este particular momento histórico, que ele está a viver.

* Die 20 mensis Augusti a. 1974.

Que desejamos para Portugal, do coraçâo, toda a sorte de bens e venturas, é supèrfluo reafirmá-lo.

Duas coisas, no entanto, auspiciamos em particular, para o querido Povo portugués, que o façam prosseguir na senda histórica que levantou alto o seu nome no concerto dos outros povos e que o façam superar, da melhor maneira, momentáneos problemas : urna fraternidade vivida — fundada na liberdade, equidade, respeito, generosidade e amor — entre os seus membros e para com os demais homens irmäos ; depois, urna paz segura e serena, que faculte o concorde labor e a constante aplicaçâo da inteira grei, pelo crescente progresso colectivo e por um bem-estar irmâmente repartido e cultivado por todos e cada um, em boa harmonia.

Para esta convivencia fraterna, capaz de eliminar quaisquer ressentimentos e desentendimentos e de levar à compreensâo, ao perdäo e à reconciliaçâo — para, numa atitude construtiva, se prosseguir a promover a solidariedade operante e a justiça — pode a Igreja dar urna ajuda preciosa.

E aqui, vai um Nosso pensamento, de simpatia e de estímulo naturalmente, para os católicos de Portugal e para os seus Bispos : para que continuem a fomentar urna profissâo esclarecida e corajosa da fé, que se reflicta nas estruturas e na vida da comunidade.

A Igreja, de facto, inculcando nas conscientias nobres e elevados ideáis, no seu papel de servir, sincera e desinteressadamente, ao evangelizar e ao distribuir os bens divinos — de que é beneficiaria, depositaria e ministra — espalha urna luz e confere energías moráis, que contribuem para estabelecer e consolidar, segundo a lei divina, a comunidade humana.

Tal comunidade, como é sabido, assenta no respeito pela vida e pelos direitos fundamentáis da pessoa humana ; e esta, com a liberdade, há-de dispor dos bens espirituais e materiais indispensáveis para a pròpria realizaçâo integral, com participaçâo responsável e capacidade de opçâo e de decisao nos destinos da colectividade.

Seguimos, com vivo interesse, as iniciativas referentes aos territorios do Ultramar; e acompanhamo-las com votos paternos, por que, mediante acordos assentes na boa vontade, se possam garantir em tais regiöes, seguras condiçôes de justiça, de paz e de progresso.

Senhor Embaixador :

Ao apresentar a Vossa Excelencia cordiais boas-vindas, queremos certificalo da Nossa benevolencia e formular votos pelo bom desempenho

da sua missäo. E, auspiciando as melhores prosperidades para a dilecta Naçâo portuguesa, invocamos sobre eia e sobre as suas supremas Autoridades, ao mesmo tempo que sobre a pessoa de Vossa Excelencia, copiosas bênçâos de Deus.

II

Ad Excellentissimum Virum Avtar Singh, Indicae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras demandati muneris testes tradentem.*

Mr Ambassador,

We are happy to receive from Your Excellency the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of India. We welcome you and cordially thank you for the kind words which you have addressed to us in your own ñame as well as on behalf of the President and Government of your country.

We would ask you to convey to His Excellency the President and to the Government Authorities our greetings and our deep appréciation of their good wishes. Please assure them of our continuing prayerful interest in the country and in all its people.

Religious and cultural différences in India, as you have said, are honoured and respected. This fact serves to unite people in charitable and understanding affection for one another, as brothers under the common fatherhood of God. We are pleased to see that this mutual honour and esteem is practised both in humble surroundings and in the highest institutions of the land.

Our unforgettable visit to India in 1964 allowed us to realize ever more deeply both the enormous problems and the tremendous potential of the country. It lent a new dimension to our solicitude and concern, and it convinced us even more of the importance of the Church's contribution, to which you have kindly alluded, in the educational and humanitarian fields, as well as in her more direct spiritual mission. We are especially happy to receive from you confirmation of the appréciation felt in India for this help.

The harmonious coordination of physical planning and effort is steadily furthering India's development, and it is our earnest hope that

* Die 24 mensis Angusti a. 1974.

it may continue, and be matched by a parallel harmony in the minds and hearts of her Citizens. In this way material and scientific progress will contribute not to war but to peace, to that peace which, as we have said before and say again, is the new name for development.[1]

During your stay here, which we trust will be a fruitful one, you may be assured of our constant interest and coopération in the accomplishment of your task. For yourself and for the noble nation which you represent we beg abundant favours from Almighty God. God bless India.

III

Ad Excellentissimum Virum Ioannem Mill McMilian, Summo Pontifici crediti muneris testes tradentem Litteras, quibus apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatus Australiae constituitur. *

Mr Ambassador,

We are very happy to extend a sincere welcome to Your Excellency as we receive from you the Letters accrediting you as Australian Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary to the Holy See.

We are grateful for the kind words you have spoken about our own activities in promoting world peace. We are convinced, Mr Ambassador, that your own Government's efforts, to which you refer, to stimulate trust between nations and to build up universal respect for the dignity of all men and all peoples are a valuable aid to the establishment of peace. The diplomatie ties which unite the Holy See and Australia enable us to help one another in this mutual concern.

We try incessantly to remind all men of the need to help one another in a spirit of brotherly love, and in this way to promote true peace on earth. Such help is not purely a material thing but is a part of God's plan for mankind. It is within this spirit of charity that we give glory to God and con tribute to peace among men.

It was in Australia, a land of which we conserve such affectionate memories, that we said : " Man's heart is made for God, and there is no full humanism but in his service ".[1] The service of God through the

[1] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 87: *A.A.S.* 59 (1967), p. 299.

* Die 27 mensis Augusti a. 1974.

[1] Commemorative Mass for the Bicentenary of the Discovery of the Australian Continent, 1 December 1970. Cfr. also *Populorum progressio,* 42.

love of our fellow-men—this is the blessing wë pray God to bestow on the world.

We ask you t o convey to the civil authörities of Australia the assurance of our cordial considération. On all the people of Australia we invoke copious divine blessings. To you personally, Mr Ambassador, we give the pledge of the Holy See's coopération in the accomplishment of your mission, a mission which we hope will bring you spiritual and cultural happiness and satisfaction.

IV

Membris atque Consultoribus Mixtae Internationalis Commissionis Ecclesiam Catholicam inter et Communionem Anglicanam.*

Welcoming you here today, we recognize at once that for most of you it is not the first time you have visited Rome and the Holy See in a fraternal spirit and in a fraternal relationship. Many of you made your contribution of service to the Second Vatican Council, in one case as a Council Father and member of its theologica! commission, in other cases either as our periti or as observers on behalf of the Anglican Communion. In this way you already cemented friendships, and sowed seeds of better undestanding—seeds which have taken root and flourished.

We recali too that some of you accompanied our beloved brother in Christ, Michael Ramsey, on his historie visit to this See, more than eight years ago. The memory of that visit has remained green with us, and has been many times refreshed by letters of greeting, full of his characteristic spirit of Christian love and wisdom.

It was from that meeting of nineteen hundred and sixty-six that the résolve came to embark on that " serious dialogue " which continues to bring you together, and which has already brought from you the most generous efforts, the most untiring labour.

The Fathers of the Second Vatican Council saw and expressed in the Decree on Ecumenism the " special place " occupied by the Anglican Communion in relation to the Catholic tradition. The dedicatum and the depth manifested in your work during these recent years testify to and strengthen that special relationship. This is so not only because

*** Die 3 mensis Septembris a. 1974.**

of your own industry and achievements, but also because of the collaboration you have been able to enlist in many parts of the world, showing how widespread is the impulse towards that reconciliation in Christ which strives to perfect the unity which he wills.

You interrupt a difficult phase of your work to come to visit us. At such a moment there is no need for us to remind you of the obstacles that remain to be overeóme. Let us rather dwell on hope and encouragement. What you seek to do is God's work—an indispensable aspect in our time of the ministry of Christ, which is a ministry of reconciliation. As you do so our thoughts, our gratitude, our fervent prayers are with you. We pray that you will have the spirit of knowledge and of prophecy, and the faith that moves mountains, but remembering Saint Paul's scale of values, we pray aboVe all that you will have love, which "bears all things, believes all things, hopes all things, endures all things " and leads us from partial knowledge to full understanding.[1]

V

Ad Excellentissimum Virum Iosephum Kachingwe, apud Sedem Apostolicam Reipublicae Malavianae liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit.*

Mr Ambassador j

It is a pleasure for us to welcome you and to receive the Letters accrediting you as Ambassador Extraondinary andi Plenipotentiary of the Republic of Malawi to the Holy See.

We are grateful to your President, His Excellency Dr Hastings Kamuzu Banda, for the greetings which you have kindly presented to us on his behalf. Through your good oflaces we extend to him in return our warm good wishes for his continued wellbeing.

In your address you have spoken in appréciative terms of the Church's présence in Malawi. It is a source of satisfaction for us to hear your words, for it is only Atting that the Church should be a contributing factor to the progress of a nation. We are glad that the participation of the Church in the life of your country is understood to be a disinterested service to liberate man from all that hampers the

[1] **Cfr.** ***1 Cor*** **13:7.**

*** Die 7 mensis Septembris a. 1974.**

full expansion of his human powers. In doing this the Church seeks to help man to fulfil his supernatural destiny as a child of God. Like Christ her f ounder, the Church works for this end : that man may have life and have it more abundantly.[1]

It is our prayer that the efforts made to promote the advancement of your nation may be blessed by Almighty God. From him we invoke upon the Authorities and the beloved people of Malawi divine guidance and peace.

To yourself, Mr Ambassador, we warmly extend our good wishes for the happy accomplishment of your duties as the représentative of your people.

VI

Ad Excellentissimum Virum Henricum Nzioka Multi, Chenianae Reipublicae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici Litteras demandati muneris testes tradentem.*

Mr Ambassador,

We thank you sincerely for the kind address with which you have presented the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Kenya to the Holy See. It is a pleasure for us to welcome you to your new assignment, which we trust will prove to be a happy one.

We are likewise honoured to receive greetings from your President, His Excellency Mzee Jomo Kenyatta. We would ask you to convey to him our cordial and prayerful good wishes.

We have listened with interest to the remarks you have made in your address regarding the Catholic Church's role in the life and history of Kenya, the impact of her missionaries upon Kenyan society and the contribution she has made in the past and happily continues to make today towards your country's development. But we are especially pleased to hear you mention the importance which Kenya attaches to the Church and to religion, since these after all provide the context within which ali these social contributions find their inspiration and true meaning.

[1] Cfr. *Jn* 10:10.

* Die 10 mensis Septembris a. 1974.

The social action of the Church has its roots in the message which she addressés to all men. The effort which man's life demands is clearly seen : life involves a struggle against adverse forcés and conditions. At one level man struggles with disèase, ignorance and poverty ; at another with injustice, hatred and war. Even in the inner depths of his being, man finds himself striving to improve himself and the world. It is into this situation that the Church brings an uplifting message of hope : the Good News of the Gospel, which gives the assurance that God is with man as he endeavours to work for the betterment of the world. This is the inspiration of the Church in all her activity. Animated by this message, she will ever testify to it in works that help man find his fulfilment. This task is at one and the same time human and Christian. Henee the Church will always remain committed to the advancement of the people of Kenya.

On our part, we pray that God may abundantly bless the Authorities and the entire nation which you represent.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad clarissimum Virum Renatum Maheu, Moderatorem Generalem Instituti Internationalis v. d. UNESCO, ob octavum diem celebrandum litterarum cognitioni provehendae per totum terrarum orbem dicatum.

Au moment où l'UNESCO, au terme de son programme mondial de dix ans, engage une nouvelle phase de sa lutte contre l'analphabétisme, Nous voulons redire tout l'intérêt que l'Eglise et le Saint-Siège portent à ce problème mondial, confirmant ainsi l'action poursuivie au cours des siècles et en bien des régions pour la promotion culturelle des peuples, auprès des adultes comme des jeunes.

L'homme désire naturellement savoir : la connaissance le fait accéder à un rapport nouveau avec la nature ; elle lui donne surtout des possibilités renouvelées de dialogue avec ses semblables. La diffusion généralisée d'une instruction de base vise donc à remédier aux inégalités et aux discriminations sociales, à permettre l'accès aux responsabilités dans la vie privée et collective, à favoriser une meilleure compréhension entre les générations, contribuant ainsi à établir des conditions de communication authentique entre les hommes.

Malgré les efforts déjà accomplis, le problème reste grave et urgent, en raison de la croissance démographique et des charges accrues que les exigences d'une alphabétisation plus poussée imposent aux nations. Certes, le travail important effectué par l'UNESCO au cours des dernières années fournit une base solide de recherches et d'expérimentations. Profitant de l'expérience acquise, il convient de promouvoir maintenant une action plus large, s'adressant sans discrimination à toutes les catégories des populations. La responsabilité de telles entreprises relève alors d'une manière spéciale des autorités nationales : il leur revient de diriger les investissements et les priorités éducatives, tout en demeurant largement ouvertes au concours des initiatives privées qui s'offrent pour contribuer, de manière désintéressée, à l'effort commun. Depuis longtemps, l'Eglise a su prendre sa part dans ce service des plus déshérités, là en particulier où la pauvreté règne en maître, là où il n'y a pas à espérer de profit matériel, mais où la joie de voir l'homme, ((debout », devenir participant de sa propre éducation, améliorer lui-même la qualité de sa vie et en découvrir enfin le sens dernier, est la seule récompense de ceux qui reconnaissent en tout être humain une image du Créateur.

Dans ce domaine privilégié de la collaboration humaine, les besoins demeurent immenses. Leur satisfaction devrait être un objectif prioritaire de la politique intérieure comme de la coopération internationale. Comment ne pas s'étonner, alors, en considérant l'importance que tant de pays, — même parmi ceux qui sont en voie de développement —, accordent unilatéralement à la recherche d'une croissance économique purement matérielle, ou bien plus encore, de manière désastreuse, à des dépenses militaires qui contribuent si souvent à rendre précaires la paix et la sécurité? Comment ne pas rappeler surtout la grave obligation morale, pour les dirigeants des nations riches, de faire prendre conscience à leurs compatriotes du grave devoir de se sentir solidaires des peuples défavorisés, de les aider de manière désintéressée et d'inclure cette aide dans leurs programmes économiques au lieu de chercher constamment, sur le plan national ou international, à tirer le meilleur profit de leurs investissements?

La coopération internationale doit donc s'effectuer dans un esprit de sincérité, de service désintéressé, dans le respect des spécificités culturelles de chaque peuple, avec la volonté d'éviter tout ce qui serait recherche indue d'influence ou forme subtile de domination. C'est pourquoi Nous saluons et Nous encourageons la création envisagée d'une

((Fondation internationale pour l'alphabétisation ». Nous espérons qu'elle permettra d'apporter aux moins favorisés, dans le cadre de la deuxième Décennie du développement, l'aide désintéressée dont ils ont besoin, tout en fournissant aux pays les plus riches un moyen d'agir qui évite le plus possible l'esprit de rivalité ou de domination.

Dans ces perspectives, Nous saisissons l'occasion de la célébration de la Journée internationale de l'alphabétisation pour formuler de nouveau nos vœux les meilleurs pour le développement de cette grande œuvre de fraternité humaine sur laquelle Nous invoquons, ainsi que sur tous ses ouvriers, l'abondance des divines bénédictions.

Du Vatican le 20 août 1974.

PAULUS PP. .VI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 5 Iulii 1974- — **Cathedrali Ecclesiae Andegavensi Exc. P. D. Ioannem Orchampt, hactenus Episcopum titularem Aquensem in Mauretania.**

die 10 Augusti. — **Cathedralibus Ecclesiis Sutrinae et Nepesinae, aeque principaliter unitis, Exc. P. D. Marcellum Rosina, hactenus Episcopum titularem Aezanitanum.**

die 14 Augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Lancianensi et Ecclesiae Cathedrali Ortonensi Rev.mum D. Leopoldum Teofili.**

die 26 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Tablensi R. D. Zachariam Kamuenho, Rectorem seminarii maioris dioecesis Novae Lisbonae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emmanuelis Nunes Gabriel, Archiepiscopi Luandensis.**

die 4 Septembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Aquensi in Mauretania R. D. Candidum Rubiolo, presbyterum archidioecesis Cordubensis, quem deputavit Auxiliarem E.mi Radulfi Francisci S. R. E. Cardinalis Primatesta, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis Cordubensis.**

II

MEDIOLANENSIS, VEECELLENSIS ET VIGLEVANENSIS

DECRETUM

Viglevanensis Ecclesia regioni ecclesiasticae Langobardae adnectitur

Concilii Oecumenici Vaticani II aptiorem dioecesium et ecclesiasticarum provinciarum compositionem suadentis votis obsecundans, Exc.mus P. D. Marius Rossi, Episcopus Viglevanensis, ab Apostolica Sede

postulavit ut Viglevanensis Ecclesia regioni ecclesiasticae Langobardae adnecteretur. Viglevanensis enim dioecesis in Langobardam regionem fere integre patet; apostolatus exigentiae atque sociales rationes eidem regioni consentaneae censentur, ideo unitas organica evidentior efficitur.

Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Conferentiarum Episcoporum Pedemontanae et Langobardae, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, ratus huiusmodi immutatione apostolatus rationes efficientiores reddi, exhibitas preces excipiendas censuit.

Quapropter, praesenti Decreto, dioecesim Viglevanensem suffraganeam constituit Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensis, a metropolitico iure subtrahens Archiepiscopi Vercellensis; regioni ecclesiasticae Langobardae ascribit ita ut Viglevanensi Episcopo ius sit illius regionis Conferentiae Episcopali interesse.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 17 mensis Iulii anno 1974.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

Godefridus Mariani, *Subsecretarius*

III

PICTAVIENSIS - ANDEGAVENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo uberius animarum saluti consuli possit, Exc.mus P. D. Henricus Vion, Episcopus Pictaviensis et Exc.mus P. D. Henricus Mazerat, Episcopus Andegavensis, nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt, ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur, iidemque cum limitibus civilium circumscriptionum convenirent.

Sacra Congregatio pro Episcopis, attento favorabili voto Exc.mi P. D. Egani Righi-Lambertini, Archiepiscopi titularis Docleensis et in Gallia Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem rectiori animarum moderamini profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, sup-

pleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto pagum vulgo Puy-Saint-Bonnet a dioecesi Pictaviensi distrahit, atque dioecesi Andegavensi perpetuo adnectit, mutatis, hac ratione, utriusque dioecesis limitibus.

Omnia acta et documenta praefati territorii, fideles et bona temporalia respicientia, a Curia Pictaviensi ad Curiam Andegavensem quam primum transmittantur.

Ad haec vero exsequenda eadem Sacra Congregatio memoratum Exc.mum P. D. Eganum Righi-Lambertini deputat, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis die 23 Iulii anno 1974.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. & S.

Godefridus Mariani, *Sui secretarius*

IV

VHELINGENSIS
DECRETUM

De Concathedralis erectione et de dioecesis nominis mutatione

In dioecesis Vhelingensis territorio urbs exstat Carolopolitana, seu *Charleston,* **quae tamquam status civilis** *West Virginia* **caput praeest et cuius nomen, pastoralibus id suadentibus argumentis, priori opportune adiungendum videtur.**

Etenim Exc.mus P. D. Iosephus H. Hodges, Episcopus Vhelingensis, ad bono animarum aptius consulendum, ab Apostolica Sede hoc ipsum petivit, nempe, ut dioecesis nomen hac ratione compleretur et templum in memorata urbe exstans, Sacro Cordi D.N.I.C, dicatum,

ad dignitatem Concathedralis eveheretur et dioecesis Vhelingensis nomen hac ratione mutaretur.

Porro Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi titularis Zuritani et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolici, de consilio Em.morum Patrum Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, ratus id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine apostolicae potestatis, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si apostolicae sub plumbo litterae datae forent, memoratum templum in urbe Carolopolitana exstans Sacro Cordi D.N.I.C, dicatum ad dignitatem et fastigium ecclesiae Concathedralis evehit ita ut posthac in eodem Cathedra episcopalis erigi possit ac debeat et Vhelingensi Antistiti liceat, etiam diebus sollemnioribus, prouti magis ipsi expedire videatur, in praefata ecclesia Concathedrali pontificalia exercere et in civitate Carolopolitana pro lubitu residere.

Item eadem Sanctitas Sua indulget ut dioecesis — ideoque et eius pro tempore existens Antistes — in perpetuum vocari queat Vhelingensis-Carolopolitana.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda idem Summus Pontifex deputare dignatus est memoratum Exc.mum P. D. Ioannem Jadot, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad hanc Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Augusti anno 1974.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

APIANA
(APIANA seu SAMOANA et TOKELAUNA)

DECRETUM
De nominis dioecesis mutatione

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, ad satius animarum bonum consulendum, per Apostolicas sub plumbo Litteras ((Prophetarum voces », die una et vicesima mensis Iunii anno Domini 1966 datas, benigne elevavit Vicariatum Apostolicum Insularum Samoa et Tokelau — ita appellatum per Decretum « Cum vocabulum » huius Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando die quarta mensis Ianuarii anno Domini 1957 datum — in Dioecesim Apianam, uti suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Suvanae.

Nunc autem, cum propositum sit ut memorata Dioecesis adhuc aptius, scilicet etiam, ab authochthone supradictarum insularum nomine appellaretur, Sacrum hoc Dicasterium, audito Em.mo ac Rev.mo Domino Pio titulo Sancti Honuphrii in Ianiculo S. R. E. Cardinali Taofinu'u, Episcopo Apiano, atque praehabito favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Raymundi Philippi Etteldorf, Archiepiscopi titulo Tyndaritano atque iam in Insulis Oceani Pacifici Apostolici Delegati, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice feliciter regnante tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut in posterum supradicta Dioecesis latine *Apiana* seu *Samoana et Tdkelauna,* pariterque eius Antistes *Apianus* seu *Samoanus et Tokelaunus* nuncupentur, anglico tamen sermone *Apia* or *Samoa and T ohelau.*

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Festo Sancti Laurentii Diaconi et Martyris, die decima mensis Augusti anno Domini 1974.

© D. S. LOURDUSAMY, *a Secretis*

T. Scalzotto, *off. m.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

TOLETANA

Canonizationis Beatae Beatricis de Silva, fundatricis Monialium a SS. Conceptione.

SUPER DUBIO

An, post cultus approbationem et officii ac Missae concessionem, ita constet de virtutibus ut ad miraculorum disceptationem pro canonizatione quandocumque deveniri possit.

Populus Dei, munus propheticum Christi participans, dum a Spiritu Divino per sacramenta et ministeria sanctificatur, ab eodem Spiritu dona et gratias recipit. Unde *universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf.* Io. *2, 20 et* 27), *in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem propietatem supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum « ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles)) universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet* (CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 12), immo et eodem sensu et quasi spirituali intuitu illos detegit fructus *gratiae quos Spiritus in fidelibus producit (Ibid.,* n. 39). Quod singulariter patet in historia cultus Beatae Beatricis de Silva, cuius fama sanctitatis per quattuor saecula apud Populum Dei in pluribus regionibus integra floruit, quamvis, ob temporum hominumque varia adiuncta, eius Causa beatificationis et canonizationis fere ad nostram usque aetatem siluit.

Beatrix de Silva, natione Lusitana, nobili genere orta est circiter annum 1425 Septae, in urbe Africana (v. *Ceuta),* tunc dominio regum Lusitaniae subiecta. Fides ac religio Roderici Gomez de Silva et Elisabethae de Menezes, eius parentum, optimos fructus edidit. Etenim non tantum Beatrix, sed etiam Amadeus, frater eius, qui in Italia Ordinem Sancti Francisci ingressus, a confessionibus Xysti Papae IV fuit, publica fama sanctitatis coruscavit. Anno 1433 tota familia in Lusitaniam commigrata, pater gubernium oppidi v. *Campo Mayor* a rege recepit.

Beatrix adulescens Elisabetham filiam regum Lusitaniae comitata

est, cum haec in regnum Castellae se contulit Ioanni regi nuptum. Vultu decora animique virtutibus praedita, a pluribus nobilibus viris in matrimonium petita est, unde et innocentiam suam defendere debuit ab insidiis in aula regia exortis. Volens se totam Christo Sponso dicare et occasiones illas fugere, perpetuam virginitatem coram Beata Dei Genetrice vovit atque inter moniales monasterii Toletani Sancti Dominici refugium et quietem quaesivit, ubi triginta amplius annos in habitu saeculari permansit.

Toto eo tempore clara virtutum argumenta praebuit. Christum Dominum toto et indiviso corde diligens, illum solum Sponsum elegit, ac splendoribus et magnificentiis regiae aulae renuntians, inter virgines Deo sacratas humilem et absconditam vitam degit. Thesaurum caritatis potissimum ac divitiarum egenis operiebat, sibi vitam opulentorum denegans ut ceterorum inopiam levaret. Religiosissime vivens, Moderatrici, velut si minima monialium esset, omnimodam obedientiam profitebatur, simulque monasterii disciplinae, praesertim Officii divini recitatione ac silentio, libenter sese astringebat. Unde mirandum non est si Dominus Beatam Beatricem de Silva signis claram reddidit.

Pietate et religione praeparata, ac Spiritus Sancti impulsum secuta, voluit novam religiosam condere familiam, quae Beatae Virgini sine labe conceptae dicata esset. Itaque auxilium ab Elisabetha II, Castellae regina, obtinuit, eiusque venia anno 1484 cum quibusdam sociabus in domum se transtulit quae nomine *Palacio de Galiana* Toleti noscitur, ubi monasterium aedificaret et novi Ordinis fundamenta poneret. Cum vero Beatrix utrumque perfecisset, novus Ordo monialium ab Innocentio VIII anno 1489 approbatus est. Dominus tamen decreverat ut ipsius Serva, sicut Moyses, terram promissionis conspiceret quidem, sed in eam non intraret. Itaque cum iam ad induendam vestem religiosam cum sororibus parata esset, in morbum incidit, qui eam ex hac vita terrestri ad caelestem patriam perduxit. Probabilius anno 1492 mense Augusto mortua videtur.

Eius Ordo, cui nomen monialium a SS. Conceptione, prius approbante Innocentio VIII (a. 1489) Constitutiones Ordinis Cisterciensium, deinde Alexandro VI annuente ac disponente (a. 1494) Regulam Sanctae Clarae Assisiensis secutus est, donec a Iulio Papa II (a. 1506) peculiarem Regulam accepit. Beatae Beatricis exuviae, in monasterio Sanctae Fidei primum sepultae sunt. Cum eaedem moniales in monasterium Sancti Petri migraverunt, eo quoque exuviae Fundatricis translatae sunt ; inde vero moniales Dominicianae in monasterium a Dei Genetrice

appellatum eas receperunt. Tandem moniales Ordinis ab ea conditi, postquam in proprium monasterium Ss.mae Conceptionis redierunt, a Iulio Papa II impetrarunt ut exuviae Beatae Beatricis ipsis restituerentur.

Famam sanctitatis, qua Beatrix de Silva ob eximias virtutes et dona sibi a Spiritu Sancto concessa, cum adhuc in terris viveret, gavisa erat, mors non minuit, immo et adauxit, quod non pauca monumenta demonstrant et historia translationum exuviarum ex parte confirmat. Itaque, cum Urbanus VIII anno 1625 prohibuit quominus Servis Dei, qui non essent a Sede Apostolica beatificati, cultus publicus tribueretur, cultus Beatricis de Silva iam per centum et fere quadraginta annos continenter ac perpetuo viguerat. Inde factum est ut Ordo monialium a Ss.ma Conceptione causam susceperit ad fundatricis cultum servandum ac prosequendum. Verumtamen, licet iuxta Urbaniana Decreta, Causa super *casu,* quem vocant, *excepto,* seu de cultu eidem Beatrici ab immemorabili praestito, ac propterea de cultus confirmatione agi potuisset, nihilominus modus ordinarius de non cultu electus fuit. Re quidem vera Curia archiepiscopalis Toletana anno 1636 processum informativum ordinarium super vita, virtutibus et miraculis confecit. Causa tamen per duo saecula cum dimidio, id est usque ad annum 1910, siluit. Atvero memoria et manifestationes quoque cultus erga Beatriçem de Silva interea non deferbuerunt, praesertim in urbe Toleto et apud moniales a Ss.ma Conceptione. Hinc ineunte hoc saeculo Causa denuo est proposita, et quidem per modum *casus excepti,* seu per modum cultus ab immemorabili tempore praestiti. Instructo igitur processu Toletano annis 1910-1915 super cultu, sententiam tribunalis Toletani, qua edicebatur constare de cultu publico ab immemorabili Beatrici de Silva praestito, Sacra Rituum Congregatio diei 27 Iulii a. 1926 approbavit atque insequenti die Pius Papa XI confirmavit. Die demum 19 Martii a. 1927 idem Summus Pontifex Officium et Missam in honorem Beatae Beatricis concessit.

Cum autem, post confirmationem a Sede Apostolica, cultus Beatae Beatricis latius propagaretur, Actores petierunt ut Causa resumeretur, ita ut ad illius canonizationem via pateret. Attamen, cum beatificatio Beatricis de Silva iuxta normas veteris iuris facta esset tantummodo per decretum confirmationis cultus immemorabilis, absque scilicet disceptatione et decreto super virtutibus, Sacrae Rituum Congregatio die 26 Februarii a. 1950 resumptionem Causae decrevit, servata tamen mente canonis 2133 C.I.C., nempe praehabita discussione super virtutibus, ut

omnia praescripta vigentis iuris implerentur. Quare de virtutibus in specie Beatae Beatricis de Silva disceptatum est apud banc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum et quidem primum die 30 Octobris a. 1973 in Congressu Peculiari, deinde die 18 Decembris eodem anno, in Congregatione Plenaria, in qua Rev.mi Patres Cardinales, relatore Rev.mo Cardinali Arturo Tabera, huius Causae Ponente, edixerunt ita constare de virtutibus Beatae Beatricis de Silva, fundatricis Conceptionistarum, ut quondam, praeviis miraculis, ad eius canonizationem deveniri posset.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 21 Ianuarii a. 1974 per subscriptum Cardinalem Aloisium Raimondi, huius Congregationis Praefectum, relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 21 Ianuarii a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

f Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

II

PARISIEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Eugeniae Mariae a Iesu (in saec. Annae Eugeniae Milleret De Brou), fundatricis Instituti Sororum ab Assumptione B. M. V.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur

Quotquot sive sacerdotes sive religiosi ac religiosae aut laici *evangelica sua deditione in praecellens educationis et scholarum opus incumbunt,* **meritis ab Ecclesia laudibus honestantur, quippe qui non solummodo ipsius Ecclesiae** *internam renovationem promovent, sed eius beneficam praesentiam in mundo hodierno praesertim intellectuali servant et augent* **(CONC. VAT. II, Decl.** *Gravissimum Educationis, n.* **12).**

Hoc apostolico spiritu ducta, hac permota mente, Venerabilis Serva Dei Eugenia Maria a Iesu (in saeculo Anna Eugenia Milleret de Brou),

in urbe Metis die 26 mensis Augusti a. 1817 orta atque Lutetiae Parisiorum die 10 martii a. 1898 vita iuncta, totam suam direxit et ordinavit vitam. Cuius inter alia egregia opera in Ecclesiae civilisque societatis utilitatem, praecipua laude digna habetur Congregatio Sororum ab Assumptione B. M. V. anno 1839 ab ea condita deindeque ab Apostolica Sede rite approbata, cuius sodales religiosae perfectionis exercitationem cum litterarum studio puellarumque educatione et informatione amico foedere sociare verbo exemploque suo ipsa docuit, ita quidem ut divinarum rerum contemplatio praeiret actionem seseque in actuosam vitam salubriter efifunderet.

Quam Venerabilem Servam Dei heroicum attigisse christianarum virtutum fastigium Summus Pontifex Ioannes XXIII, servatis omnibus de iure servandis, die 23 mensis Iunii a. 1961 declaravit, itaque gressus est factus ad miracula rite cognoscenda, quae eiusdem Venerabilis intercessione a Deo patrata dicebantur quaeque ad eiusdem beatificationem assequendam iure requiruntur.

Ex duabus autem sanationibus miraculi speciem praebentibus Sacro huic Foro, post absolutos annis 1942-1945 apostolicos processus apud Curias ecclesiasticas Taurinensem et Mcensem instructos, exhibitis, prior, etsi positivorum elementorum non omnino expers, ad eum tamen evidentiae gradum qui genuini miraculi notas inconcusse manifestaret, non pervenit.

Feliciorem vero exitum sortita est, ad severiorem peritorum trutinam, altera exhibita sanatio, scilicet Sororis Mariae Kevin, Instituti a Venerabili nostra conditi sodalis. Quae, die 16 Novembris anno 1935, apud oppidum cui vulgare nomen *8. Dalmazzo di Tenda,* tunc Taurinensis archidioeceseos, nunc intra fines Nicensis dioeceseos situm, infausta quoad vitam edita prognosi, Venerabili eidem adhibita per novendiales preces invocatione, extemplo ac perfecte convaluit a metroannessite subacuta cum parametrite, pelvi-peritonite et cystite, accedentibus ulcerosis implicationibus gastricis-duodenalibus.

His sub propitiis auspiciis, ne iamdiu exspectatae Venerabilis Servae Dei Eugeniae Mariae beatificationi longior dilatio fieret, Causae actores dispensationem super praescripto canonis 2117 C. I. C. a Summo Pontifice Paulo VI enixe postularunt, ita quidem ut, uno dumtaxat miraculo rite planeque cognito, ad ulteriora procedi posset. Quod Sanctitas Sua, attentis peculiariter expositis rationibus, die 16 Decembris anno 1972 benigne concessit.

Itaque in praedictam sanationem Sororis Mariae Kevin, eiusque indolem, perfectionem et constantiam Consilium Medicum penes hanc Sacram Congregationem constitutum die 5 Octobris a. 1966 pro sua competentia investigavit atque unanimi sententia declaravit eandem sanationem praeter naturae vires aut medicae artis evenisse.

Quibus peractis, quaestio huius Sacrae Congregationis iudicio subiecta est. Exquisitis prius trium Consultorum votis pro rei veritate, habitus est die 10 mensis Iulii a. 1973 Congressus, qui dicitur, Peculiaris, quem postmodum, die 16 Octobris eodem anno, secuta est Congregatio Plenaria in Vaticanis Aedibus adunata, in qua Rev.mus Cardinalis Aloisius Traglia, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit ad disceptandum : ***An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur*** **deque eo rettulit. Et omnes, qui convenerant, Patres Cardinales affirmativum dederunt responsum.**

Facta demum de praedictis omnibus Summo Pontifici Paulo VI die 10 mensis Decembris a. 1973 per subscriptum Cardinalem accurata fidelique relatione, idem Summus Pontifex sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut decretum super eadem mira sanatione concinnaretur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater infrascriptum Cardinalem Praefectum necnon Cardinalem Aloisium Traglia, Causae Ponentem, meque Antistitem a secretis Congregationis ceterosque vocari solitos ad se accivit, iisque adstantibus praesens confirmavit et promulgavit decretum, edicens : ***Constare de miraculo, Venerabili Serva Dei Eugenia Maria a Iesu intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione Sororis Mariae Kevin a metroannessite subacuta, pelviperitonite et cystite, in subiecto chirurgico iam obnoxio ob ovarium sclerocysticum bilaterale, latore ulceris gastroduodenalis.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Martii a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. « S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., ***a Secretis***

III
PATAVINA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Leopoldi a Castronovo, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter Concilii Vaticani II adhortationes illa fulget quae in Decreto de Oecumenismo continetur : *Cum hodie in pluribus orbis partibus, afflante Spiritus Sancti gratia, oratione, verbo et opere multi conatus fiant accedendi ad illam plenitudinem unitatis, quam Iesus Christus vult, haec Sancta Synodus cunctos fideles catholicos hortatur ut, signa temporum agnoscentes, operi oecumenico sollerter participent* (Decretum de Oecum., n. 4). Atqui hunc oecumenicum sensum multa abhinc decennia expertus erat et *oratione, verbo et opere* ad effectum adducere studuerat Servus Dei Leopoldus a Castronovo, sacerdos professus ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum. Ille nempe, et quidem a prima iuventute, cum vix primum et vigesimum annum ageret (a. 1887), divinitus se vocatum atque electum putavit ad promovendum fratrum seiunctorum reditum, praesertim gentis Slavonicae, ad Christi Ecclesiae unitatem. Quam vocationem potissimum vitae suae finem constituens, peculiari voto se obstrinxit semper orandi, assidue Iaborandi, omnesque vires toto vitae suae tempore impendendi pro eiusmodi unitate consequenda, ita ut merito possit ille unitatis Ecclesiae apostolus appellari.

Servus Dei, qui filius minor fuit inter duodecim liberos familiae Mandic-Zarevic, natus est die 12 Maii a. 1866 in Castronovo, dioecesis Catharensis (Kotor), in Croatia, cui in baptismate nomen Adeodatus Ioannes impositum est. A piissimis parentibus accuratam accepit christianam institutionem; quem mater spiritu et amore orationis imbuit. Cotidie una cum patre in ecclesiam sacrificium Missae participandi causa se conferebat. Eius vitae veluti cardines domus, ecclesia et schola erant. De eo affirmabat parochus puerum esse optimis moribus ornatum ac religiosa agendi ratione praestantissimum, ita ut aequa-

libus tamquam exemplum proponi posset. Adhuc puer se Beatae Virgini Mariae consecravit, quam semper tenero dilexit amore.

Sextum decimum annum agens (a. 1882), seminarium Sodalium Ca* puccinorum Utinense, in provincia religiosa Veneta, ingressus est. Biennio post, habitum seraphicum induit, et professionem simplicem die 5 Maii a. 1885, sollemnem vero die 28 Octobris a. 1888 emisit ; tandem die 20 Septembris a. 1890 sacerdotium suscepit. Deinde variis in locis provinciae Venetae sacro ministerio, praesertim audiendis confessionibus sollertem navavit operam. Ab anno 1909 usque ad mortem (a. 1942) Patavii vitam duxit, excepto biennio 1916-1918, tempore scilicet primi magni belli, quo per diversos Italiae Australis conventus peregrinar! coactus est.

Ardenter ille desiderabat in patriam, in *suum Orientem,* redire, quo« melius vocationem oecumenicam sequeretur. Superiorum tamen mandatis obsequentissimus, in quibus divinam voluntatem detegebat, intellexit consilium Dei non esse ut ipsemet in plagas orientales ad unitatis apostolatum exercendum se conferret, sed in parvam cellam audiendis confessionibus destinatam sese includeret. Exinde, in omni homine- qui ad eum spirituale auxilium implorans accedebat, *suum Orientem* conspiciebat. Itaque huic abscondito ministerio, cum alacritate et mirabili perseverantia, una cum mente missionaria animoque apostolico,, se totum devovit.

Innumerabiles fuerunt qui per triginta annos, sacramentalis confessionis causa, eum adibant; qui semper promptus, serenus, humanissimus apparebat, qualemcumque molestiam pro bono ac servitio» fidelium paratus sustinere. Oculis ac stomacho laborans, et arthritide deformanti affectus, quae ambulanti acérrimos dolores afferebat, nunquam tamen a sacro destitit ministerio; et, quod supererai temporis, id in oratione etiam per noctem protracta atque in aegrotis visitandis* insùmebat. P. Leopoldus cum Deo intime coniunctus semper vixit, ita ut merito diceretur « vir in Deo semper defixus, in Deum immersus, iugiter cum Deo conversans, mentem ad Deum erectam habens ». Etiam in audiendis confessionibus Deo semper intentus videbatur. Quam ob rem P. Leopoldus vivum ac perfectum exemplar exhiberi potest illius *synthesis* inter coniunctionem cum Deo et studium hominibus se addicendi, inter interiorem plenitudinem et servitium fratribus* praestitum, quam Decretum *Perfectae Caritatis* (n. 8) Concilii Vaticani II et perennis traditio spiritualis Ecclesiae religiosis ministerio* apostolico deditis proponunt.

Heroico amori erga Deum ac proximum spei virtutem iunxit, quam et infundebat omnibus cum quibus conversabatur. Dictus est vir prudentiae, fuitque iustitiae observantissimus, quam observantiam ab omnibus exigebat, in primis cum de pauperum, debilium oppressorumque tutela agebatur. Heroicam ostendit fortitudinem in suo indocili ingenio domando ac temperando; fuit incredibilis patientiae, constantis serenitatis, illibatae castitatis, ita ut angelus in carne videretur. Tantaeque erat humilitatis ut ultimum fratrum se haberet, ac de derisionibus gauderet, quibus interdum afficiebatur.

Gratiam a Domino petierat ministerium suum usque ad mortem explendi, quae exaudita est oratio. Etsi tumore ad oesophagum affectus, quo ultimis hebdomadis a quolibet ingerendo cibo, excepta S. Eucharistia, impediebatur, non tamen destitit a labore sueta diligentia exsequendo. Quoad potuit, etiam magna cum difficultate, in ecclesiam se conferebat. Deficientibus autem viribus, fideles suo cubiculo excipiebat. Pridie mortis ad quinquaginta hominum confessiones audivit. Postero die, nempe 30 Iulii a. 1942, primo mane, cum Servus Dei ad Missam celebrandam se parabat, sanguinis ictu correptus est. Dein, devotissime oleo infirmorum recepto, factaque animae commendatione, dum una cum fratribus *Salve Regina* recitabat, ad illa verba *O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria,* manus ad caelum tendens, placidissime expiravit.

Ad eius corpus venerandum ingens fidelium accurrit multitudo, funusque veri triumphi speciem induit. Eius fama sanctitatis percrebrescente, caelestibus quoque signis confirmata, anno 1945 processus ordinarii Patavii incohati sunt et anno 1952 expleti. Inde Romam delati, die 26 Martii eiusdem anni rite aperti sunt. Edito die 2 Aprilis a. 1954 super scriptis decreto, Ioannes Papa XXIII commissionem introductionis causae die 25 Maii a. 1962 obsignavit. Processus apostolici super virtutibus et miraculis in specie Patavii et Venetiis annis 1963-1966 rite peracti sunt, ac de eorundem validitate die 30 Novembris a. 1968 decretum prodiit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, et obtenta die 1 Iunii a. 1968 dispensatione a praescripto canonis 2101 C.I.C., cum nondum elapsi essent quinquaginta anni a pio obitu Servi Dei, die 10 Aprilis a. 1973 Peculiaris Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum habitus est, in quo super virtutibus in specie Servi Dei disceptatum est. Quem Congressum subsecuta est die 16 mensis Octobris eodem anno, in Palatio Apostolico Vaticano, Congregatio Plenaria, in qua Rev.mi Pa-

tres Cardinales, relatore Silvio Cardinali Oddi, proposito dubio num Servus Dei christianas virtutes tam théologales quam cardinales earumque adnexas heroum in modum exercuisset unanimi suffragio affirmando annuendoque responderunt.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 10 Decembris anni 1973 per subscriptum Cardinalem relata sunt, sententiam Patrum. Cardinalium ratam habens, iussit decretum super virtutibus Servi Dei apparari.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex hoc die ad Vaticanas Aedes arcessivit Reverendissimus Cardinales infrascriptum Praefectum et Silvium Oddi, Causae Relatorem seu Ponentem, meque insimul subscriptum a Secretis aliosque vocari solitos, atque iisdem adstantibus sollemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis Servi Dei Leopoldi a Castronovo, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 1 Martii a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

IV

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Iuliae Salzano, fundatricis Sororum Doctrinae Christianae a SS. Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

S. Pius Decimus paterno animo recogitans « quanta animarum clades ex una divinarum rerum ignoratione veniat », non solummodo sacros adurget pastores « ut doctrinae christianae notitia cunctorum pervadat animos penitusque imbuat », sed et adiutores advocat, qui huic

se dedant magisterio, catechesi nempe tradendae, « qua ad Dei gloriam et ad animarum salutem nihil utilius institutum est » (Litt. Encycl. *Acerbo nimis,* 15 apr. 1905 : *A.S.B.* 38,1905, pp. 622, 625).

Inter studiosiores christifideles, qui primis vertentis saeculi decenniis, adiutricem sacris pastoribus in tradenda christiana doctrina validissimam contulerunt operam, iure merito accensenda videtur Iulia Salzano, fundatrix Sororum a SS.mo Corde Iesu, quae Christianae Doctrinae Institutrices nuncupantur.

Nata est Famula Dei in civitate v.d. *S. Maria di Capua Vetere,* archidioeceseos Capuanae intra fines, die 13 mensis Octobris a. 1846, e piis parentibus Didaco Salzano et Adelaide Valentino, qui alios septem genuerunt filios, eodemque nativitatis die nominibus Iulia Elisabeth Maria baptismi aquis abluta. A teneris annis, sub piae matris ductu, in pietatis caritatisque operibus sese exercere coepit. Vix quadriennis patre orbata atque in collegio Sororum a Caritate S. Mariae Gratiarum in oppido cui vulgare nomen *San Nicola La Strada* subinde recepta, primariis ac secundariis studiis sedulam navavit operam. Anno 1865, ludimagistrae diplomate aucta, Casauriam cum suis profecta est, ubi prima litterarum elementa alumnis tradens, eorum animos christianis moribus informare satagebat, donec, de spiritualis moderatoris necnon Venerabilis Servae Dei Catharinae Volpicelli consilio, in cuius opificio aliquandiu adlaboraverat, anno 1886 aliquot pias adulescentulas adscivit, quae catecheticam instructionem in privata domo pueris impertirent. In eum finem anno 1892 piam Unionem Filiarum Mariae excitavit, ex qua anno 1905 Congregatio Sororum Christianae Doctrinae Institutricum a SS.mo Corde Iesu orta est.

Religiosum itaque habitum induta, votorum professionem cum aliquot sociis die 2 Februarii insequentis anni 1906 emisit. Regularum adprobatione ab Ordinario Neapolitano impetrata, ipsa Famula Dei anno 1920 Antistita generalis electa est novi Instituti, quod magna cum caritate ac prudentia gubernavit, donec die 17 mensis Maii a. 1929, aetatis octogesimo tertio, Ecclesiae sacramentis devotissime susceptis, Casauriae ex hac vita migravit.

Diuturna et actuosa Famulae Dei vita, sic adumbrata, duplici veluti nota conspicitur signata : firmissimo proposito Dei obsequendi voluntati per singulare virtutum exercitium, assiduoque studio spirituali proximorum consulendi utilitati, per catechismi praesertim apostolatum;

Illud sane praeprimis admirationi venit, quod Serva Dei inde ab adolescentia, mundi oblectamenta vanitatesque aspernata, quae Dei

sunt cogitare, quae Dei sunt quaerere unice intendit, moresque suos christianis conformare praeceptis. Dum autem ludimagistrae munere, adhuc in saeculari vita conversata, fungeretur, quo tempore sectarii ausus in religionem eiusque symbola et institutiones vehementiores fiebant, Iulia Crucifixi imaginem in scholasticis aulis erigebat alumnasque ad christianam excitabat pietatem, ad sacramentorum frequentiam necnon Marialis Rosarii recitationem suaviter alliciens.

Maturiore aetate, ut vitam suam unice Deo dicaret viresque in proximorum servitium indivisa caritate impenderet, terrenis posthabitis nuptiis, religiosae perfectionis semitam ingressa est alacriterque percurrit. At de catechetica instructione nedum pueris sed et adultis impertienda atque procuranda, primae semper ac potiores fuerunt Famulae Dei curae et industriae. Cum itaque, voti compos facta, religiosae vitae palaestram amplexa est, de condenda Sororum Congregatione, quae huic saluberrimo apostolatus operi penitus sese devoverent, pariter cogitavit.

Nec sine peculiari Providentiae consilio effectum est, ut novae institutionis initia eo ipso anno 1905 fierent, quo S. Pius X, celeberrimis editis Litteris Encyclicis *Acerbo nimis,* catecheticae instructionis momentum ac necessitatem summopere inculcavit simulque sacros pastores omnesque christifideles ad tam salutiferum opus efficacius impensiusque prosequendum vehementer adhortatus est.

Supremi Ecclesiae Pastoris adhortationibus monitisque permota, Serva Dei Iulia Salzano catechismi apostolatum novo Instituto a se condito veluti primarium atque essentialem praefixit finem.

Ipsa Famula Dei praeclaro huic operi admirabili caritatis et abnegationis spiritu, quoad vixit, sese devovit, de pueris praesertim atque maioribus christianae doctrinae praeceptis imbuendis constanter sollicita, cum sibi persuasum haberet sublimem Iesu Christi scientiam (cfr. *Phil.* 3, 8) expeditiorem esse viam ad aeternam procurandam salutem.

Percrebrescente itaque virtutum eius laudatione, qua adhuc vivens circumdata erat, Processus Ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere in Curia archiepiscopali Neapolitana constructi sunt. Quae inquisitiones canonicae una cum Litteris Postulatoriis Romam transmissae sunt. Sacra vero Rituum Congregatio, scriptis Servae Dei examinatis, ut ad ulteriora procederetur, die 25 Februarii a. 1959, probante Ioanne Papa XXIII, edixit.

Instante denique Rev. P. Antonio Ricciardi O.F.M. Conv., huius

Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 20 Novembris a. 1973 Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est, diei 5 Februarii anni huius, Congregatio Peculiaris, in qua Em.mus Cardinalis Pericles Felici, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An introducenda sit causa beatificationis,* deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, nempe causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta per subscriptum Cardinalem relatione Paulo Papae VI, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 4 Aprilis a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

V

VERAE CRUCIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Raphaelis Guizar Valencia, Episcopi Verae Crucis.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius Causa

Apostolicos inter viros et egregios animarum pastores, qui Dei Ecclesiam nostris ferme sub oculis virtutibus ac sanctitatis fama illustrarunt, accensendus videtur Servus Dei Raphael Guizar Valencia, Verae Crucis dioeceseos in Mexicana dicione episcopus.

Octavus inter undecim fratres, is natus est in loco cui vulgare nomen *Cotija,* intra fines dioeceseos Zamorensis, die 26 mensis Augusti anno 1878, atque postridie salutaribus Baptismi aquis ablutus. Parentes ei fuerunt Prudentius Guizar et Maria Nativitas Valencia, censu vitaeque integritate conspicui. Primis litterarum rudimentis apud paroecialem scholam initiatus est; deinde in utroque collegio, quod exstabat in patrio pago, humanitatis studia absolvit, et anno 1896 Zamorense seminarium est ingressus. Theologicis studiis magna cum laude

expletis, sacerdos ordinatus est die 1 Iunii anno 1901. Exinde apostolicis ministeriis ad animas Christo lucrandas se totum devovit, tum missionibus, quas per vicos et oppida christifidelibus tradebat, superata saepe saepius itinerum asperitate, tum providis Institutis a se conditis, ut in dioecesi congruus sacerdotum numerus haberetur atque christianae iuventutis educationi perapte provideretur. Magister quoque pietatis alumnorum in seminario Zamorensi et asceticae mysticaeque disciplinae nominatus fuit, necnon apostolicus missionarius renuntiatus. Interim dioecesanam piam unionem ab Apostolatu Orationis appellatam moderabatur, cultum erga SS.mum Cor Iesu late diffundens. In canonicorum collegium cathedralis ecclesiae anno 1912 adlectus est.

Perturbatis autem anno 1913 Mexicanae Nationis rebus ac furente adversus Ecclesiam eiusque administros acerrima lucta, Famulus Dei alacres impendit vires ut Ecclesiae iura defenderet ac tueretur. Ad rerum perturbatorum effugiendas insidias, se in urbem Mexicum recepit, ubi varia apostolatus opera fructuose prosecutus est; inter alia, assumpta interdum mercatoris veste, sauciatis aliisque in vitae discrimine positis in civilis pugnae campo, religionis solacia afferebat, donec deprehensus et ab eversoribus captus, capitali crimine damnatus, certam mortem sagacia sua vitavit. Cum autem huiusmodi vicissitudines acriores in dies fierent, Servus Dei anno 1916 patria emigrare coactus est, in Guatimalensem regionem primum, deinde in Cubam insulam. Quibus in dissitis terris adeo frugiferum exercuit ministerium, ut eius nomen ibidem ad nostros usque dies in benedictione remanserit. Anno demum 1919, mense Iulio, dum Habanae moraretur, nuncium de sua ad episcopalem sedem Verae Crucis recepit, quam ob reverentem erga Summum Pontificem animum humiliter acceptavit. Itaque episcopus ab Apostolico in Antillis Insulis Delegato ordinatus, in Mexicanam patriam ineunte anno 1920 revertitur.

Aerumnosa fuerunt pastoralis eius gubernii initia ob lugendas calamitates, quas immanis terraemotus per universum dioecesis territorium nuper attulerat. Hinc, episcopali sede vix potitus, vastissimae dioecesis visitationem aggressus est, nulli parcens labori nec ullis deterritus periculis, ut suorum fidelium animum erigeret iisque caritatis solacia pro viribus afferret. Item sollertes inde a suscepto dioecesis regimine in Seminarii tutelam impendit curas, maxime cum illud propriis aedibus a civili gubernio iniuste expoliatum, huc illuc transferre cogeretur. Pari studio ac diligentia perdilectum clerum ad

sacerdotalem perfectionem, tum paternis adhortationibus tum spiritualibus in hunc finem propositis exercitationibus, incitare satagebat. In universum spirituali dioecesis bono atque utilitati, inter ardua plerumque adiuncta et difficultates paene innumeras, prospexit : scholarum aedificia, terraemotu diruta, restauranda novaque erigenda curavit, catecheticam instructionem quam impense promovit, cathedrale capitulum restituit, infirmos egenosque ope et auxilio fovit, amplissimam dioecesim per impervia saepe itinera caelique intemperies pastorali visitatione iterum atque iterum perlustravit sacrisque missionibus civitates, oppida ruraque crebro peragravit.

Ubi denuo insurrexit contra religionem insectatio, Ecclesiae iura strenue defendit nihilque intentatum reliquit ut religionis subsidia christifidelibus praesto essent. Ad vitanda tamen maiora gregi damna, anno 1927 in Foederatas Americae Septentrionalis Civitates deindeque in Centralem Americam migrare compulsus est, nullibi apostolatus opera intermittens, donec post biennale exsilium dioecesim repetiit. At vero, nova exorta anno 1931 insectatione, iterum abire cogitur. Tandem anno 1937, tempestate paulisper sedata in propriam dioecesim, non autem ad episcopalem sedem, reverti valuit.

Quo erat animarum zelo incensus, pastoralia ministeria una cum alacri missionali actuositate resumpsit, de concrediti sibi gregis necessitatibus ad finem usque quam maxime sollicitus, donec, post tot aerumnosas vicissitudines, viribus consumptus Ecclesiaeque sacramentis munitus, die 6 mensis Iunii anno 1938, aetatis suae sexagesimo, in urbe Mexico ex hac vita migravit.

Fuit Servus Dei vir vere apostolicus, religiosae libertatis Ecclesiaeque iurium propugnator ac defensor acerrimus, divinae gloriae animarumque salutis studiosissimus, divini verbi praedicationi ac reconciliationis sacramenti administrationi praeter modum deditus, vitam pro suis ovibus offerre semper paratus. Quae omnia ex interiore vita, quam impense excoluit, necnon fervidissima in SS.mum Cor Iesu et B. Mariam Virginem devotione hausit, vitam moresque suos evangelicae humilitatis et paupertatis spiritu componere constanter adnisus.

Sanctitatis fama, qua in vita et morte claruerat, magis in dies post obitum percrebruit. Quapropter factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Instructi sunt itaque annis 1952-1954 processus ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu publico eidem Servo Dei non praestito, quorum acta Romam transmissa sunt.

Interim quamplurima^ litterae Patrum Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Moderatorum seminariorum, Sacerdotum ac Laicorum ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus postulatum est ut Causa beatificationis eiusdem Famuli Dei apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Servato itaque iuris ordine, prodiit die 11 mensis Augusti anno 1958 decretum super Servi Dei scriptis, quo Sacra tunc Rituum Congregatio edixit Causae progressioni nihil obstare. Deinde, instante Rev. Patre Theodoro Zamalloa, Ordinis SS.mae Trinitatis atque Causae huius legitime constituto postulatore, habitus est die 8 mensis Ianuarii anni huius 1974 Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, qui dubio super Causae introductione affirmando adnuendoque respondit. Quod quidem Patres Cardinales sua sententia, in Congregatione Peculiari die 17 mensis subsequentis Februarii habita, relatore Silvio Cardinali Oddi, sanxerunt, rati Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Porro, Summus Pontifex Paulus VI, de praemissis omnibus per infrascriptum Cardinalem certior factus, eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 4 Aprilis a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì **20** Agosto **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JOSÉ TOMAS CABRAL DE MAGALHAES, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Portogallo.

Sabato **24** Agosto **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor AVTAR SINGH, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'India.

Martedì **27** Agosto **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JOHN MILL MCMILLAN, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Australia.

Sabato **7** Settembre **1974,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JOE KACHINGWE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Malawi.

Martedì **10** Settembre, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor HENRY NZIOKA MULLÍ, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Kenya.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato *Membri della Commissione Teologica,* per il prossimo quinquennio :

1	**agosto**	**1974.**	**P. Ahern Barnabas, CP. *(Stati Uniti).***
»	»	»	**P. Alf aro Juan, S.I. *(Spagna).***
»	»	»	**P. Arevalo Catalino G., S.I. *(Filippine).***
»	»	»	**Rev. von Balthasar Hans Urs *(Svizzera).***
»	»	»	**P. Bouyer Louis, Orat. *(Francia).***
»	»	»	**P. Burghardt Walter, S.I. *(Stati Uniti).***
»	»	»	**Rev. Caffarra Carlo *(Italia).***
»	»	»	**Rev. Cantalamessa Raniero *(Italia).***
»	»	»	**P. Congar Yves, O.P. *(Francia).***
»	»	»	**Mons. Delhaye Philippe *(Belgio).***
»	»	»	**Rev. Ernst Wilhelm *(Repubblica Democratica Tedesca).***
»	»	»	**Rev. De Cardedal González Olegario *(Spagna).***

1 agosto 1974. P. Hamel Edouard, S.I. *(Canada).*
» » » Rev. Inlender Boguslav *(Polonia).*
» » » P. Kloppenburg Bonaventura, O.F.M. *(Brasile).*
» » » P. Le Guillou Marie-Joseph, O.P. *(Francia).*
» » » Rev. Lehmann Karl *(Repubblica Federale di Germania)-*
» » » P. Lescrauwaet Joseph, M.S.O. *(Olanda).*
» » » P. Mahoney John, S.I. *(Gran Bretagna).*
» » » P. Martelet Gustave, S.I. *(Francia).*
» » » Rev. Medina Estévez Jorge *(Cile).*
» » » Rev. Mulago Vincent *(Zaire).*
» » » Rev. Ratzinger Joseph *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » P. Saber Georges, Monaco Maronita *(Libano).*
» » » Rev. Schürmann Heinrich *(Repubblica Democratica Tedesca) .*
» » » P. Semmelroth Otto, S.I. *(Repubblica Federale di Germania).*
» » » Rev. Strie' Anto *(Jugoslavia).*
» » » P. Tillard Jean-Marie, O.P. *(Canada).*
» » » P. Vagaggini Cipriano, O.S.B. *(Italia).*
» » » P. Walgrave Jan, O.P. *(Belgio).*

» » » Mons. Delhaye Philippe, *Segretario della Commissione-Teologica.*

5 settembre » Gli E.mi Signori Cardinali Koenig Franz, Arcivescovo' di Vienna, Presidente del Segretariato per i non Cristiani; Landazuri Ricketts, Arcivescovo di Lima; Zoungrana Paul, Arcivescovo di Ouagadougou, *Presidenti Delegati della terza, Assemblea Generale del Sinodo dei Vescovi.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistenti al Soglio Pontificio:

6 aprile 1974. S. E. Mons. Cayer Jean de Capistran Aimé, Vicario Apostolico di Alessandria di Egitto.
10 » » S. E. Mons. Hubert Amand, Vicario Apostolico di Eliopoli di Egitto.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI hai nominato.

Protonotari Apostolici soprannumerari:

4 gennaio 1974. Mons. Brosch Giuseppe (Aachen).
22 febbraio » Mons. Paulus Giuseppe (Trier).
26 maggio » Mons. Myron Williams Charles (Nashville)
12 giugno » Mons. Bertozzo Antonio (Vicenza).
28 » » Mons. Horgan Thomas Ervin (Adelaide).
6 luglio » Mons. Scalia Carmelo (Catania).

Prelati d'onore di Sua Santità:

25 maggio 1971. Mons. Franzoni Guido (Bologna).
15 gennaio 1973. Mons. Russell Kelly Enrico (Shrewbury).

14	settembre	1973.	Mons. Bauer Federico (München und Freising).
»	»	»	Mons. Lederer Otto (München und Freising).
6	novembre	»	Mons. Olney Arturo Vincenzo (Portsmouth).
10	dicembre	»	Mons. Blecharczyk Louis B. (Norwich).
»	»	»	Mons. Malanowski Taddeo F. (Norwich).
»	»	»	Mons. O'Brien James J. (Norwich).
14	»	»	Mons. López Sandoval Giuseppe (Santa Ana).
9	febbraio	1974.	Mons. Lizcano Alfonso (Santa Marta).
22	»	»	Mons. Hof mann Lino (Trier).
14	marzo	»	Mons. Mohn Helmut (Rottenburg).
29	»	»	Mons. Rooney Giovanni (Motherwell).
7	maggio	»	Mons. Civili Renzo (Amelia).
»		»	Mons. Denk Francesco (Wien).
18	»	»	Mons. De Palo Antonio (Ruvo e Bitonto).
30	»	»	Mons. Alexandre Pierre (Port-au-Prince).
»			Mons. Dorellien Gabriel Albert (Port-au-Prince).
»		»	Mons. Jean-Noel Franeois-Néotas (Port-au-Prince).
1	giugno	»	Mons. Me Cauley Joseph (Camden).
»	»		Mons. Molitierno Anthony A. (Camden).
»	»	»	Mons. Mendonça Luiz Gonzaga (Fall-River).
»			Mons. Munroe Henry Thomas (Fall-River).
»	»	»	Mons. Ferrari Giovanni (Genova).
4	»	»	Mons. Cordero Lanza di Montezemolo Andrea (Roma).
15	»	»	Mons. Ahne Giorgio (Misnia).
30	»	»	Mons. Melani Orfeo (Pistoia).
6	luglio	»	Mons. Orsini Enrico (Lodi).
15	luglio		Mons. Kloniecki Feliciano (Gniezno).
»	»	»	Mons. Mazur Lorenzo (Leopoli dei Latini).

Cappellani di Sua Santità:

15	giugno	1973.	Mons. Rondelli Alfonso (Modena).
»	»		Mons. Tazzioli Vittorino (Modena).
14	settembre		Mons. Hageman Ernest (München und Freising).
»		»	Mons. Meyer Franz (München und Freising).
28	febbraio	1974.	Mons. Binder Giuseppe Guglielmo (Linz).
»	»		Mons. Bramerdorfer Rodolfo (Linz).
10	marzo	»	Mons. Chapman Bernardo (Westminster).
»	»	»	Mons. Groves Alessandro (Westminster).
»	»	»	Mons. Kenefeck Riccardo (Westminster).
14	»	»	Mons. Holtkamp Heinrich (Essen).
»	»	»	Mons. Cwienk Uberto (Paderborn).
»	»		Mons. Haas Filippo (Rottenburg).
»	»		Mons. Eger Carlo (Sankt Pölten).
	»	»	Mons. Hess Enrico (Sankt Pölten).
»		»	Mons. Rohrbeck Vincenzo (Sankt Pölten).
29	»	»	Mons. Amann Romano (Feldkirch).
26	aprile	»	Mons. Tomasoni Giacomo (Bergamo).
»	»		Mons. Moskal Robert M. (Philadelphia degli Ucraini).
7	maggio		Mons. Bertolani Ercole (Modena).

7	maggio	1974.	Mons. Boccaleoni Giovanni (Modena).
18	»	»	Mons. Farrenkopf Edmondo Carlo (Bamberg).
»		»	Mons. Kittel Helmut (Bamberg).
	»	»	Mons. Metschnabl Paolo Giuseppe (Bamberg).
»	»	»	Mons. Przibyllok Norberto (Bamberg).
25	»	»	Mons. Quintens Werner (Bruges).
1	giugno	»	Mons. Harrington Thomas J. (Fall River).
»			Mons. O'Neill Patrick (Fall River).
»	»	»	Mons. Regan John J. (Fall River).
4	»	»	Mons. Nicolosi Carmelo (Catania).
10	»	»	Mons. Tortorelli Antonio (Matera).
14		»	Mons. Brandt Eugene Lawrence (Erie).
15			Mons. Soltysiak Feiice (Katowice).
21	»	»	Mons. Bertoni Giovanni (Faenza).
»	»	»	Mons. Rotondi Pietro (Faenza).
25	»	»	Mons. Cruz Pérez Remberto (Santo Domingo).
27	»		Mons. Ceravolo Vincenzo (Mileto).
28	»	»	Mons. Del Bue Secondo (Guastalla).
29	»	»	Mons. Vigano Carlo Maria (Pavia).
6	luglio		Mons. Reina Alfio (Catania).
»	»	»	Mons. Franchetto Emilio (Pisa).
15	»	»	Mons. Palumbo Pietro (Calvi e Teano).
»	»	»	Mons. Ryndycz Emilio Oracio (Esarcato Apostolico Ucraino in Argentina).
»	»	»	Mons. Caiy Stanislao (Leopoli dei Latini).
»	»	»	Mons. Winiarz Jacobus (Leopoli dei Latini).
»		»	Mons. Verreschi Guido (Pescia).
5	agosto	»	Mons. Calvanese Vincenzo (Nocera dei Pagani).
»	»	»	Mons. Desiderio Francesco (Nocera dei Pagani).
»	»	»	Mons. Ficuciello Gaetano (Nocera dei Pagani).
	»		Mons. Pastore Vincenzo (Nocera dei Pagani).

Gentiluomini di Sua Santità:

22	giugno	1974.	Sig. Ciotti Pasquale (Roma).
»	»	»	Sig. Di Giuseppe Antonio (Roma).
»	»	»	Sig. Fatuzzo Luigi (Roma).
»	»	»	Sig. Sansoni Italo (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

21	giugno	1974.	A S. E. Al-Nakib Hassan Mustafa *(Irak).*
»	»	»	A S. E. Romero Miguel T. *(Paraguay).*
»	»	»	A S. E. López Contreras Carlos *(Honduras).*
»	»	»	A S. E. Kabo Ibra *(Niger).*

21 giugno 1974. A S. E. Vakil Mehdi *(Iran).*
» » » A S. E. Kolman Stane *(Jugoslavia).*
» » » A S. E. Guillaume François *(Haiti).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15 marzo 1974. Al sig. Young Gerardo (Leeds).
16 giugno » Al sig. Kohl Helmut *(Germania Federale).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17 luglio 1974. Al sig. Eckert Fritz (Wien).
28 » » Al sig. Domotö Inshö (Osaka).
2 agosto » Al sig. Belloli Giovanni Battista (Milano).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

2 luglio 1974. Al sig. Mayer Astorre (Milano).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23 settembre 1974. Al sig. de Wolff Metternich Francesco (Limburg).
1 giugno » Al sig. Merizalde Roberto (Bogotá).
19 » » Al sig. Barzel Rainiero (Paderborn).
6 luglio » Al sig. Martínez de Mata Gabriel *(Spagna).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 aprile 1974. Al sig. Kroener Werner (Köln).
» » » Al sig. Lubbers Francesco (Köln).
26 » » Al sig. de Mierry Giuseppe (Angers).
14 maggio » Al sig. Catarinich John (Melbourne).
15 » » Al sig. Finocchio Francesco (Albano).
21 » » Al sig. Rossi Canevari Nicolò (Firenze).
» » » Al sig. Guarnero Giuseppe (Istanbul).
» » » Al sig. Valenti Olinto (Istanbul).
» » » Al sig. Berni Raffaello (Roma).
» » » Al sig. Inglese Giuseppe (Roma).
26 » » Al sig. Salomon Irving *(Stati Uniti d'America).*
28 » » Al sig. Riccardi Giuseppe (Fidenza).
30 » » Al sig. Campello Coelho Fausto Orlando *(Brasile)*
» » » Al sig. Wirth Henri (Paris).
18 giugno » Al sig. Pollot Paolo (Montpellier).
» » » Al sig. Marcozzi Rozzi Giuseppe (Teramo ed Atri)
19 » » Al sig. Dejen Teklu *(Etiopia).*
3 luglio » Al sig. Fraternali Orcioni Talbino (Roma).

6	luglio	1974.	Al sig. Picciolini Febo (Siena).
17	»	»	Al sig. François Camille (Nancy et Toul).
22		»	Al sig. Nardi Nicolò (Trieste).
21	»	»	Al sig. André Jean (Paris).
5	agosto	»	Al sig. Barone Vincenzo (Nocera dei Pagani).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12	febbraio	1973.	Al sig. Black Paul (Portsmouth).
»	»	»	Al sig. Muir Kevin (Portsmouth).
	»	»	Al sig. Kirvan Giuseppe (Portsmouth).
11	maggio	»	Al sig. Rafferty James (Shrewsbury).
18	settembre	»	Al sig. Luti Guido (Firenze).
8	ottobre		Al sig. Walsh Robert (Birmingham).
9	»	»	Al sig. Stenley Giuseppe (Birmingham).
22	febbraio	1974.	Al sig. Hausen Giovanni (Roermond).
3	marzo	»	Al sig. Boden Otto (Köln).
»	»	»	Al sig. Streck Robert (Köln).
»	»		Al sig. Lennards Giuseppe Leonardo Maria Antonio (Roermond).
4	»	»	Al sig. Larondelle Giovanni (Berlin).
14	»	»	Al sig. Spitzer Giovanni Francesco (Wien).
29	»	»	Al sig. Moerel Francesco (Rotterdam).
8	aprile		Al sig. Borchers Carlo (Köln).
»	»	»	Al sig. Biesaart Uberto Leonardo Pietro E. (Utrecht).
10	»	»	Al sig. Volmer Günter (Essen).
26		»	Al sig. Latard Baton Enrico Pietro (Lyon).
»	»	»	Al sig. Lafond Renato (Rennes).
»	»	»	Al sig. Lambert Giorgio (Rennes).
»	»	»	Al sig. Meurier Giulio (Rennes).
»	»		Al sig. Perrin Felice (Rennes).
»	»	»	Al sig. Salomon Enrico (Rennes).
»	»	»	Al sig. Baggerman Giovanni Cornelio ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Veerger Enrico Giovanni Giuseppe ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Bernier Conrad (Washington).
»	»	»	Al sig. Kennedy Eugene F. (Washington).
8	maggio	»	Al sig. Leone Aurelio (Roma).
18	»	»	Al sig. Guevarrà Giuseppe C. (Manila).
21	»		Al sig. Cappelli Ugo (Firenze).
»		»	Al sig. Calabrese Lucio (Roma).
»	»	»	Al sig. De Biagi Mario (Roma).
21	giugno		Al sig. Colin Luigi (La Rochelle).
28	»	»	Al sig. Lacatón Pietro (Lyon).
15	luglio	»	Al sig. Carradori Virgilio (Pistoia).
17			Al sig. Alvarez Jesús Antonio (Toluca).
»	»	»	Al sig. Cabellero Antonio (Toluca).
»	»	»	Al sig. del Villar Domingo (Toluca).
»	»	»	Al sig. Faure Alfonso (Toluca).
»			Al sig. Gómez Pina (Toluca).

17	**luglio**	**1974.**	**Al sig. Guerra Adolfo (Toluca).**
»		»	**Al sig. Merino Manuel (Toluca).**
»			**Al sig. Mulhia Melo Jorge (Toluca).**
»	»	»	**Al sig. Pliego Alberto (Toluca).**
28	»	»	**Al sig. Dömoto Shiro (Osaka).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	**giugno**	**1974.**	**Al sig. Haslauer Vinfrido (Salzburg).**

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	**gennaio**	**1974.**	**Al sig. Pauquet Peter Paul (Köln).**
6	**luglio**		**Al sig. Periccioli Ugo (Siena).**
10	»	»	**Al sig. Morselli Silvio (Roma).**

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

23	**maggio**	**1973.**	**Al sig. Anyaegbunam Federico 0. (Onitsha).**
»	»	»	**Al sig. Igboka "Vincenzo (Onitsha).**
»		»	**Al sig. Metuh Agostino E. (Onitsha).**
»	»	»	**Al sig. Nwankwu Giuseppe (Onitsha).**
»	»	»	**Al sig. Nwosu Gionata M. (Onitsha).**
»	»	»	**Al sig. Oputa Giustino Ohukwudifu A. (Onitsha)**
»	»		**Al sig. Ume-Ezeoke Giorgio 0. G. (Onitsha).**
25	**gennaio**	**1974.**	**Al sig. Pirard Albert (Liège).**
11	**marzo**	»	**Al sig. Feuchtinger Francesco (Sankt Pölten).**
14	»	»	**Al sig. Danninger Ermanno (Linz).**
»	»		**Al sig. Apeler Ervinio (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Himmer Giovanni (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Lechner Giacomo (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Körner Guglielmo (Wien).**
1	**aprile**	»	**Al sig. Kapfhammer Franz-Maria (Graz-Seckau).**
18	»	»	**Al sig. Bollen Giuseppe (Hasselt).**
7	**maggio**		**Al sig. Swölfer Giovanni (Wien).**
18	»	»	**Al sig. Persia Francesco (Ruvo e Bitonto).**
21	»	»	**Al sig. Bonetti Roberto (Roma).**
»		»	**Al sig. De Arcangelis Nello (Roma).**
30	»		**Al sig. Anzini Vincenzo (Roma).**
»			**Al sig. De Luca Giovanni Battista (Roma).**
15	**giugno**	»	**Al sig. Rocca Renato (Bologna).**
18		»	**Al sig. Leobacher Giovanni (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Loberbader Massimiliano (Salzburg).**
21			**Al sig. Sparta Giuseppe (Roma).**
10	**luglio**	»	**Al sig. Garrasi Emilio (Roma).**
15		»	**Al sig. Roncallo Elio (Genova).**
17	»	»	**Al sig. Giunta Salvatore (Roma).**
5	**agosto**	»	**Al sig. Ferraioli Diodato (Nocera dei Pagani).**
»	»		**Al sig. Ferraioli Gerardo (Nocera dei Pagani).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2	febbraio	1973.	Al sig. Trevers Lodovico E. (Portsmouth).
19	settembre	»	Al sig. Kawuuzi Vittorio (Kampala).
14	dicembre	»	Al sig. Bolg Peter (Köln).
»	»	»	Al sig. Sels Peter (Köln).
24	gennaio	1974.	Al sig. Oyen Erich (Köln).
»	»	»	Al sig. Runge Wilhelm (Köln).
25	»	»	Al sig. Mouffe Edmondo (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. Nuits Camillo (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. Van Halle Giovanni (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. Godenne Jules (Namur).
»	»	»	Al sig. Servais Alfonso (Tournai).
22	febbraio	»	Al sig. Korz Alfonso Giovanni (Rotterdam).
3	marzo	»	Al sig. Bester Simone P. ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Hendriks Giovanni Antonio ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Drugmant Edoardo (Tournai).
»			Al sig. Van-Nieuwenhove Cirillo (Tournai).
4	»	»	Al sig. Fibbe Antonio Giuseppe (Haarlem).
12	»	»	Al sig. De Goede Cornelio Marino (Haarlem).
»	»		Al sig. Van Bun Francesco A. G. (Roermond).
»	»		Al sig. Van Den Hurk Marico Mattia ('s-Hertogenbosch).
14	»	»	Al sig. Wagner Francesco (Salzburg).
25	»	»	Al sig. Brings Hubert (Köln).
»	»		Al sig. Van De Sanden Giovanni Andrea Ludovico ('s-Hertogenbosch).
29	»	»	Al sig. Colsen Guglielmo Pietro Antonio (Breda).
»		»	Al sig. Calleja Nazzareno (Gozo).
»	»	»	Al sig. Pace Giuseppe (Gozo).
»	»		Al sig. Le Large Leonardo (Rotterdam).
	»	»	Al sig. Van Vliet Giovanni (Rotterdam).
»	»		Al sig. Van Voorst Cornelio (Rotterdam).
10	aprile	»	Al sig. Ketteler Paolo (Essen).
26	»	»	Al sig. Keuleers Giuseppe (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. Stieger Hendrick Giuseppe Maria ('s-Hertogenbosch).
	»	»	Al sig. Thien Herman Josef Leonard (Utrecht).
7	maggio		Al sig. Hummer Arnolfo (Wien).
»	»	»	Al sig. Killian Giuseppe (Wien).
	»	»	Al sig. Rauch-Hophffner Erberto (Wien).
8	»	»	Al sig. Casu Leonardo (Roma).
»	»	»	Al sig. Mazzariol Armando (Venezia).
18	»	»	Al sig. Atzer Walter (Limburg).
21	»	»	Al sig. Lauro Agostino (Ischia).
»		»	Al sig. Biskupki Ludovico (Istanbul).
26	»	»	Al sig. Hoepfl Erich (Regensburg).
»	»		Al sig. De Angelis Guido (Roma).
28	»	»	Al sig. Von Neveu Zu Windschläg (Freiburg im Breisgau).
»	»	»	Al sig. Francisci Carlo (Roma).

•30	maggio	1974.	Al sig. Pieroni Mario (Roma).
1	giugno		Al sig. Galea Giuseppe (Malta).
»	»		Al sig. Mallia Paolo (Malta).
7	»		Al sig. Suhsmann Otto (Wien).
18	»		Al sig. Rettenbacher Agostino (Salzburg).
:28	»		Al sig. Tagliaferri Giuseppe (Grosseto).
6	luglio		Al sig. Grandi Ermes (Roma).
17	»		Al sig. Rinaldi Roberto (Tortona).
5	agosto		Al sig. De Pascale Tommaso (Nocera dei Pagani)

NECROLOGIO

17	luglio	1974.	Mons. Kalwa Piotr, Vescovo di Lublino.
18	»	»	Mons. Pelaia Bruno, Vescovo di Tricarico.
21	»	»	Mons. Menchaca Lira Alejandro, Vescovo tit. di Pinara.
23	»	»	Mons. Wang-Kei Lei Peter, Vescovo di Hong Kong.
.27	»	»	Mons. Carrara Benigno, già Vescovo d'Imola.
»	»	»	Mons. Cabri Antonio, Vescovo tit. eletto di Guardialfiera, Ausiliare del Vicario Apostolico di Napo (Ecuador).
•30	»	»	Mons, Bossuyt André, Vescovo tit. di Cuna via.
31	»	»	Mons, Lane Raymond A., Vescovo tit. di Ipepa.
1	agosto	»	E.mo Signor Cardinale Antoniutti Ildebrando, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Velletri, Camerlengo del Sacro Collegio.
6		»	Mons. Dondeo Virginio, Vescovo di Orvieto e Vescovo di Todi.
14		»	Mons. Cousineau Albert François, Arcivescovo di Cap Haïtien.
15	»	»	Mons. De Almeida Lustosa Antonio, già Arcivescovo di Fortaleza.
21	»		Mons. Galea Emanuel, Vescovo tit. di Traile di Asia.
29	»		Mons. Wronka Andrzej, Vescovo tit. di Vatarba.
7	settembre		Mons. Busimba Mikararanga, Vescovo di Goma.
15	»		Mons. Gómez Dávila Horacio, Vescovo tit. di Ruspe.
»	»		Mons. Flores Martín Jaime, già Vescovo di Barbastro.

An. et vol. LXVI 31 Octobris 1974 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabili Dei Famulo Michaeli Rua, Societatis S. Francisci Salesii Rectori Maiori, Beatorum Caelitum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Spiritalis ea vita, quae nobis cum angelis caelestibus divinisque spiritibus communis est, cum quibus ad imaginem et similitudinem Dei conditi sumus (cf. S. Laur. Br und. *Op. omn.* 5, 1, 48), ratio videtur fuisse ac norma, ad quam consilia sua omnia venerabilis Dei Famulus Michael Rua referre et dirigere studuit. Etenim ille, etsi plurimos vitae annos terrena negotia, eaque gravissima, pro munere gessit, in itineribus fuit persaepe ut religiosae Societatis suae sodales viseret hortaretur incitaret, epistolas innumeras rescripsit ipse, in colloquia cum iis omnibus venit, qui aditum optarent et quaererent, numquam tamen oblitus est sibi esse ad caelestes illas sedes potius intendendum ubi, ad sancti societatis Salesianae conditoris verba, animique corporisque quietem comparare datur eaque aeterno frui. Iure ille ac merito sanctis illis sacerdotibus accensendus est, quos felix Augusta Taurinorum urbs seu genuit seu aluit, quorumque latissime est superiore saeculo fama pervulgata : Iosephum Benedictum Cottolengo, Iosephum Cafasso, Leonardum Murialdo, Ioannem Bosco. Hunc potissimum, in cuius locum est ad universam Sancti Francisci Salesii societatem regendam suffectus, habuit totius vitae suae moderatorem; cum eo enim non solum familiarissime vixit operamque ei navavit

fidelem et alacrem, sed, eodem praeeunte, ita etiam « in lege Domini » ambulavit (cf. *Ps. 118,* 1), ut arduum omnino sit utri primae in religiosis virtutibus tribui possint partes.

Cuiusmodi venerabilis Famuli Dei memoria cum animum Nostrum admiratione summa ac suavi iamdiu perfudisset, censuimus in exemplum eum esse sollemni caerimonia et declaratione proponendum, ut in eiusdem vitam et mores christifideles omnes intuerentur, in primisque autem presbyteri religiosique illi viri, qui iuventae excolendae atque ad Evangelii normas efformandae ubique terrarum consulerent. Putavimus tamen ea quae diximus eiusdem egregii viri vitae operumque summa satis declarari.

Michael Eua natus est Augustae Taurinorum d. ix mensis Iunii, a. MDCCCXXXVII, parentibus Ioanne Baptista et Maria Ferrerò. Hi, cum pie viverent, christianam religionem pietatemque in Deum inque beatissimam eius Matrem vitae prius integritate quam verbis filium docuerunt. Patre septennis orbatus, mox Michael alterum providentis Dei consilio invenit, Ioannem Bosco, eximiae virtutis sacerdotem illum, cuius nomen et opera in omnium iam erant ore et sermone. Tanti viri quasi ductu, mirum quas in litterariis philosophicis theologicisque studiis progressiones fecerit, quam animose et constanter et efficienter religiosarum virtutum vias ingressus fuerit. Ita ut, sacris a. MDCCCLIX per subdiaconatus gradum vix initiatum, eum tum ineuntis societatis Salesianae sodales pietatis suae moderatorem unanimi elegerint. Sequenti anno sacerdos factus est, eiusdem Societatis primus. Ut summa erat prudentia, propere eum Ioannes Bosco primarium suum in agendis adiutorem nominavit. In quo explendo munere tam caute egit tamque fideliter ut, quem patrem et magistrum a puero habuisset, eum colere pergeret observantissime, demisse omnino operans et abscondite, id sollicitus ut ille unus « esset civitas super montem posita » *(Mt.* 5, 14) qui longe lateque, duabus virorum mulierumque religiosis familiis constitutis, pueris adiuvandis et ad christianum morem efformandis operam daret indefatigatam. Attamen, ut in omnium exspectatione erat, graviora in dies munera commissa Michaeli sunt ; quorum illud fuit maximum, quo, post sanctissime vita functum a. MDCCCLXXXVIII conditorem, supremi Salesianae familiae rectoris officium ei tributum est. Quae autem Ioannes Bosco ingenio suo opera condiderat venerabilis Dei Famulus ingentibus incrementis ita perfecit et amplificavit, ut Societatis sedes et sodales in Italiae finibus maxime atque in Europae Americaeque nationibus multiplicarentur, cunctis mirantibus.

At mirabilius eiusdem Famuli Dei de colendis religiosis virtutibus studium, quod praecipue oboedientiam spectabat suique despicientiam, voluntariam corporis castigationem, terrestrium rerum contemptionem, castimoniam, in pauperes aegritudineque affectos caritatem et veluti propensionem. In sibi praeterea commissis officiis exsequendis indefessus diligensque fuit quam maxime, aerumnarum quae frequentes ei obtigerunt patiens, orationi ad Apostoli monita instans (cf. *Rom.* 12, 12). Erga augustissimum Christi Corpus, sive sacrum ad altare confidebat sive ad tabernaculum diu adorans commorabatur, singularem pietatem manifesto significavit. Mariam vero, beatissimam hominum Servatoris Matrem fideliumque christianorum auxilium, intimo quodam animi aestu prosecutus est. Paupertatis studiosissimus, pauper voluntate et re vixit, de minimis contentus. Aspere in suum debilitate et morbo affectum corpus, singulari in alios benevolentia et suavitate egit. Nec est sane praetermittendus eius in religiosae vitae regulis servandis ardor, quas non solum plene tuitus est vel morti proximus, sed etiam, Ioannem Bosco secutus, sodalibus subditisque tamquam ipsius societatis Salesianae fundamentum et perfectionem adsidua hortatione eas suasit. Quo denique fuerit in Romanum Pontificem amore, plurima eius testantur scripta, cohortationes, opera.

Tamdiu tamque actuose laborantem brevis ac letalis morbus Augustae Taurinorum corripuit et ne alia aggrederetur incepta tandem coegit. Extremis Ecclesiae sacramentis refectus, piissime d. vi mensis Aprilis, a. MDCCCCX obiit, bene in terris actae vitae praemia in caelis a Deo accepturus.

Vivens, Michael Rua est propter eximias animi virtutes et opera valde dilaudatus ; luculentius autem mortuus emicuit et excultus est. Merito ideo factum, ut in Taurinensi archiepiscopali Curia de beatorum caelitum honoribus eidem decernendis ageretur, ad remque ab anno MDCCCCXXii ad MDCCCCXXviii peculiaris Causa de more instrueretur. Qua perfecta, cum id plurimi petiissent, Commissio introductionis Causae apud Sacram Rituum Congregationem instituendae a Pio XI, fel. rec. Decessore Nostro, signata est, d. xv mensis Februarii, a. MBCCCCXXXVI. Apostolicis deinde inquisitionibus ab eadem Sacra Congregatione absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus venerabilis Michaelis Rua disceptatum est; quas, omnibus perspectis et expensis, Dei Famulum heroum in modum excoluisse Pius XII, fel. rec. Decessor Noster, lato decreto d. xxvi mensis Iunii, a. MDCCCCLIII, declaravit. Habita deinde quaestione de miraculis quae, eiusdem Famuli

Dei nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in comitiis diligenter exquisita, Nos, d. xix mensis Novembris a. MDCCCCLXX, de duobus certo constare pronuntiavimus. Deinde diem, quo ad sollemnem beatificationis ritum deveniretur statuimus, videlicet xxix mensis Octobris, boc anno. Quo feliciter orto, sacra in Petriano templo facientes coram amplissimo Patrum Cardinalium atque Episcoporum coetu, Romanae praeterea Curiae Officialibus, sodalibus Piae Societatis Salesianae eiusdemque scholarum alumnis quam plurimis, ac frequentissimo undique venientium christianorum congressu, precibus accedendum esse censuimus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ac tam ab omnibus exspectata verba pronuntiavimus, quae sequuntur : « Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, totius Societatis Sancti Francisci Salesii sodalium pluriumque christifidelium explentes ; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata ; vi et auctoritate Nostra apostolica venerabilem servum Dei Michaelem Rua, presbyterum praedictae Societatis Francisci Salesii, in album beatorum ascribimus, facultatem facientes ut eius festum die eius natali vi mensis Aprilis, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Postquam vero novum beatum precatione propria primi invocavimus, eiusdem laudes sermone celebravimus, exempla sancta cunctis meditanda imitationeque exprimenda proposuimus. Has autem Litteras sive nunc sive in posterum ratas haberi iubemus, ut vim suam habeant effectumque omnem, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Octobris, anno MDCCCCLXXII, Pontificatus Nostri decimo.

PAULUS PP. VI

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Stephanum I Sidarouss, Alexandrinum Coptorum Patriarcham, ad mutuam conspirationem magis fovendam inter Catholicos et Coptos Ortodoxos Christifideles.

Monsieur le Cardinal et Cher Frère dans le Christ,

La visite que Nous a faite Pan dernier Sa Sainteté Shenouda III, Pape d'Alexandrie et Patriarche de la Prédication de Saint Marc, devrait être le commencement d'une nouvelle époque dans les relations entre l'Eglise Catholique et l'Eglise Copte Orthodoxe. Les catholiques d'Egypte sont conscients de l'importance de ces démarches qu'ils ont accompagnées de leurs prières, et ils sont préoccupés de discerner quels en seront les effets réels tant dans la vie de l'Eglise en Egypte que pour la progressive réconciliation entre les chrétiens.

Examinant avec notre illustre visiteur « les moyens concrets de surmonter les obstacles existant sur la voie d'une réelle collaboration », nous avions ensemble rappelé que « la vraie charité est un élément essentiel de cette recherche de la communion parfaite ». Assurés de votre collaboration et de celle des Evêques de votre Synode, nous avions continué notre déclaration commune en rejetant, au nom de cette charité, « tous les agissements par lesquels des personnes cherchent à troubler les communautés des autres en recrutant parmi elles de nouveaux membres par des méthodes ou avec des états d'esprit contraires aux exigences de l'amour chrétien et à ce qui devrait caractériser les relations entre Eglises ».

Nous avons voulu, en réaffirmant ces principes, créer l'atmosphère sereine nécessaire à un travail fructueux de la commission mixte établie entre nos Eglises par Nous et par l'amba Shenouda III lors de notre rencontre. Nous savons gré aux catholiques de votre pays de la collaboration qu'ils ont déjà- donnée à cette commission. Elle vient de recommander la création d'un comité mixte local qui aurait pour tâche d'assurer les contacts entre les catholiques et les coptes orthodoxes en vue de rechercher les voies qui mènent à une collaboration plus grande et plus fraternelle entre frères chrétiens, et qui aurait aussi à examiner et à s'efforcer de surmonter les difficultés qui ne manqueront pas de

s'opposer à cet effort. Sachant que Votre Béatitude est d'accord avec cette proposition de la commission, de tout cœur Nous approuvons la formation de ce comité et Nous voudrions recommander son travail à votre sollicitude pastorale et à celle des membres de votre saint Synode et de tous les ordinaires catholiques d'Egypte, dont Votre Béatitude préside l'assemblée. Nous espérons que ce comité pourra contribuer efficacement au travail de réconciliation et de croissance dans la communion qui est maintenant entrepris et qui exigera parfois, de part et d'autre, un renouveau de certaines attitudes et de certaines pratiques pastorales en vue de les adapter à la situation nouvelle qui se crée progressivement et qui sera le fruit de cette profonde conversion du cœur que le Deuxième Concile du Vatican nous dit être une des conditions premières du progrès dans l'unité.[1]

Que l'Esprit Saint, qui suscite et guide cet effort des chrétiens, inspire le travail de ce comité et qu'il donne à ses membres le courage de la fidélité et de la docilité.

Animé de cette espérance, Nous vous redisons, Béatitude et très cher Frère, nos sentiments de profonde charité dans le Christ Jésus.

Du Vatican, le 12 septembre 1974.

PAULUS PP. VI

II

E.mo P. D. Silvio S. R. E. Cardinali Oddi, quem Missum Extraordinarium eligit ut Eucharistici Coetus, Salti in finibus Argentinae habendi, celebritatibus praesideat.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Saltum, urbs in finibus Argentinae nobilis et antiqua, civium quidem industria florens, clarior tamen ob sanctam Eucharistiae religionem, a die sexto ad tertium decimum Octobris, hoc anno, lucidos dies aget et fidei plenissimos : confluent enim in civitatem illam quantum praevideri potest, confertissimae cum Episcopis turbae et multitudines, ut ibi VII Eucharisticum totius nationis conventum peragant, adeo ut ea Isaiae Prophetae verba ultro mentem iucundissime subeant : « Surge,

[1] Cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* n. 7.

illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent ... et dilatabitur cor tuum ».[1]

Quibus sollemnitatibus volentibus Nobis aliquo modo interesse, cum pertineant ad communem Ecclesiae causam et utilitatem, bene fieri visum est, si Te, Venerabilis Frater Noster, loco Nostri mitteremus, iure rati posse Te, ob teneram Tuam erga mysterium tam augustum pietatem, personam Nostram pro dignitate sustinere. Quare Te *Missum Extraordinarium* constituimus per hasque Litteras renuntiamus Congressus illius, de quo diximus, Saltensis nempe in Argentina, facta potestate sacris conventibus nomine atque auctoritate Nostra praesidendi, aeque ac liturgicis celebrationibus atque coeptis omnibus quae tempus suadeat.

Quibus tamen actis, non sane putamus officia Nostra omnia ad missionem tuam quod attinet, confecisse; Teque animo, pietate, obsequio in Christum, Redemptorem Nostrum, sequemur, atque potissimum prece, ut ex ea populorum congressione gloria inde maneat amplissima Deo, et bona praeclaro illi populo maxima atque diuturna.

Revera exhibet Eucharistia Dei Verbum incarnatum, quod gloriam suam Unigeniti splendoremque Filii, aurorae similis, velis tenuat, id est speciebus, quas amor suggessit; itemque Sanctum Dei Spiritum, cuius virtute infirma panis et vini elementa in Christi corpus et sanguinem transeunt. Quare iure merito ei, qui ad hoc mirabile sacramentum accedit, eadem fieri verba videntur, quae Moysi : « Solve calceamenta de pedibus tuis ; locus enim in quo stas, terra sancta est ».[2]

Quoniamque tantarum rerum substantia non humanis attingitur aut oculis aut sensibus, Eucharistiae Sacramentum natura sua fidem poscit egregiam, iuxta Missae verba ;[3] adeo ut eum qui ad prodigiorum Deum accedat, oporteat potissimum et quam maxime credere : [4] credere nempe ut Christus iussit, adorandus Dei Filius ;[5] ut catholica Ecclesia semper docuit[6] et docet ;[7] ut Patres Ecclesiae sancti tradiderunt.[8]

[1] *Is.* 60, 1-6.

[2] *Exod.* 3, 5.

[3] Cfr. *Ordin. Miss.*, post consecrationem.

[4] Cfr. *Luc.* 8, 50; *Hebr.* 11, 6.

[5] Cfr. *Io.* 6, 29.

[6] Cfr. *1 Cor.* 11, 13; *ib.* 10, 16.

[7] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 9; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 38.

[8] Cfr. ex. grat. Iust. *Apol. 1*, 66, *PO* 6, 428; Hii. *De Trinit.* 8, 13, *PL* 10, 246; Aug. *Serm.* 272, *PL* 38, 1246; Thom. Aquin. *Seq. in festo Corporis Christi*, etc.

Quid autem est credendum? « Eucharistiam esse carnem Domini Nostri Iesu Christi, eandem nempe quae in Cruce pro nobis immolata est quamque Pater exsuscitavit ».[9]

Praeter autem fidem, Eucharistiae mysterium amorem expostulat. Hortare ergo, Venerabilis Frater Noster, populum illum nobilem ad caritatem : tum videlicet erga Deum, quem in sacramento colit, tum erga proximum. Atque primum Deum ament, seu primum illud quod est a se, et rerum omnium principium sine fine, aeternum totius ordinis atque indeclinabilis iustitiae fundamentum, et bonum summum et beatitudinem mortalium ultimam. Deinde proximum, id est homines, sive prope sint sive longe degant, sive placeant sive displiceant, sive divites sive pauperes, sive luce divina nitentes sive iacentes in errore et umbra mortis; homines, dicimus, ut vita cotidiana exhibet. Stat enim beati Ioannis vox : ((Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt quomodo potest diligere? ».[10]

Deus tandem, quem in Eucharistia adoramus, cum sit in omni genere perfectissimus, id etiam exigit, ut pura mente et propensissima voluntate accedamus : eo videlicet animo, ut sit unicuique religio summi Numinis verbo adhaerescere; ut simus a nobis, rebus, vitiis, illecebris nudi et ad omnia virtutis gratia parati. Hoc modo scilicet sive tutius iter ad aeterna patebit, sive terrestrium bonorum sitis et cupiditas eximetur, sive facilior evadet veteris hominis renovatio eiusque ad Evangelicam sapientiam conformatio et exoptata non solum cum Deo, verum etiam cum se ipsis, cum Ecclesia, cum fratribus reconciliatio, et in egentes denique caritas, suarum semper prodiga opum, in afflictos, quibus sane orbis terrarum abundat.

Atque ita divinum Eucharistiae Sacramentum per fidei atque caritatis usum, quem acuit, et rectae mentis conscientiam, quam poscit, fit etiam aptissima ad Anni huius Sancti sollemnitatem celebrandam praeparatio et ornatio : scilicet ad illam interioris hominis restaurationem et redintegrationem, quam Ecclesia sancta per hunc annum salutis persequitur, una simul cum reconciliatione, qua homo cum homine et familia cum familia, et natio cum natione arctioribus usque fraterni amoris vinculis coniungantur. Opportune igitur ad Argentinae nationis sacris Pastoribus susceptum est consilium, ut per hos dies de

[9] Ignat. Mart. *Ad Smirnens. 1,* 1.
[10] I, 4, 20.

iis quaereretur copiosius, quae sancta mater Ecclesia in hunc sacrum Annum tractanda facienda proposuit, quasi metam, fidelibus.

Hoc animo atque spe, Venerabilis Frater Noster, ad populum Argentinum Te mittimus carissimum Nobis. Tu autem salvere iubebis tum Venerabiles Fratres Episcopos atque sacerdotes et Religiosos, tum populum, gratias agens de industria, sollertia, laboribus quos fidei causa inierunt; simulque bona, fausta, felicia omnia ominare cum diuturna atque optatissima pace, tuta tranquillitate. Hortare potissimum ut Deo eiusque Ecclesiae fidem servent. Singulari autem studio civilibus potestatibus bene precamur cuiuscumque ordinis, praesertim vero perillustri Reipublicae Argentinae Praesidi, id a Deo, rerum gubernatore, expetentes, ut quam felicissime impositum sibi munus tueantur.

Tibi denique cunctisque quos modo enumeravimus, iis praesertim quos mala tristia premunt aut sors invida urget, Benedictionem Apostolicam impertimus, divinae benevolentiae signum, in adversisque robur.

Ceterum, « Regi saeculorum, immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen ».[11]

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Septembris, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

III

Rev.mo P. Lucio Migliaccio, Rectori Generali Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei, quadringentesimo volvente anno ab instituto Ordine.

Vigente adhuc quarto centenario die natali Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei cui iure praees, te, Dilecte Fili, ac singulos illius familiae religiosae sodales magna quidem benevolentia prosequimur Nos curaque peculiari complectimur tamquam spectatum gregem intra immensam Ecclesiae communitatem ; eodemque tempore has ad te mittimus litteras fraternas quibus animos vestros omnium in proposita vita confirmare cupimus ac studium vestrum erga operam susceptam efficaciter sustentare.

Etiamsi quattuor iam saecula praeterierunt ex quo prima illa Con-

[11] *1 Tim. 1,* 17.

fraternitas sacerdotum reformatorum sub titulo Beatissimae Virginis condita est a legifero patre vestro Sancto Ioanne Leonardi, nihil tamen reapse detractum est nec de pastoralibus hominum necessitatibus quibus ille multipliciter occurrere contendit nec de permagna utilitate variorum eius inceptorum quae universa tandem feliciter in Ordinem Clericorum Regularium Matris Dei coaluerunt. Quapropter iustissimam profecto causam habetis cur forti hilarique animo sectemini conditorem vestrum imperturbati atque Populo Dei hodie etiam plurimum in via salutis opitulemini.

Quem ad modum perbene novistis, Ioannes Leonardi cogitationem suam et industriam maxime in recta atque integra doctrinae christianae traditione locavit et fixit ; immo celebrem illius artis ac disciplinae libellum emisit in usum parochorum atque parvulorum institutionem. Sed haec eadem navitatis regio vos hodie aequabiliter exspectat, et quidem magis quam illo tempore quoniam difficilius fit in dies evangelii praedicandi opus ac plures homines lumen solaciumque nuntii Christi etiam inscientes conquirunt. Optata Ecclesiae renovatio, sicut tunc ex Concilio Tridentino processit, ita nunc a Concilio Vaticano Secundo repetenda est ; qua in re vos simili plane studio versari et operari potestis ac Sanctus Ioannes. Is praeterea totum se penitusque dedebat diversis legationibus quas uti conciliator partium et morum castigator pro Ecclesia Dei obibat. Simile quiddam a vobis merito hodie postulatur, nempe ut ductum Ecclesiae fidissimi semper sequamini atque inter populum ipsum catholicum legati sitis et interpretes verae mentis voluntatisque Vicarii Christi et fratrum eius Episcoporum.

Dum ergo, ut decet, gratulamur vobis de vita religiosa et apostolica opera quattuor saeculorum, cohortamur simul vos ut aucto studio expleatis munus illud parvum vel magnum quod ex providentissimi Dei consilio in Ecclesia vobis obtigerit. Scitote conatus vestros ab auctoritatibus Ecclesiae magni quidem aestimari, ubicumque locorum in Europa vel America fiant. Nos quoque praesentes vobis adesse persuadetote laudantes hortantes gratulantes. Optamus postremo ut anniversaria haec commemoratio et Capitulum Generale centesimum secundum modo actum conferant sane multum ad spiritum dilecti illius pusilli gregis inflammandum, ad amorem erga conditorem sanctum et Ecclesiam Dei accendendum, ad novos sodales per exemplum vitae alliciendos.

Haec igitur habetis sensa Nostra et vota in tam fausta Ordinis vestri occasione. Adiuvet vos, ita precamur, potenti suo praesidio Maria

Mater Dei cui peculiari titulo dicamini eiusque Filius Divinus cuius famulatui vos devovistis. Eorum denique favorem perpetuum et subsidium impetret vobis Apostolica Nostra Benedictio quam tibi, Dilecte Fili, singulisque membris Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei peramantes quidem elargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die VII mensis Octobris, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

In Basilica Fossanovensis coenobii habita ubi S. Thomas Aquinas, anno millesimo ducentésimo septuagesimo quarto, pientissime obiit. *

Fratelli e figli carissimi!

Noi siamo venuti a Fossanova per venerare San Tommaso d'Aquino, dove egli morì, il 7 marzo 1274, settecento anni fa, all'età di circa cinquant'anni. Era nostro pensiero di fare, quasi furtivamente, questa visita, a titolo di devozione privata; ma le circostanze prevalgono su questa nostra intenzione; e, con la presenza di tante personalità ecclesiastiche, religiose, civili, e di tanto popolo desideroso di associarsi a questo nostro atto di pietà religiosa, il nostro umile e personale ossequio diventa pubblico e si fa cerimonia celebrativa. Meglio così, per l'onore collettivo e significativo che è reso alla memoria del Santo, ben degna di ricordo e di venerazione comune, per l'occasione che a noi è offerta di incontrare voi tutti e di salutarvi nella veste degnissima di fedeli credenti e cultori della stima che a tanto Santo è dovuta, e nella veste specifica di ciò che voi siete e rappresentate in questo momento e in questo luogo, e per il dovere che in noi si pronuncia di rivolgervi una parola, semplicissima e spoglia da ogni pretesa d'essere al tema superlativo, che la menzione del grande Dottore esigerebbe da noi e per voi; una parola dovuta più al carattere liturgico di questa cerimonia, che a quello celebrativo del Santo che intendiamo onorare e invocare.

Diremo dunque soltanto qual è la ragione, — una delle ragioni! —

*** Die 14 mensis septembris a. 1974.**

che sembra emergere dalla evocazione della memoria di S. Tommaso, provocata da questa nostra pia escursione estiva e festiva.

Identifichiamo subito questa ragione, se noi tutti chiediamo a noi stessi : perché siamo qui? Dato il carattere assunto da questo convegno, non certo per compiere soltanto un gesto di religiosa venerazione, come se all'apparizione del Santo, sullo schermo della nostra coscienza, noi ci curvassimo tremanti e felici davanti alla sua grande e ieratica figura. Tale figura, resa viva dalla comunione dei Santi, sempre rievocata da un rito religioso come questo, provoca in noi una domanda audace : Maestro Tommaso, quale lezione ci puoi dare? A noi, in un momento breve e intenso qual è il presente, a noi lontani sette secoli dalla tua scuola, a noi, galvanizzati dalla cultura moderna, a noi, fieri del nostro sapere scientifico, a noi, distratti dal « fascino della frivolezza », la *fascinatio nugacitatis*, di cui parla il libro della Sapienza,[1] e di cui noi sperimentiamo oggi, con la prevalenza della conoscenza sensibile su quella intellettuale e spirituale, il vertiginoso incantesimo, a noi, sottoposti all'anestesia del laicismo antireligioso, a noi, S. Tommaso, che ancora grandeggi, filosofo e teologo, sull'orizzonte del pensiero avido di sicurezza, di chiarezza, di profondità, di realtà, a noi, anche con una sola parola, che cosa ci puoi dire?

S. Tommaso ora non risponde con parole, che troppe verrebbero al nostro ascolto dalle opere sue, ma col riflesso della sua figura e del suo insegnamento, da cui pare a noi ascoltare un'esortatrice lezione : la fiducia nella verità del pensiero religioso cattolico, quale da lui fu difeso, esposto, aperto alla capacità conoscitiva della mente umana. Bastino alcuni aspetti della monumentale opera sua a confortare in noi questa fiducia, la quale noi vorremmo che rimanesse vitale ricordo della centenaria commemorazione del Santo Dottore. Fiducia, perché l'opera sua si attesta nella storia del pensiero, sia filosofico, che teologico, come una sintesi di ciò che altri sommi maestri, prima di lui, hanno studiato e lasciato in eredità alla cultura universale : egli ha assimilato il tesoro di sapere più significativo del suo tempo, (ch'è tempo incomparabile per ampiezza e per acutezza di studio speculativo) ; lo ha qualificato con il più rigoroso intellettualismo, quello aristotelico, che senza disconoscere altre supreme forme della conoscenza, come quella neoplatonica agostiniana, sembra metterlo in sintonia con la nostra rigorosa mentalità scientifica moderna ; lo ha sottoposto senza

[1] 4, 12.

pregiudizi alla discussione dialettica d'un'onesta e stringente razionalità; lo ha perciò aperto ad ogni possibile acquisizione progressiva, reclamata che sia dalla scoperta d'un'ulteriore verità.

Fiducia ancora dobbiamo a San Tommaso, perché ci aiuta a risolvere il conflitto, tanto conclamato e radicalizzato nel tempo nostro, fra le due forme di conoscenza di cui dispone la mente dell'uomo credente, la fede e la scienza, partendo dalla parola di Dio rivelata e suffragata da ragionevoli motivi di credibilità, e poi impegnandovi la mente umana, la scienza, a studiarla con principi e metodi propri, in modo che la risultante teologia possa, senza presunzione e senza superstizione, assurgere ad un vero e meraviglioso livello di *scientia Dei.*

Fiducia finalmente per quel provvidenziale risultato che deriva al pensiero, anzi alla vita dell'uomo dalla complementarietà reciproca della fede e della scienza. La fede cerca nella scienza, cioè nella conoscenza umana naturale, non già la certezza ch'è dono di grazia, ma la sua conferma, il suo sviluppo, la sua difesa, il suo godimento : *fides quaerens intellectum;* e l'intelletto *quaerens fidem* riceve il ricambio d'una guida terminale senza pari garantito com'è dalla fede della sovrastante Verità divina, che tutta illumina l'umana conoscenza, la preserva dall'inutilità del suo sforzo, dall'inguaribilità del dubbio, dal disperato scetticismo finale del *nihil scire,* non che dal folle orgoglio d'un dispotismo scientifico, oggi più che mai probabile, che può ritorcere a offesa e a morte dell'uomo pensante le conquiste del suo stesso pensiero.

Fiducia. S. Tommaso può essere per noi uno dei più autorevoli e convincenti testimoni della provvidenziale esistenza di quel magistero, affidato da Cristo alla sua Chiesa, che non preclude le vie del sapere, ma le apre, le rettifica e le difende, e che non sequestra ai soli iniziati alle fatiche, alle ascensioni, alle acrobazie del pensiero la luce della Verità vivificante, ma la offre con umile e sublime catechesi a quanti nella Chiesa stessa si riconoscono discepoli, e riserva la rivelazione dei misteri più alti e più salutari della fede ai piccoli, ai semplici, ai poveri, al Popolo ignaro delle speculazioni difficili, ma docile e disponibile all'ineffabile dialogo della Parola di Dio.

Invochiamo quindi San Tommaso che invitandoci ancor oggi alla sua scuola ci introduce al colloquio, nello Spirito Santo, con Cristo Maestro.

II

Moderatoribus atque sodalibus Ordinis Fratrum Praedicatorum, qui generali Coetui religiosae suae communitatis interfuerunt. *

Dilectissimi Nobis Dominiciani Ordinis moderatores atque sodales,

Perlibenti sane animo, vestris flagrantissima votis satisfacientes, hodie vos coram admisimus. Probe enim compertum habemus vos, Capitulum vestrum Generale celebrantes, egregiam sedulamque operam in id impendisse, ut Ordo vester aptior in dies evaderet ad munus suum accurate in Ecclesia et pro Ecclesia adimplendum. Revera ad hoc Capitula Generalia instituta sunt, ut charisma, cuiusvis Ordinis proprium, purum ac vitale permaneat, disciplinae autem religiosae forma rationesque operandi, prout signa temporum postulant, opportune renoventur.

Vos, spiritu fidei laudabiliter permoti, in id solummodo intendisti, quod verae Ordinis traditioni responderet, quodque utile existimavistis ad officium vestrum exsequendum in Ecclesia et in mundo huius aetatis. Munus autem- vestrum illud profecto est, quod Decessor Noster Honorius III hisce verbis vobis assignavit : *evangelizantes per orbem nomen Domini nostri Iesu Christi.*[1] Ad hoc autem perfecte explendum mandatum, oportet praesertim vos omnino Christum sequamini in Prima Veritate contemplanda, et quidem ea ratione, quae vocationi vestrae consentanea sit ; quae ratio hac sententia enuntiari potest, qua Sanctus Thomas Summam contra Gentiles exorditus est : *Veritatem divinam meditari et meditatam eloqui.*[2]

Quemadmodum vita Ecclesiae tota in foedere innititur, quod Deus cum hominibus inivit inde a primordiis generis humani, ita vos in Ecclesia vocati estis ad peculiare quoddam pactum servandum, quod Deus, pro sua misericordia cum Conditore vestro eiusque progenie sanxit : scilicet si vos, Spiritus Sancti gratia adiuti, divinam Veritatem amanter contemplabimini, Deus certo quam fructuosissima reddet verba vestra.

En cura vobis semper adhibenda, ut huiusmodi contemplatio vel in humillimis ministeriis primas habeat partes, quia in omnibus Deus clementissima sua omnipotentia praesens semper adest.

Ad fidem autem servandam vocationi vestrae, vosmet ipsos obligastis

* Die 21 mensis septembris a. 1974.

[1] Cfr. Ord. FF. PP. *Constitutio fundamentalis,* n. I, 1.

hisce verbis, quae continentur in fundamentali Constitutione Ordinis vestri : *Vitam Apostolorum secundum formam a sancto Dominico conceptam assumimus, vitam communem unanimiter agentes, in professione consiliorum evangelicorum fideles, in communi celebratione liturgiae praesertim vero Eucharistiae et officii divini atque oratione ferventes, in studio assidui, in regulari observantia perseverantes?*

Quam multae et quam utiles considerationes hauriri possunt ex hoc textu adeo significationis pleno ! Nos autem vos adhortari velimus, ut tria solummodo argumenta diligentius et studiosius perpendatis.

1. In primis paupertatem commendamus, quae vos intus et extra liberat a tot servitutis vinculis, quae vitae spirituali et apostolico operi revera nocent. Paupertas vobis necessaria est, ut Christum sequamini, atque ut modo uberrimo et acceptissimo comites per viam esse possitis membrorum Populi Dei, quibus omnibus sine ullo discrimine evangelium praedicare debetis, at iis praesertim, qui pauperes sunt et persecutionem patiuntur. Ac revera, sicut docet Concilium Vaticanum Secundum, per votum paupertatis et reliqua duo vota religiosi sodales *eximium testimonium reddunt, mundum transfiguran Deoque offerri non posse sine spiritu beatitudinum.*[4]

2. **Secundo loco cohortamur vos, ut communitatem vitae firmiter teneatis in Sacra Eucharistia et oratione, in Verbi Dei meditatione, et praeterea in crebris congressionibus omnium sodalium communitatis, quae quidem efficaciter vitam regularem atque apostolatum in verae fraternitatis spiritu fovent ac sustinent. Quaevis forma singulariter aut seorsum ab aliis agendi omnino arcenda est a vita religiosa; nam haec renovari semper debet intra ipsam communem vitam, oboedientia moderandam, secundum voluntatem Sancti Dominici, qui a suis fratribus postulabat ((communitatem et oboedientiam ».**[5] **Atque Nos ipsi optime scimus quantopere iuvenes, qui iam inter vos numerantur et qui deinceps ad vos mittentur a Domino, abhorreant et réfugiant ab <(individualismo », et quam sitienter communitatem quaerant.**

3. Tertio tandem loco incitare vos cupimus et permovere ad studium veritatis magis magisque fervidum atque adsiduum. Docuit enim Sanctus Thomas res universas, in Verbo Dei creatas, ad ipsam nuntiationem veritatis tamquam ad suum finem spectare : *Oportet igitur veritatem*

[3] **N. iv.**
*** Const. dogm. de Ecclesia** *Lumen gentium,* **n. 31.**
[5] **Primit. Const. Ord. FF. PP., n. I, 14.**

esse ultimum finem totius universi.[6] Haec est mirifica ac splendida ratio cogitandi de universa creatione, quae vos invitat ad diligenter captandam omnem vocem veritatis, quae ad vos perfertur ex rebus et ab hominibus, quicumque sunt : *Omne verum, a quocumque dicatur, est a Spiritu Sancto.*[7] Vos itaque attendere debetis ad voces culturae et ad motus historiae; attamen eodem tempore, tamquam discipuli Sancti Thomae ac fideles Ecclesiae filii, acriter ponderare debetis et repudiare illas opiniones exegeticas vel theologicas quae recipiuntur ab audacibus sed ineptis philosophiis profanis, quae in dubium vocant vel déformant sensum obiectivum earum veritatum, quas pro sua auctoritate Ecclesia tradit.[8]

Oportet vestrum Ordinem exsequi munus excellentissimum, quod Ecclesia committit ipsi Theologiae Sacrae, cuius lucidus fons esse debet Verbum Dei,[9] et quod Nos descripsimus illis verbis, quae etiam nunc repetere placet : *Sacra Theologia — ratione a fide collustrata, nec sine aliquo Divini Paracliti lumine, ad quod doctor theologus docilem animum advertere debet — officium exsequitur divinae Revelationis veritates perfectius cognoscendi atque pervestigandi; fructusque sui laboris in christianae societatis, ac praesertim in ipsius Magisterii notitiam perferendi, ut, per doctrinam ab ecclesiastica Hierarchia traditam, cuncto christiano populo lumen fiant.*[10]

In eo sermone, quem octo circiter abhinc dies habuimus Nos in Basilica Fossae Novae, complures explicavimus rationes, cur etiam hodie Ecclesia plane fiduciam suam collocet in Sancto Thoma, atque in oratione quam in urbe Aquino habuimus, inter alia diximus illud : *ipse est Ecclesiae Doctor, cuius doctrinam ita illustravit, ut fortasse nemo alius ingenii acie per totam eius historiam facere potuit.* Nunc autem vobis hic praesentibus atque cuncto Ordini vestro haec dicimus : magna cum fiducia Ecclesia exspectat a filiis Sancti Dominici fidelitatem erga doctrinam Aquinatis, quae ulterius enucleanda est secundum quaestiones a mundo huius temporis allatas et secundum plenissimam vim et interiorem efficacitatem, quae in eadem doctrina inest. Fidelitas erga Sanctum Thomam pertinet ad peculiare munus vestrum in Ecclesia.

[6] *Contra Gentiles* I, 1, c. 1.

[7] *Ambrosiaster;* cfr. *Summa Theol.* I-II[ae], 109, 1 ad 1.

[8] Cfr. Exhortatio Apostolica *Petrum et Paulum,* die 22 februarii 1967: A.A.S. 59 (1967), p. 198.

[9] Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum,* n. 24.

[10] Allocutio habita die 2 octobris 1966 in Congressu Internationali de Theologia Concilii, *A.A.S.* 58 (1966), pp. 889ss.

Est igitur cur ex animo laetemur, quod in hac collocutione et congressione possumus delectari et recreari animo vobiscum atque cum omnibus moderatoribus et ducibus Congressus Internationalis Thomistica Romae superiore mense Aprili habiti. Nominatim vero gratulari cupimus Patri Aniceto Fernández, priori Magistro vestro Generali, qui prudens fuit et indefatigabilis Praeses illius Congressus ; atque ei palam hic gratias plurimas et debitas etiam referimus de industria ab eo sapienter ac sollerter posita in Ordine Sancti Dominici gubernando.

In eius locum nuper est suffectus novus Magister Generalis, Pater Vincentius de Couesnongle, cui benevoli et libentes optima quaeque in Domino exoptamus atque ominamur.

Filii carissimi, Ordo vester, qui natus est temporibus Ecclesiae et mundi revera difficillimis, processit ex coniunctione charismatis prophetici Sancti Dominici, qui novum institutum mente et animo conceperat, cum charismatibus propheticis et hierarchicis Nostrorum Decessorum Innocentii Tertii et Honorii Tertii, qui sancto vestro Conditori ecclesialem missionem commiserunt. Ordo Fratrum Praedicatorum, ad exemplum ipsius legiferi Patris Dominici, semper devinctus fuit, per communitatem amoris et oboedientiae, cum Apostolica Sede. Et Nos hodie iterum confidere et sperare volumus futurum esse, ut apostolici Ecclesiae muneris vos singuli plenissime semper participes esse valeatis.

Qua spe suffulti, vobis omnibus hic praesentibus atque Dominicianae religiosae Familiae universae Apostolicam Benedictionem, in auspicium abundantiae donorum Spiritus Sancti, peramanter impertimus.

III

In Aede Sixtina habita, Beatissimo Patre Sacrum concelebrante, ad Exc.mos Praesules Americae Septentrionalis Foederatarum Civitatum Romae congregatos. *

Greetings to you, our Brethren!

We repeat the greeting with which this extraordinary célébration began : " The grace of our Lord Jesus Christ and the love of God and the fellowship of the Holy Spirit be with you all

Greetings to you, who have come to Rome to find strength, in faith and hope and love, as Pastors of the Church of God in a great and

* Die 22 mensis septembris a. 1974.

[1] 2 *Cor* 13:13.

modern land. You give to us, and eertainly to yourselves as well, a moment of wonderful and truly Catholic expérience. This expérience is one of evangelical love. Through this love—as our Head and Teacher taught us at the Last Supper and it is the memory and mysterious reality of this Last Supper which we are now[7] celebrating and renewing—we give évidence of being disciples of the Lord, as he proclaimed with solemn simplicity : " This is how all will know you for my disciples : your love for one another

And as we now seek to fulfill in ourselves this word of the Lord, we cannot escape the impression that we are giving witness, in a concrete, evident and persuasive manner, to an aspect of the Church which, yesterday and stili today, is much challenged by many Christians who are unfortunately separated from us. We are speaking of the *visible nature* of the Church, her human and social reality, her body made up of real and living persons, living in this world and its actual history. And then there is another aspect of the Church that is affirmed by the célébration of this Mass, which itself is an identical and authentic re-enactment of the Lord's Supper. This aspect is the *institutional* one, the organizational and hierarchical aspect of the Church. Here it is placed in a light that défends it from the tendencies of other brethren who challenge it, and who are opposed to the récognition of an institutional Chuch—as though it were possible to imagine a Church of charity, freed from her organic and ministerial structures.

The real Church, the living Church, our Church and the Church of all her followers—those who are called Catholics, that is, universalists —is now being celebrated in this rite. It is a rite to which we are accustomed but yet one that is new and originai in this Mass, which moreover is rendered more radiant, more full and eloquent in significare, by your présence, my brothers, by our magnificent ecclesial communion.

These are things both sublime and simple. But are they not perhaps worthy of being recalled here and now, as though to imbue our hearts with the study of theology and spirituality that you, pilgrims to this Apostolic See, are engaged upon? And is there not perhaps exalted, at the same time, the mystical and supernatural element of the Church precisely at this moment in which we, the humble heirs of the Apostles,

[7] ***Jn* 13:35; cf. *Jn* 15:12.**

are afiirming her unequivocal physical, visible and hierarchical existence? The Church, as we well know, is the mystical Body of Christ.[3] In her unbreakable and harmonious unity, she demands a complex system of complementary functions—a system which indeed concerns ns directly, because of that " work of service "[4] that has been specifically assigned to us as Bishops of the Church of God.

What is this ministry that has been assigned to us? We know it well : it is the ministry of authority, of *exousia,* of power that the New Testament so often speaks to us about, not only with regard to Christ but also with regard to the Apostles, in relation, that is, to the mission on which they have been sent and to the work of instruction, sanctification and leadership to which they have been destined.

We shall give the greatest amount of attention to this word " power which means the capacity to act and to require the ecclesial—that is, loving—obédience of those to whom this word is directed. For this word expresses a divine thought, a precise concept in ecclesiology, which must recognize the two parts that make it up—pastors and flock. These are the two aspects that constitute it and define it : the hierarchical society and the community of grace. And we shall admire this reality, which divinely reflects the countenance of the Church in order, vitality, beauty and love. And for this we shall bless the Lord, with the resolution to recognize with fìdelity and courage the consé-quences that flow from the divine pian of the Church.

Yes, with fidelity and courage. For we know that in human language, and also in historical reality, this expression *exousia,* " power is seen to be ambivalent in its twofold possible translation as " domination " or "service". And we know that our Lord has given a very clear solution to the possible misunderstanding, as regards the disciples invested with authority : " Let the greater among you be as the junior, the leader as the servant ".[5] Thus we have just heard his voice in the reading of the Gospel. Our power is not a power of domination, it is a power of service; it is a "diakonia", it is a function destined to the ministry of the community. Saint Augustine's motto referring to ecclesial power is well known : " Let pleasure be taken not in commanding but in being of service ".[6] This motto becomes, with Saint Benedict and

[3] Cf. *Col* 1:24; *Eph* 1:22.
[4] *Eph* 4:12.
[5] *Lk* 22:26.
[6] *PL* 38, 1484.

Saint Gregory, a norm that often recurs in ecclesiastical speech—and it is reaffirmed by our venerable Predecessor Pius XII, in regard to this Apostolic See.[7]

Confronted with the evangelical and ecclesial interprétation of our authority in the community of the faithful, our hearts could remain fearful and paralyzed : how shall we be able to exercise our function if its proper meaning is apparently turned upside down? Is the Church going to be governed by the faithful, to the service of whom the Bishops are bound? No, we know it well : the Bishops are constituted by the Holy Spirit to shepherd the Church of God. To shepherd, *poimamein*— this is a decisive word, a word that with the depth of its meaning links in a marvellous way the juridical charism of authority with the sovereign charism of love. It gives the Pastor his true Gospel figure, that of goodness—a goodness that is provident and strong—and that of the disciple of Christ, set up to exercise the " care of souls " which demands a complete gif t of self, an inexhaustible spirit of sacrifice.

This is love in its highest and füllest expression : the love of truth,[8] exercised through the " Teach ali nations ",[9] and by vigilance over the "deposit " of the faith to be preserved.[10] It is the love that dispenses the mysteries of God ;[11] the charity that pours out the supreme love owed to Christ in the wise and untiring leadership of his flock.[12]

There is nothing new to you, venerable Brothers, in our drawing your attention to these teachings; but it is never a useless thing to recali them, especially if it is done in circumstances like these présent ones, when you are seeking to rekindle in your souls the light of the Holy Spirit, which you received at the moment of your episcopal ordination,[13] and when you are comparing your pastoral mission with your beloved locai Churches and with the immense and trembling world of our day.

Thus may Jesus Christ, the Pastor of Pastors, assist and bless us ali!

[7] **Cf. *A.A.S.* 43 (1951), p. 641; and cf. Congar, *L'Episcopat*Cerf, 1962, p. 67 ff. and p. 106ff.; St Thomas, *Summa Theologiae* III, 80, 10 ad 5; etc.**

[8] **Cf.** *2* ***Thess* 2:10.**

[9] ***Mt* 28:19.**

[10] **Cf. *1 Tim* 4:6; 6:20;** *2* ***Tim* 1:14.**

[11] **Cf. *1 Cor* 4:1-2; *Eph* 3:8.**

[12] **Cf. *Jn* 21:15 ff.**

[13] **Cf.** *2 Tim* **1:6.**

And on our part we take this joyf ul occasion likewise to extend our greetings in the Lord to all your beloved people. Through you we send our Apostolic Blessing to your local Churches. We thank your clergy, your religious and your laity for their diligent ecclesial communion with you and with ourself, and for the shared solicitude they show for their brothers and sisters in the other local Churches throughout the world. As Successor of Peter and in fulfillment of our own role of service we would conflrm you all in faith in the Lord Jesus.

IV

In auditorio Pontificiae Facultatis Theologicae a Sancto Bonaventura in Urbe, septimo vertente saeculo ab eiusdem Seraphici Doctoris obitu. *

Venerabiles Fratres et dilecti Filii!

Perlibenter sane breve confecimus iter, quo a Nostra domo hucusque advenimus. Quae enim opportunitas huius salutationis causa fuit, necnon Pastoris totius Dei Populi sollicitudo, qua Nostrae omnes cogitationes ducuntur ipsique gressus diriguntur, tales profecto sunt, ut ipsos sensus participemus, quibus Pauli Apostoli animus occupabatur, dum primos Romae christianos se mox esse invisurum sperabat : *... quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam.*[1]

1. Equidem novimus in hac sede, quae amplissimo Doctoris Seraphici nomine decoratur, a studiosis variae condicionis variarumque nationum viris multiplex ingenium Sancti Bonaventurae Balneoregiensis esse illustratum, septimo ab eius obitu vertente saeculo, ut cumulata quasi laude ea consummarentur sollemnia, quae aliis item locis aliisque modis peracta sunt.

Valde autem iuvat iis omnibus, qui, quavis de causa, alacres sollemnibus interfuerunt, Nostram testari oblectationem atque gratulationem ; sed eodem tempore id Nobis voti esse proferendum censemus, ut huiusmodi celebritates de saeculari mortis memoria in clariorem cedant vitae celebrationem, quam Bonaventura, suo exemplo et magisterio, etiam in nostri temporis Ecclesiam certo certius transfundere potest. Nonne enim Nosmet ipsi, in Litteris ad Generales Praepositos trium

* Die 24 mensis septembris a. 1974.

[1] *Rom.* 15, 29.

Familiarum Franciscanum, die xv superioris mensis Iulii datis, scripsimus *hunc ipsum doctrinae vitaeque magistrum adhuc loqui, quamvis abhinc septem saecula mortuum?*

2. Quoniam igitur, in praesenti inter vos parumper immoramur, filii huius Sancti Caelitis obsequentissimi, eius tradendae doctrinae magistri, iidemque sententiarum et operum eius cultores, Nos facere non possumus, quin exigui titulo libri alliciamur, qui, quamvis ob molem resque, quas continet, inter potiora Bonaventurae scripta non sit recensendus, nulla tamen dubitatione perceleber est saepiusque commentationibus explanatur, adeoque ad eundem pertinet, ut paene unus sufficiat ad auctorem in doctrinarum mediae aetatis historia collocandum, singulari prorsus ratione unaque via. Librum dicimus — quemadmodum recte iam perspexistis — qui *Itinerarium mentis in Deum* inscribitur, quique apud montem Alverniae, anno MCCLIX, compositus est.

Hic ipse titulus *Itinerarium* nobis, qui hodie vivimus, hominibus sumusque doctrinalis S. Bonaventurae patrimonii seriores severioresque heredes, gratiosum quiddam ideoque bene acceptum sonat ob aliquot, simplicia quidem, at recta ac perutilia, indicia, unde non sine gaudio datur advertere auctorem nobis proximum adesse, tamquam ductorem et interpretem quarundam nostri mentis habitus propensionum. *Itinerarium:* hoc ipso in titulo videtur nobis motus quidam inesse humani spiritus omnia exquirentis atque perscrutantis, ut inquietos et progrediens mos praefert hodiernae animi culturae, quae sibi sane rerum naturam pervestigandam proponit, sed saepe saepius, per semitas scientiarum philosophiae et theologiae, facile defatigatur et ad certas sistit mansiones, quasi extremae et supremae sint; cum e contra *Itinerarium,* quippe quod ad metam spectet, quae una possit asperi et longinqui itineris laborem repensare, ad summum terminum divinae Veritatis rectissime pergit, cum ((Realitate)) divina plane congruentia. Bonaventurae *Itinerarium* quid mediae valeant stationes, quae signant ordinem nostrarum cognitionum, agnoscit, sed ad celsiorem contendit ascensum, constanti nisu vim intellectus exercens sive per experientiam sive per ratiocinationem, et ita insitis respondens postulationibus paedagogicae disciplinae tam sensibus, quam mente animoque perceptae, qualem optima quaevis schola huiusce nostri temporis probare possit.

Dictum praeterea *Itinerarium,* illuminatione illa S. Augustini fretum atque confirmatum, ad ascensum incitantis per verba « Quaere super nos », tandem pervenit ad primum limen Mysterii infiniti ; neque vero

hic consistit, sed ulterius, ascensu veluti intermisso, progreditur alteram in partem, quasi descendat, novam viam aperiens : viam dicimus inferiorum spiritus humani recessuum, ubi Christus, lumen ac nutrimentum, ipse antecedit, in animorum regionibus, ad novam ineundam pariterque arduam investigationem, quae iam non extrinsecus, in ordine nempe rerum creatarum, fit, sed intra nos, utpote quae nullo non tempore attendat ad inenarrabilem Praesentiam Dei, qui per gratiam suam in anima novum sibi mysticumque domicilium collocavit.

Tale profecto iter Frater Bonaventura feliciter suscepit, idemque sapientia pari hodiernis etiam hominibus terendum proponit : scilicet *Itinerarium mentis in Deum,* cuius est hominem intrinsecus reformare eidemque novam quandam patefacere viam, qua ad Christum Dominum possit accedere.[2]

Diximus de itinere suscepto atque proposito a Fratre Bonaventura. Quam quidem appellationem *Fratris* consulto adhibuimus, quippe quae non minus quam appellatio amplissima *Cardinalis,* Nobis apta videatur ad eius vitam eiusque excelsum nuntium verius significanda.

Reapse is magis quam alii religiosi viri, qui ea aetate in Ecclesia sancta floruerunt, vicissitudines Ordinis sui, paulo antea conditi, participavit, cui multum profecto dedit, postquam ab eo multum acceperat. Ipse novit etiam iugem vitae suae necessitudinem instituere cum Ordinis sui Conditore, a quo asceticae vitae rationem altissimumque hausit ecclesialem sensum, atque ipsius quasi « conscientia cogitans » factus est. Huius rei causa, ad loca se contulit, ubi S. Franciscus ortus erat, vixerat ac supremum obierat diem, ut res ab eo gestas ex veritate exponeret posteritatisque memoriae mandaret.[3] Cum autem *in magnis officiis* sibi concreditis semper posthabuisset *sinistram curam/* hoc est terrenarum rerum sollicitudinem, secessit *ad montem Alverniae tamquam ad locum quietum amore quaerendi pacem spiritus;*[5] quem quidem montem, ob singularem prorsus rationem qua S. Franciscus ibi in se ipse Christum expertus est, prudentes consideratique viri *in excelsis humani spiritus locis* adhuc annumerante Praeterea ab eodem S. Francisco ipse didicit pulcherrimam illam verissimamque formam Deum

[2] Cfr. Paulus VI, Allocutio 9 maii 1973: *A.A.S.* 65 (1973), p. 323; Bulla *Apostolorum limina,* 23 maii 1974: *A.A.S.* 66 (1974), p. 306.

[3] Cfr. *Legenda maior,* Prol. n. 4: *Analecta Franciscana,* t. X, p. 559.

[4] Cfr. Dantes A., *Parad.,* XII, 128 s.

[5] *Itinerarium mentis in Deum,* Prol. n. 2: *Opera omnia,* t. V, p. 295.

[6] Cfr. J. Guitton, in *L'Osservatore Romano,* 25 octobris 1973, p. 3, col. 1.

laudandi *in omnibus et ex omnibus creaturis ... fideique quoque veritatem secundum quod Sancta Romana tenet docet Ecclesia firmiter* credendi et simpliciter confitendi.[7]

Nonne ex hoc franciscali fonte illa proficiscitur vitae operositas serenaque mentis tranquillitas, quae Fratris Bonaventurae propria fuerunt, quaeque ambae palam declarant Deum nobis propinquum esse in rerum natura atque in nobis per fidem praesentem adesse?

Reapse, spirituale iter a S. Bonaventura aliis propositum, pariter ac illud quod ipse peregit, haud habendum est peregrinatio quae solitaria sit quaeque ad metam tendat longinquam ac prorsus incognitam. E contra agitur de via suscipienda una cum Dei Filio qui, homo factus, ad nostram humanam imaginem se conformavit, ut nos ad suam ipsius imaginem divinam referret, quae eo ipso creationis momento in homine impressa fuit.[8] **In Christo, enim, facto *generis humani fratre/* etiam rerum universitas *tamquam pulcherrimum carmen*** [10] **rursus vox effecta est quae de Deo loquitur atque impellit *ut in omnibus creaturis Deum tuum videas, audias, laudes, diligas et alas, magnifiées et honores, ne forte totus contra te orbis terrarum^ consurgat.*[11] Quoniamque Christus, ab aeterno Deus et in aeternum homo, per gratiam suam in fidelibus novae cuiusdam creationis auctor fuit, inde sequitur ut exploratio praesentiae Dei illis fiat ipsius Dei contemplatio in suis mentibus, *in quibus habitat per dona affluentissimae caritatis.*[12] Quae contemplatio, igitur, tandem convertitur in iter ad Deum, quod perficitur intra nos ipsos, apud quos Deus mansionem facere dignatus est.**[13]

O, ad quae mirabilia reperienda huiusmodi interius iter nos adducit ! Namque, nova quadam patefacta via, ad reperiendam gratiam ducit, quae tamquam *fundamentum est rectitudinis voluntatis et illustrationis perspicuae rationis;* [14] **ad reperiendam fidem, qua nostrae cognoscendi vires augentur ac perficiuntur, et qua cognitio participatur quam Deus de Se ipso ac de mundo habet; ad reperiendam praeterea spem, qua noster praeparatur irrevocabilis cum Christo Domino occursus, ad con-**

[7] *Legenda maior,* cap. 4, n. 3: *Analecta Franciscana,* t. X, p. 572.

[8] Cfr. *Vitis mystica,* cap. 24, n. 3: *Opera omnia,* t. VIII, p. 189.

[9] *In Evang. Luc.* 22, 66: *Opera omnia,* t. VII, p. 561 a.

[10] *In I Sent.,* d. 44, a. 1, q. 3, conci.: *Opera Omnia, t.* I, p. 786b.

[11] Cfr. *Itinerarium,* cap. 1, n. 15: *Opera omnia, t.* V, p. 299.

[12] *Itinerarium,* cap. 4, n. 4: *Opera omnia,* t. V, p. 307.

[13] Cfr. *Io.* 14, 23.

[14] *Itinerarium,* cap. 1, n. 8: *Opera omnia,* t. V, p. 298.

summandam amicitiam nosmet iam nunc cum ipso coniungentem ; ad reperiendam denique caritatem, qua cum vita divina consociamur, idque impellit ut secundum Dei voluntatem universos homines tamquam fratres nostros habeamus.

4. Denique, quid sibi vult S. Bonaventurae nuntius, nisi ut hominem invitet ad veram sui ipsius imaginem recuperandam et ad personae suae plenitudinem consequendam?

Hunc ipsum nuntium vobis singulis universis fidentes committimus, quos religiosae professionis communio vel sententiarum convenientia Seraphici Doctoris proximos quasi heredes constituunt, ut uberes eius divitias investigetis eidemque passim pervulgando operam detis. Sed pari studio cunctis quoque Ecclesiae filiis idem commendamus, qui hodie, ut alias fortasse numquam, obnoxii sunt cuidam quasi formae interioris corrruptionis ; idque eo consilio facimus, ut quisque, eundem nuntium sedulo meditando, inde adiuvetur ad efficax tum in Ecclesia tum in mundo praesens vitae suae testimonium reddendum.

Utinam Deus omnipotens *dignetur vos vocatione sua ... et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute;* [15] quod votum effusa Apostolica Benedictione placet confirmare.

V

Ad Excellentissimum Virum Gerardum Amanrich, Gallicae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras demandati muneris testes tradentem. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous vous remercions vivement des aimables paroles que vous venez de Nous adresser en Nous présentant les lettres qui vous accréditent auprès de Nous comme Ambassadeur de la République Française.

En termes élevés, Votre Excellence vient d'évoquer dans quelles perspectives Elle envisage la mission qui vient de lui être confiée par son Gouvernement.

Au service de l'Evangile et de ses exigences salutaires, le Saint-Siège a en effet conscience, comme vous vous êtes plu à le rappeler, de contribuer aussi, pour sa part, à l'établissement de la justice, de la

[15] *2 Thess, l, il.*

* Die 26 mensis septembris a. 1974.

concorde et de la paix dans les rapports humains. Il est heureux de se rencontrer et de collaborer dans ce noble but avec tout Etat soucieux d'assurer, au niveau qui est le sien, et dans le respect des principes qui fondent l'éthique personnelle et sociale, de dignes conditions d'existence matérielle et spirituelle pour tous ses citoyens. C'est ce que Nous souhaitons de la part des hautes Autorités que vous représentez désormais auprès de Nous. Nous y voyons le gage de la poursuite de relations harmonieuses entre les responsables du bien commun de votre nation et l'Eglise, chargée de rapporter à Dieu les efforts des hommes.

Votre pays, Monsieur l'Ambassadeur, possède, au plan international, un renom justifié de culture, de soucis humanitaires et spirituels, qui lui valent l'estime et l'attrait de personnes et de peuples venus de tous les horizons. En ce qui concerne l'Eglise plus particulièrement, Nous avons présents à la mémoire tant de vos compatriotes, brillants par leur culture, profonds dans la recherche théologique, soucieux d'une pastorale adaptée, ardents à saisir l'occasion d'un renouveau religieux dans un élan de sainteté, fondant ainsi de nouvelles lignées spirituelles, au bénéfice de tous. C'est pourquoi les vœux que Nous formons pour votre pays sont tout chargés de notre estime, de notre affection et de notre confiance. Et Nous prions Dieu de bénir et de fortifier ce peuple qui Nous est cher.

Nous vous assurons vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, des souhaits cordiaux que Nous formons pour l'heureux accomplissement de votre importante mission, et Nous sommes heureux de présenter nos salutations à Monsieur le Président de la République qui a bien voulu vous la confier.

VI

In Aede Sixtina habita, Beatissimo Patre Sacrum concelebrante, tertio ineunte generali Coetu Episcoporum Synodi. *

Domine Iesu, de argumento huius sermonis, qui Episcoporum Synodum, mox inchoandam, praecedit, mentem aperire Nostram non possumus, nisi verba induant precationis formam.

Nostrorum enim studiorum nostrarumque disceptationum « de evangelizatione in mundo huius temporis » initium facientes, Nos utique iuvaret spirituales mundi necessitates et apostolatus opportunitates

* Die 27 mensis septembris a. 1974.

statim exquirere, atque vias rationesque detegere, quae praesentiorem Ecclesiae actionem efficiant.

Placet autem ad Te, Domine et Magister noster, ante omnia, cogitationem convertere, ut certam hanc fidem in animis nostris confirmemus : ipsam nempe rem evangelii nuntiandi a Te, Domine, procedere. Fluminis instar, id operis suum fontem habet; ac Tu, Christe Iesu, iste fons es. Tu enim prodigialis huius eventus in hominum historia auctor es, Tu eius causa efficiens ac transcendens exsistis : apostolatus a Te Magistro, a Te Salvatore, a Te principio atque exemplo, a Te Pontifice et hostia pro humani generis salute, profectus est, idemque est concreditus electis discipulis, quos Apostolos appellasti, et ab Apostolis, per intermissam numquam sacri ordinis successionem, ad nos Episcopos pervenit. Verbum Tuum, veluti flamma per aevum et humanae historiae aetates discurrens, ad nos usque perfertur, suavissimum idemque imperiosum, semper vivum, semper novum, semper opportune praesens : ***Sicut misit me Pater, et Ego mitto vos.***[1]

Itaque, Domine, mens nostra usque ad Sanctissimae Trinitatis mysterium ascendat necesse est, ut primam in Ea reperiamus originem iniuncti nobis mandati, quod instat et urget, utque nos, ininvestigabilem divinae vitae altitudinem scrutantes, illud amoris consilium perspiciamus, quo nostrum apostolicum munus penitus afficitur proprieque distinguitur atque sustentatur.

Quomodo autem hoc fieri potest? Tam pusilli sumus, ut in immensa historiae veluti oceani vastitate et in infinita humani generis multitudine quasi solitarii evagemur; quomodo, igitur, ad tale ac tanti momenti munus eligi possumus?

Ecce, Domine, sacro hoc temporis momento, quo nos officii nostri conscios vehementer sentimus, nostras spirituales vicissitudines summatim exponemus. Animum subit propheticum canticum Virginis Mariae : ***respexit humilitatem ancillae suae...; fecit mihi magna qui potens est.***[2] **Per similitudinem quandam, ab excelsa dignitate Deiparae Beatissimae deductam, nos quoque divinitus electi sumus, profecto non propter humanam personae nostrae excellentiam, sed fortasse propter nostram ipsam exiguitatem ; idque eo consilio fecisti, ut in explendo Messianico opere, quod nobis concredere dignatus es, nostra qualiscumque esset humana virtus nullam gigneret ambiguitatem, sed ex ipsa**

[1] ***Io.*** **20, 21; cfr. 15, 22; 17, 18.**

[2] ***Lc.*** **1, 48. 49.**

nostrarum virium exiguitate manifestius pateret opus Tuum per humile ministerium nostrum, ac praeterea nobis humilitatis et fiduciae causa esset verbum Tuum, Iesu Magister : ***Non vos me elegistis; sect ego elegi vos et posui vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.***[3] **Oh peculiares intimasque vices, per quas quisque nostrum vocatus est ad Tui sequelam, Domine, ad Tuum famulatum, ad Tuum sacerdotium, quod peculiari omnino titulo participamus vi ordinationis episcopalis! Quantum inde securitatis ad animos nostros permanat, ut usque ad terrestris huius vitae nostrae finem, singulares acerbioresque casus suscipiamus, qui in concredita nobis missione occurrunt ! Quam fortis ac dulcis catena insanabilem sustentat caducitatem humanae nostrae naturae, cui plus etiam accessit fragilitatis ex critico quodam mentis habitu, hominum proprio qui hodie sunt! Verum qui sint videmus anuli huiusmodi tam bene colligatae ac salutiferae, qua fulcimur, catenae : primus sane est sacerdotii nostri sincerissima veritas, siquidem verax prorsus est catholicum sacerdotium; alter firma eius efficacitate continetur, quoniam triplici viget sua potestate, magisterii nempe, ministerii, pastoralisque regiminis ; tertius in intima vitae invenitur consuetudine, quam Tecum sacrum idem munus inire non solum sinit, sed etiam iubet, o Christe, qui omnium amicorum primus es semperque fidissimus ; adeo ut tuae voluntati salutis obsecundemus et in illo fluenta ingrediamur amoris, quo erga homines flagras.**

Alia praeterea vincula dictam adiuvant inaequalitatem inter infirmas vires nostras et mandatum, quod praecipiendo commisisti nobis : fiducia in primis, qualem Tu saepe tuorum cordibus discipulorum infudisti,[4] fiducia quae animosam nobis fortitudinem tamquam officium iniungit,[5] fiducia quae ad incepta aggredienda nos adigit,[6] ad Evangelii nuntium universo mundo afferendum,[7] ad perseverandum denique, ultra humanae opportunitatis rationes, usque in finem.[8] Qua cum fiducia spes coniungenda : ***Spes autem non confundit;*** [9] **ac tandem, immo semper caritas :** ***Quis nos separabit a caritate Christi?*** **Meminimus utique, bene meminimus ardentissima haec Apostoli verba, quippe quae cautio-**

[3] ***Io.*** **15, 16.**
[4] **Cfr.** ***Lc.*** **12, 32.**
[5] ***Mt.*** **10, 16, 28.**
[6] **Cfr.** ***Mt.*** **10, 27.**
[7] ***Mt.*** **28, 19.**
[8] **Cfr.** ***Mt.*** **24, 12-14.**
[9] ***Rom.*** **5, 5.**

nem praebeant in immensum patentem et adversus quamlibet perardui operis exsequendi difficultatem, quam mundi evangelizatio obstruit nobis, qui homines inter homines degimus, nobis terrena quavis potestate destitutis, nobis temporalium opum pauperibus.[10]

Domine Iesu! En nos ad proficiscendum parati atque instructi, ut Tuum adhuc nuntiemus Evangelium in mundo, ubi arcano quidem, sed amantissimo Providentiae Tuae consilio nos ad vitam agendam collocamur ! O Domine, roga — quemadmodum promisisti — Patrem,[11] ut Ipse per Te mittat nobis Spiritum Sanctum, Spiritum veritatis et fortitudinis, Spiritum totius consolationis, qui et apertum et bonum et efficax Nostrum reddat testimonium; et mane, quaesumus, semper nobiscum, Domine, ut unum in Te nos omnes reddas, ideoque Tua virtute habiles ad pacem Tuam Tuamque salutem mundo tradendam. Amen.

VII

E.mis Patribus Cardinalibus et Exc.mis Praesulibus, cum prima haberetur congregatio tertii generalis Coetus Synodi Episcoporum. *

Venerabiles Fratres,

Postquam liturgicum Sacrum hodie mane celebravimus, ecce iam iterum praesentes simul adsumus in hac Aula Synodali, ut inter nos colloquamur et secundum ordinem statutum faciamus initium illius operis, in quo hic Coetus diligenter elaborabit proximis hisce diebus. Quae tunc diximus, et tamquam precem supplicem direximus ad ipsum Dominum Iesum, quia persuasum habuimus hoc praestantissimum argumentum evangelizationis, quod ex ipsa rei natura divinoque consilio dependeret ex Patris amore, Christi mandato et Spiritus Sancti missione, primum proponi debuisse tam excelsa et sublimi ratione, ut deinde a nobis hic altius investigaretur atque intellegeretur.

Nunc ergo, Fratres carissimi, vos omnes cupimus ex imo pectore salutare, qui difficulter reliquistis hanc ob causam cotidiana munia et gravia negotia in dioecesibus vestris; sed nominatim et singulariter salvere iubemus coadiutorem venerandi Archiepiscopi Hanoiensis qui,

[10] Cfr. *Rom.* 8, 35 ss.
[11] *Io.* 16, 26.

* Die 27 mensis septembris a. 1974.

cum Oecumenico Concilio et prioribus Synodis interesse non potuerit, neque ob infirmam valetudinem hunc ipsum quidem coetum participare valeat, nunc primum, misso coadiutore suo Iosepho Maria Trinh-Van-Can, nobis vivam reddit ac praesentem inter nos partem egregiam Nobisque adeo dilectam Ecclesiae Sanctae, id est Vietnamiae Septentrionalis. Dum vero iterum a Deo flagitamus potens eius auxilium et lumen super hoc nostrum inceptum, volumus simul vobis singulis confirmare plenissimam nostram fiduciam, vobis singulis gratias ex animo agere, vobis singulis exoptare « in osculo sancto » copiam et abundantiam optimorum bonorum.

Liceat tamen Nobis — per pauca temporis momenta — vobis sincere affirmare quantopere consoletur Nos et animum nostrum recreet atque confirmet hoc spectaculum, quod vos ipsi praesentes efficitis : vos estis parati, sollertes, periti, instructi atque aperti necessitatibus Ecclesiae universalis ; et hoc iam eximium documentum est — si quaerimus aliquod testimonium — viventis Ecclesiae communionis. Liceat igitur nobis verba Psalmi iam nota, sed gratissima semper repetere : *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.*[1] **Haec enim communitas nostra et coniunctio mentes nostras et animos arctissime consociat, immo conglutinat in hoc ministerio tantae gravitatis et tantae hodie necessitatis; praeterea haec communio nostra affert optimam condicionem et aptissimam affectionem, qua fraternum nunc colloquium incipiamus. Quoniam vero huc convenistis** *ex omni tribu et lingua et populo et natione*[2] **ut clare et efficaciter ostentaretis communitatem ecclesialem per orbem terrarum diffusam, dialogus vester secum infert maiorem quandam vereque intimam necessitudinem, vel, si vultis,** *conversationem,* **quae nunc declarari et comprobari debet collocutione fideli et reverenti et — sic enim speramus — frugifera de quaestione evangelizationis in mundo huius temporis.**

Iterum iterumque dictum est hoc argumentum summi ponderis esse maximaeque amplitudinis, attamen — addendum est statim — argumentum illud simul esse severam et audax. Etenim nos cogit et impellit, ut cognoscamus quae sint verae condiciones societatis et culturae in quibus homines hodie vivunt et in quibus etiam versatur et operatur Ecclesia, his annis profecto tumultuosis ; idem tangit cor ipsum et centrum totius nostri officii ac muneris pastoralis; idem acutam nobis et,

[1] *Ps.* 132, 1.
[2] *Apoc.* 5, 9.

ut ita dicamus, provòcatricem ponit interrogationem de tota ratione nostrae vitae atque industriae inter homines. Quinam sumus nos? Quidnam facimus hic? Quidnam facere debemus? Sumus quidem *pusillus grex/* non tantum ut paucissimi revera episcopi hic congregati, sed etiam ut expressio contracta nostrarum communitatum christianarum : quomodo audere possumus responsionem plenam reddere illis interrogationibus adeo necessariis, atque convenienter et efficienter exsequi munus afferendae salutis omnibus hominibus, quod nobis concreditum est?

In hodierna actione liturgica iam vobiscum participavimus primam nostram cogitationem, quae dux simul esset, lumen et firmamentum. Etenim illustravimus aspectum primigenium, efficacem et theologicum huius missionis nostrae; nam indicavimus, ut aiunt, *terminum a quo.* Ego mitto vos :[4] ita est. His verbis semper monet nos Dominus, quamdiu in mundo versemur, nos semper esse missos, legatos, apostolos et praecones nempe missionales. Nunc igitur explere et perficere volumus illam imaginem et cogitationem, dum videlicet alterum aspectum evangelizationis explicamus, id est ultimum, ecclesialem, humanum : respicimus nempe *terminum ad quem.* Ad quos tandem missi sumus? Hi duo termini apte et utiliter circumscribere possunt totum ambitum evangelizandi muneris, de quo sermo in hac Synodo fiet.

Patet iam Nos nullo modo cupere responsiones vestras anticipare; pauca potius dicemus de argumento nostro in universum, ut saltem notae eius et proprietates generales comprehendantur, atque adiumentum quoque nostrum afferatur deliberationibus vestris.

Et quidem prima evangelizationis qualitas Nobis esse videtur ipsa eius *necessitas.* Ad vim et auctoritatem sacerdotii catholici, de qua hodie mane locuti sumus, quantum manat ex sacerdotio Christi idque directe participat, refertur et respondet auctoritas et vis nostri officii, quod scilicet complecti debet augescentes necessitates spiritales hominum hodie. Evangelizatio non est nobis libera quaedam optio, sed necessarium officium atque obligatio. Ita quidem suam condicionem descripsit Gentium Apostolus, qui flagrantissimus fuit evangelizationis magister atque minister, cum sibimet ipsi fere minatur: *Necessitas ... mihi incumbit: vae enim mihi est, si non evangelizavero.*[5] Hoc ((vae »,

[3] *Lc.* 12, 32.
[4] *Io.* 20, 21; cfr *Lc.* 10, 3.
[5] *t Cor.* 9, 16.

tam durum et rigidum, prima fortasse specie alienum videtur esse et longe remotum a suavitate ac lenitate nuntii evangelici; sed revera maxime salutare est et opportunum, quia nos compellit, nos compellere debet ad ponderandum perpetuum illud mandatum, immo imperium operis evangelizandi, atque respondens ei grave officium eorum omnium qui, intra bene ordinatam compagem Populi Dei, participes sunt, variis quidem modis, unius et indivisi ministerii apostolici. Quam ob rem evangelizatio non est opus, quod fit tantum « ad tempus » vel datis occasionibus, sed obligatio stabilis et necessitas ex constitutione Ecclesiae profluens. Mandatum incipit a verbo illo *Euntes docete omnes gentes*[6] divini ipsius Conditoris, et pergens ad doctrinam claram Sancti Pauli, ac tangens etiam verba, aequabiliter valida ac firma, Petri et Ioannis *(Non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui)*,[7] omnia deinceps tempora percurrit, constans et urgens, usque ad recentissimum Concilium. Neque vero necesse est Nos afferamus haud ambiguos locos conciliares coram vobis, qui actores, maxima ex parte, fuistis in eo salutari eventu.

Sic ergo advenimus ad secundam notam, vel proprietatem evangelizationis, quae arcte cohaeret cum prima quaeque accuratius et subtilius definire potest iam memoratum *terminum ad quem.* Loquimur scilicet de *universalitate* evangelizationis. Haec *universalitas* significat nuntium evangelii esse perferendum ad omnes prorsus homines, sine ullo discrimine loci, stirpis, nationis, historiae, societatis quemadmodum factum est die Pentecostes : *ex omni natione quae sub caelo est.*[8] Etiam hic aspectus convenienter componitur cum alia ratione, quae ad ipsam essentiam et constitutionem Ecclesiae pertinet, scilicet cum opera missionaria eamque dirigit ad propositum et finem, qui in eodem loco Sacrae Scripturae assignatus est ei : *Euntes docete* refertur ad omnes populos. Hic autem quoque magisterium conciliare mentes nostras iam aptavit ad talem Ecclesiae comprehendendam imaginem, quae *ex intimis propriae catholicitatis exigentiis, mandato sui Fundatoris oboediens, ... peregrinans natura sua missionaria est.*[9] Ex alia vero parte, studium illud et industria, ut nempe omnis lingua confiteatur Christum solum esse Dominum et omnium Redemptorem ad gloriam

[6] Cfr. *Mt.* 28, 18-20; *Me.* 16, 15.

[7] *Act.* 4, 20.

[8] *Act.* 2, 5.

[9] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* nn. 1, 2.

Patris,[10] semper constituit actionem perseverantem Ecclesiae, propter quam etiam nomen christianum tam celeriter disseminatum est et stabilitum ubique primis illis saeculis.

Sed contemplantibus nobis hanc evangelizationis universalitatem cito quidem occurret quaestio tantae gravitatis, quantae prudentiae, videlicet oecumenismus, cui in praesenti Ecclesia summa studia tribuit fraternamque observantiam. Talis profecto quaestio secundum indolem legesque ipsi proprias erit expendenda, sed etiam cum renovata caritate speque numquam deficiente. Sed simul facere non possumus, quin mentionem iniciamus de religionibus non christianis : has enim adhuc non licet rivales putare, neque evangelizationis veluti impedimenta, sed quasdam quasi regiones attenta prorsus et humaniore consideratione dignas atque amicitiae futurae, immo vero iam inchoatae, patentes. Quid demum de locis terrarum ac societatibus dicemus, ubi nulli religionis aliquid relinquitur spatii? Id etiam immensam paene facit quaestionem ! Quo enim hodie mare istud incredulitatis, religionis incuriae atque etiam hostilitatis non pervasit? Qua tamen re minime impediemur, quominus evangelizationis opus constanti nisu prosequamur ; contra, illud nostra spe, precatione, sapientia et patientia corroborabimus. Quibus enim finibus contineri potest evangelica caritas? *Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem.*[11] Etiamsi evangelizare quiddam insanum videatur, at semper testificatio eius inexpugnabilis erit ! Quantae hinc quaestiones ! Ne timore umquam langueamus inertes, sed ad illa potius Domini Iesu verba redeamus : *Omnia traham ad meipsum.*[12]

Sine dubio difficultas, quae impellat, ut studium diffundendi luminis Christi in mundo imminuatur vel ut aperta evangelii nuntiatio omittatur, sustinetur rationibus vere suasoriis : ex una parte, videtur temerarium et futtile consilium proponere Evangelium in rerum adiunctis et condicionibus, quae humanitus tam adversae sunt et contrariae; ex altera parte, non intellegitur quomodo servari possint ipsa libertas, necnon praestantia bona religiosa et moralia, quae inveniuntur etiam apud populos non christianos, bona dicimus, in quibus tamen discernitur providentissimi Dei praeparatio ad revelationis christianae plenitudinem. Curae propterea erit Synodo investigare quomodo haec observantia et reverentia erga singulos homines eorumque culturam, ac sincerum cum eis colloquium — quae una est ex primis condicionibus animi vere

[10] Cfr. *PMl.* 2, *11.*
[11] *Cant.* 8, 7.
[12] *Io.* 12, 32.

christiani — componi possint et conciliari cum natura universali illius muneris, quod Christus suae commisit Ecclesiae.

Tertia restat nota evangelizationis, nempe proprium eius propositum, seu *finalitas*. Oportebit melius et subtilius definire rationem necessitudinis inter proprie dictam evangelizationem et universum hominum nisum ad progressionem, cui merito exspectatur Ecclesiae subsidium et adiumentum, etiamsi istud minime pertinet ad proprium eius opus. Probe scimus quibus difficultatibus implicentur hac in re filii Ecclesiae, qui sese dedunt apostolicis inceptis. Hi enim saepius hodie incitantur et invitantur, ut rerum potiorum ordinem deserant, quem sequi debet salutis nuntius, atque ut propriam industriam redigant in actuositatem philanthropicam tantum, sociologicam vel politicam, et opus Ecclesiae circumscribant doctrina quadam anthropocentrica et terrena. Hinc liquido patet quam sit necessarium iterum confirmare et clarissime inculcare finem proprie religiosum evangelizationis. Etenim omnem suam amitteret significationem, si dimoveretur a fulcro illo religioso, quo sustentatur, quod videlicet est Regnum Dei ante omnia alia, Regnum Dei secundum sensum plane theologicum, quod nempe homines a peccatis liberat eisque proponit amorem Dei tamquam primum praeceptum et vitam aeternam velut novissimam sortem.

Attamen hoc minime significat opus evangelizationis posse vel debere gravitatem maximam neglegere illarum quaestionum, quae hodie tantopere agitantur et quae respiciunt iustitiam, liberationem, progressionem et pacem in mundo. Si enim istud fieret, etiam ignoraretur doctrina evangelii de amore erga proximum patientem et egentem,[13] quam Apostoli quoque tradiderunt.[14] Quin immo hoc argumentum pertractavimus tamquam singulare quoddam officium nostrum in Litteris Encyclicis, *Populorum Progressio* inscriptis.

Et quidem si verum fateri volumus, Ecclesia, sequens exemplum ac praeceptum sui divini Servatoris, numquam destitit evehere ipsam dignitatem et condicionem populorum, ad quos attulit Christi fidem. Doctrina namque eius et moralis pariter disciplina semper conversae sunt in res et institutiones solidas, quae homines impellent ad progredientem semper auctum et incrementum in omni vitae provincia, vel proprie religiosa, vel politica, sociali et civili. Quemadmodum docet Concilium Vaticanum Secundum : *Missio quidem propria, quam Christus Ecclesiae*

[13] *Mt.* 25, 31-46.

[14] Cfr. *1 Io.* 4, 20; *Iac.* 2, 14-28.

suae concredidit, non est ordinis politici, oeconomici vel socialis: finis enim quem ei praefixit ordinis religiosi est. At sane ex hac ipsa missione religiosa munus, lux et vires fluunt, quae communitatis hominum secundum Legem divinam constituendae et firmandae inservire possunt.[15] Haec doctrina, cum refertur ad laicos praesertim, maius etiam pondus accepit, quoniam eorum est *ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere,*[16] et quia ipsi debent *etiam quando curis temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere.*[17]

Nullo igitur modo inter se opponuntur nec seiunguntur, sed contra complentur evangelizatio et humana progressio, quae, etsi distinctae et subordinatae inter se, eodem communiter tendunt, scilicet ad hominis salutem.

Haec omnia procul dubio subtiliorem investigationem iubent de variis formis, quas evangelizationis opus potest suscipere. Verum quidem est mundum, qui hodie est, maxime arduas quaestiones solvendas Ecclesiae proponere; at obliviscendum non est immensas etiam agendi opportunitates, quae olim ne cogitari quidem poterant, iis hodie praeberi, qui Christi nomine *evangelizant bona.*[18] Ac revera recte iudicare quis potest, quam late aperti iam patefacti sint aditus ad diffusionem universalem et subitam Verbi salutis per instrumenta communicationis socialis? Si praetermittamus has praeclaras opportunitates vel tempus conteramus in reprehensionibus quae tantum nocent, periculum reapse est, ne in horam a Deo constitutam conveniamus et futurae christianae religionis sorti immensa inferamus detrimenta.

Id postulat, ut evangelizationis actio hodie animo concipiatur, qui late pateat ad nostrae aetatis necessitates, quod attinet ad methodos, ad opera, ad aptam rerum ordinationem, et ad Evangelii operariorum institutionem. De opere agitur, quod in hac Synodo vos, egregia officii vestri conscientia permoti, aggressuri estis; utinam, Deo dante, vestri labores iustis omnium exspectationibus plane satisfaciant!

Manifestum est, numquam fas esse vias ingredi, quae contra Evangelii spiritum aperte pugnent : non vis, igitur, non civilis seditio, non colonica dominatio quavis specie imposita, tamquam nuntiandi Evangelii instrumenta ab Ecclesia adhiberi poterunt, ac ne ars quidem

[15] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 42.
[16] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 31.
[17] *Ibid.,* n. 35.
[18] Cfr. *Rom. 10,* 15.

politica per se ipsa, etsi proprium christianorum officium est suam conferre operam ad publicam rem recte administrandam.

Vobis vero curae erit comparationem quandam instituere inter traditas evangelizandi formas et recentiora apostolatus incepta, quae a Concilio et a mutatis temporis condicionibus ortum suum deducunt. Anteponenda profecto erunt instituta ac structurae Ecclesiae saeculorum experientia iam comprobata; attamen, praeterita aetate minime denegata ac salvis eius veri nominis bonis, enitendum erit, ut sereno atque aperto animo consideretur quidquid boni ac validi nova experimenta attulerint, apte componendo « nova ac vetera », praesertim cum agitur de fidelium consolationibus, qui sacrae Hierarchiae coniunctum ferunt operam. Quidquid est, vestram tacite S. Pauli sententiam : *Omnia probate quod bonum est, retinete.*[19]

Ac tandem in bonam spem animum erigite vestrum, duplici freti fiducia, qua, veluti geminis subvecti alis, per studia vestra ad novas Evangelii metas pertingere valeatis : fiducia scilicet in laboribus vestris, quia Ecclesiae bono atque incremento operam navatis ; ac fiducia in Christo praesertim, qui vobiscum est, vobiscum vivit, ac vestra adiutrice opera vestroque utitur rerum usu, ut in terris proferat fines Regni sui, quod est Regnum iustitiae et sanctitatis, amoris et pacis.

Haec vota deprecationi Beatissimae Virginis Mariae committimus, quae a Nobis Ecclesiae Matris titulo decorata est, quaeque semper, iam a primaeva Ecclesiae aetate, ut Apostolorum Regina, hoc est praeteritorum nostrorumque temporum Pastorum, est honorata ; eademque vota Apostolica Benedictione confirmamus.

VIII

Sodalibus ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, qui generali Coetui religiosae suae communitatis interfuerunt. *

Dilectissimi filii,

Salutem vobis ex animo impertimus, qui in Capitulo Generali Ordinis vestri congregati, Nos adiistis non solum ut obsequia Christi Vicario qua filii addictissimi et amatissimi praeberetis, verum etiam ut Benedictionem Nostram impetraretis, quae vobis et laboribus Capituli

[19] *1 Thess.* 5, 21.

* Die 30 mensis septembris a. 1074.

vestri prodesset. Quod quidem ultro libenterque facimus; de negotio enim agitur, quod licet primum ad Familiam Capuccinorum pertineat, tamen in vitam Ecclesiae etiam redundat, quae a fiorenti religiosorum Institutorum condicione magnam repetit partem vigoris sui, studii apostolici, ardoris sanctitatis adipiscendae.

Cum autem vos hodie coram conspiciamus, qui ex variis terrarum orbis regionibus Romam convenistis, animo obversatur Nostro amplissima illa evangelica messis quae ubique sollertiae vestrorum sodalium ac merito debetur. Quot inde causae cur Deo gratias agamus et vobis ex animo gratulemur !

Capitulum Generale est praeclara opportunitas — quae singulis Institutis praebetur — recogitandi de vera sua natura, de fine sibi proposito atque officio in Ecclesia implendo, et deliberationes capiendi, quae vim habeant ad ipsam vitam sodalium provehendam. Id postulat ut vos ad primordia vestrae familiae animum sedulo advertatis. Ut enim docet Concilium Vaticanum Secundum, vera cuiusque familiae religiosae renovatio *essentialiter in aucta fidelitate erga vocationem eius consistit.*[1]

At satis non est praeteritam aetatem solum considerare. Oportet etiam in futurum tempus prospicere. Inde ultro quaeritur : perturbatis hisce temporibus nostris valetne adhuc religiosa Capuccinorum disciplina ad Ecclesiae exspectationibus respondendum? Quibus viis ac rationibus vester Ordo efficiet, ut reflorescere possit nova vitae ubertate?

De hac re, superiore mense, litteras vobis dedimus, quibus Nostram mentem aperuimus ; ab iisque vos — ut magno cum animi solacio didicimus — normam ductumque religiose sumpsistis laborum vestrorum. Nunc vero, sermonem illum veluti confirmantes et persequentes, nonnulla volumus proferre, quae, etsi non nova ac vobis non ignota, tamen paternam, qua premimur, sollicitudinem de Ordine vestro plenius patefacit.

In primis sinite Nos denuo commonefacere de necessitate servandi ac magis magisque excitandi apud vos illum contemplativum spiritum, qui tantopere elucet in primaeva Franciscanum aetate. Quod requirit, secundum Concilium, ut *spiritualis vitae studio etiam in operibus externis promovendis primae partes semper tribuantur.*[2] Hoc ex fonte mira fecunditas vestri Ordinis olim profecta est; hinc et in posterum

[1] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 3.
[2] *Ibid.,* n. 2.

pariter novas oportebit educere lynphas, quibus disciplina vestra optatam virium copiam iugiter suscipiat. De hac re nonne Sanctus Franciscus vobis admirabile exemplum praebet? Ipsi, enim, *tutissimus portus erat oratio, non unius exsistens momenti, vacuam aut praesumptuosa, sed longa tempore, plena devotione, humilitate placida; si sero incipiebat, vix mane finiebat; ambulans, sedens, comedens et bibens, orationi erat intentus;* [3] adeo ut *totus non tam orans quam oratio factus diceretur*[4]

Exemplum Seraphici Patris praeterea vos ad amorem crucis vehementer impellere debet : id a vocatione vestra nequit seiungi. Stigmata quae ipse in monte Alvernia a Christo in suo corpore accepit, perennis exstat praedicatio de hac re, quae primaria condicio est habenda sequelae Christi. Hinc necessitas austerioris vitae rationis seu poenitentiae, quae apud Franciscales magnum momentum semper obtinuit, et quam Ecclesia a vobis, si alias umquam, hodie potissimum a vobis requirit. In societate enim vitam degimus edonismo, materialismo et consumendi studio penitus imbuta. Pro dolor etiam apud multos christianos mos invaluit religionem sibi fingere nimis suis commodis indulgentem, sine labore, sine officiis, sine sui abnegatione, hoc est sine cruce. Vos e contra numquam desinite in vestram referre vitam Christi Domini illam sententiam, quam Sanctus Franciscus mirandum in modum suam fecit : *Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*[5]

Hic autem amor crucis in paupertate evangelica maxime elucet, quae a Sancto Francisco filiis suis tamquam sacra hereditas relicta fuit, estque vestri Ordinis peculiarissima nota. Nonne hac de causa Capuccini Fratres acceptissimi semper fuerunt christiano populo, qui eos cernere assuetus est semper simplices, humiles, hilares, ad proximorum necessitates allevandas alacriter paratos, praesertim pauperum, infirmorum, peccatorum? Homines a vobis non petunt, ut cum saeculo ambigue consentiatis; poscunt vero ut celsitudinem pauperis huius vitae commostrare pergatis, quam intuentes ipsi ad spem se erigi sentiunt futuri saeculi. Estote ergo in mundo huius spei custodes !

Sed praeter paupertatem, quae *singulorum* propria esse debet, non

[3] Th. a Celano, *Vita prima S. Francisci,* n. 71.

[4] Th. a Celano, *Vita secunda S. Francisci,* n. 95.

[5] *Io.* 12, 24-25.

licet neglegere paupertatem qua *totum Institutum vestrum* niteat oportet. Itaque in usu bonorum, in aedificiis et in quibusvis operibus vester Ordo cultum et ornamentum nimis exquisitum, et quidquid luxum aut quaestum redolet, devitet. Nihil apud vos sit quod obnubilare possit imaginem Christi Iesu, *qui propter nos egenus factus est, cum esset dives; ut illius inopia nos divites essemus.*[6]

Dilectissimi Nobis Fratres Minores Capuccini !

Vos qui Ecclesiam iam illustrastis sanctimonia sodalium vestrorum, atque operositate apostolica vestra tot animis lucem attulistis gratiae divinae, huius Capituli Generalis oblata occasione, quasi nova impulsione acti, in egregio perseverate proposito et, si opus est, vires resumite et conatus geminate ut Ecclesia Dei a vobis, ut olim, ita et nunc et in posterum quam maximas accipiat utilitates.

Ad haec omnia paterne vos confirmantes, Benedictionem Apostolicam vobis, qui adestis, et cunctis sodalibus vestris, amanter dilargimur.

IX

Moderatoribus ac Membris e « Consilio de Laicis », qui plenario Coetui Romae interfuerunt. *

Chers Fils,

Chaque audience du mercredi est pour Nous une joie toujours nouvelle, un réconfort toujours apprécié. Aujourd'hui, la présence des membres et consulteurs du Conseil des Laïcs nous invite à donner à cette rencontre un ton et un langage particuliers : c'est en quelque sorte a l'ensemble des laïcs dans l'Eglise que Nous nous adressons. Vous êtes bien ce Peuple de Dieu que l'Apôtre Jean voyait monter vers la Jérusalem céleste, de toute race, de toute nation, de toute langue! Nous vous saluons tous et chacun avec la même affection. Nous nous devons de féliciter spécialement les membres du Conseil des Laïcs qui ont choisi, cette année, d'être accueillis en même temps que les participants à l'audience générale. Il y a là un signe exemplaire de leur volonté de proximité et de service de tous les baptisés. Est-il besoin de rappeler à toute l'assistance de ce matin que le Conseil des Laïcs est l'organisme institué par Nous, le 6 janvier 1967, afin de promouvoir et de coordon-

[6] Cfr. *1 Cor.* 8, 9.

* Die 2 mensis octobris a. 1974.

ner l'apostolat des laïcs dans l'Eglise universelle, avec le souci d'écouter la voix des autres laïcs et la voix des Pasteurs de l'Eglise? Dans ce contexte, et sans nous éloigner des travaux du Synode qui vient de s'ouvrir, il Nous a paru très opportun de Nous entretenir avec vous de deux aspects fondamentaux de l'apostolat des laïcs, qui s'estompent plus ou moins dans l'esprit des chrétiens de ce temps : l'importance du témoignage personnel et l'unité des divers témoins de l'Evangile entre eux et avec leurs Evêques.

L'homme contemporain écoute plus volontiers les témoins que les maîtres, ou s'il écoute les maîtres, c'est parce qu'ils sont des témoins. Il éprouve en effet une répulsion instinctive pour tout ce qui peut apparaître mystification, façade, compromis. Dans un tel contexte, on comprend l'importance d'une vie qui résonne vraiment de l'Evangile !

On pourrait ramener à quatre les motifs de cet attrait du monde actuel pour le vrai témoin du Christ. L'homme moderne, engagé dans la conquête et l'utilisation de la matière, éprouve une faim d'autre chose, une solitude étrange. Le chrétien tout donné à Jésus-Christ connaît un autre mystère plus insondable que la matière : le mystère de Dieu qui invite Phomme à un partage de vie dans une communion sans fin avec le Père, le Fils et l'Esprit Saint. Mystère de transcendance et de proximité ! En vérité, l'homme du vingtième siècle aspire à cette plénitude de dialogue personnel que lui refuse la matière. Il faut aujourd'hui plus que jamais des témoins de l'invisible.

Les hommes de ce temps sont des êtres fragiles qui connaissent facilement l'insécurité, la peur, l'angoisse. Combien se demandent s'ils sont acceptés par leur entourage ! Nos frères humains ont besoin de rencontrer d'autres frères qui rayonnent la sérénité, la joie, l'espérance, la charité, malgré les épreuves et les contradictions qui les atteignent eux aussi. Etre le témoin de la Force de Dieu opérant dans l'étonnante et renaissante fragilité humaine, ce n'est pas aliéner l'homme, mais lui proposer des chemins de liberté.

Les générations montantes sont spécialement assoiffées de sincérité, de vérité, d'authenticité. Elles ont horreur du pharisaïsme sous toutes ses formes. Dès lors on conçoit qu'elles s'attachent au témoignage d'existences pleinement engagées au service du Christ. Elles courent le monde pour trouver des disciples de l'Evangile, transparents à Dieu et aux hommes, demeurés jeunes de la jeunesse de la grâce divine. Les jeunes générations voudraient rencontrer davantage de témoins de l'Absolu. Le monde attend le passage des saints.

L'homme moderne se pose aussi, et souvent douloureusement, le problème du sens de l'existence humaine. Pourquoi la liberté, le travail, la souffrance, la mort, la présence des autres? Or voici que dans les ténèbres celui qui essaye de vivre l'Evangile apparaît comme celui qui a trouvé un sens, un achèvement à sa vie, bien loin des systèmes anthropocentriques et oppressants.

Ce témoignage personnel doit être celui de tout baptisé, de tout confirmé, laïc, religieux ou prêtre. Mais les laïcs sont invités à le vivre de façon particulière, au sein même du monde, en œuvrant selon leur foi dans les affaires temporelles de leurs familles, de leur cité, du monde international, pour bâtir avec tous les hommes, croyants ou incroyants, un monde plus digne de fils de Dieu. C'est en travaillant avec les autres qu'ils découvrent souvent toutes les dimensions de l'apostolat. Ils se garderont d'oublier qu'ils sont aussi appelés à favoriser chez leurs frères la rencontre directe de Jésus-Christ. Leur témoignage n'est pas un témoignage muet.

Nous savons bien d'ailleurs tout ce que les laïcs ont fait pour l'Eglise du Christ dans les siècles passés et depuis les vigoureux appels des Papes en faveur de l'Action catholique. Cependant, malgré l'apparition et le développement de nouvelles formes d'apostolat et l'usage de techniques de plus précises, le témoignage de l'Evangile ne s'impose pas au regard contemporain avec l'éclat suffisant. Or l'Eglise rendrait stérile l'Evangile et se rendrait elle-même stérile si elle proclamait seulement un idéal abstrait, si bien présenté fût-il, sans que les laïcs ne concrétisent cet idéal, comme un levain enfoui dans la pâte. Nous espérons que nos convictions sur ce point fondamental du témoignage personnel trouveront beaucoup d'écho en vos cœurs.

Mais c'est devenu une nécessité, et c'est une chance de notre temps, de rechercher aussi un témoignage collectif des chrétiens, adapté à Page, au voisinage, aux milieux sociaux, aux milieux professionnels, bref aux multiples réalités de la vie. De là sont nés de nombreux mouvements qui soutiennent l'apostolat de leurs membres, grâce à des échanges, à une révision de vie commune, à des objectifs mûris et réalisés ensemble. Bien plus, ces mouvements ont pris, plus récemment, la note universelle qui sied à l'Eglise catholique et répond aux besoins d'un monde de plus en plus unifié : ils sont devenus internationaux. Notre Conseil des Laïcs est précisément à l'écoute de toute cette vitalité personnelle et communautaire.

Dans cet immense corps du Christ qu'est l'Eglise, les dons et les besoins sont très variés, très diverses les tendances de l'apostolat. Il doit cependant y avoir une unité dans l'inspiration et une convergence dans le but. C'est non seulement une nécessité pour l'efficience de l'apostolat ; c'est un critère de son authenticité : le Christ a prié pour que ses disciples soient un. Tous ces mouvements doivent donc témoigner d'une volonté sans équivoque de se rencontrer, de coopérer ensemble sur les objectifs fondamentaux, de prier ensemble, de célébrer ensemble l'eucharistie, de faire leurs les orientations majeures de l'Eglise, dans cette période de mise en œuvre du Concile Vatican II. Au niveau du Saint-Siège, qui est celui de l'Eglise universelle, le Conseil des Laïcs constitue un lieu privilégié de cette confrontation et de cette collaboration. Et l'Année Sainte doit être une heure providentielle pour effectuer, à tous les échelons, ce rapprochement nécessaire et vivre cette communion.

L'apostolat des baptisés aura cette authenticité et cette unité s'il est accompli en communion avec les Pasteurs responsables du Peuple de Dieu, quelle que soit la diversité des opinions concernant le mode de coopération avec la hiérarchie. Le mot célèbre de saint Ignace d'Antioche, au sujet de la célébration de l'eucharistie, Nous revient en mémoire : « Rien en dehors de l'Evêque ». Nous l'appliquons sans hésitation à l'apostolat des laïcs. Nous savons comment nos Frères dans l'épiscopat essayent de vivre l'autorité qui leur a été confiée : dans un souci de servir! Nous savons aussi combien sont nombreux les laïcs chrétiens qui donnent à leurs Evêques des témoignages exemplaires de confiance, de loyauté, de soutien, de coopération. En ce moment même, plus de deux cents Evêques sont réunis pour le quatrième Synode de notre Pontificat. S'ils étaient ici même, il Nous semble qu'ils vous diraient, en toute sincérité, en reprenant le mot de saint Augustin : « Frères, avec vous je suis chrétien, pour vous je suis évêque».

Chers Fils, cet entretien vous dit assez la confiance que Nous mettons en vous. Nous invitons toute l'assemblée à implorer du Seigneur les apôtres dont l'Eglise et le monde d'aujourd'hui ont besoin. Avec notre Bénédiction Apostolique.

X

Ad Excellentissimum Virum Iulium A. Razafimbahiny, Madagascarianae Reipublicae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Monsieur VAmbassadeur,

Nous apprécions vivement les paroles délicates et profondes que Votre Excellence vient de prononcer, au moment où Elle inaugure ses fonctions d'Ambassadeur de la République Malgache auprès du Saint-Siège.

En présentant l'hommage du Gouvernement qui vous a désigné pour cette haute charge, vous avez voulu vous faire l'écho de tout le peuple malgache : vous avez souligné sa reconnaissance pour la féconde contribution de l'Eglise à l'épanouissement de ses valeurs ancestrales et à sa promotion sociale. Et vous avez su associer, dans le même mérite, missionnaires et chrétiens malgaches, qui ont maintenant leurs pasteurs autochtones.

Une telle confiance Nous touche profondément, et Nous avons le ferme espoir qu'elle continuera à permettre, non seulement des relations amicales, mais une collaboration fructueuse entre l'Eglise et les responsables civils que vous représentez. Il y va d'abord de la qualité spirituelle des hommes et de leurs relations; vous avez montré à juste titre le prix que vos compatriotes attachent à Dieu et à l'âme : c'est à ce bien que l'Eglise est principalement ordonnée. Mais l'amour désintéressé qui anime celle-ci, spécialement au service des plus pauvres, est aussi un gage de la précieuse contribution que les chrétiens peuvent toujours apporter à la construction de la cité, pour qu'y règne le bien-être, la paix, la justice et toutes les conditions d'une vie digne de l'homme. Nous savons avec quel zèle nos Frères et Fils de Madagascar s'y emploient. Nous les encourageons et formons des vœux fervents pour l'ensemble du peuple malgache et ses dirigeants, en priant Dieu de les bénir et de les assister dans la tâche, rude et pleine d'espérance, qu'ils assument aujourd'hui, au niveau de leur pays comme au plan international.

Pour vous, Monsieur l'Ambassadeur, tout en représentant ici votre Gouvernement, vous y serez témoin des efforts du Saint-Siège pour la sainteté et l'unité de l'Eglise universelle, et pour la paix de l'humanité. A vous particulièrement, Nous offrons des souhaits cordiaux au seuil de votre mission.

* Die 4 mensis octobris a. 1974.

XI

Sodalibus ex Ordine Servorum Mariae, qui generali Coetui religiosae suae communitatis interfuerunt. *

Dilecti Filii,

Periucundum sane Nobis, vel inter urgentiores borum dierum curas, evenit, ut vos, Praepositos et Sodales Ordinis Servorum Mariae, coram admittere possimus libenterque iubeamus salvere. Inde enim ab integro fere mense generale agitis Capitulum, quod ad accommodatam religiosae vestrae disciplinae renovationem — opus numquam intermittendum! — pertinet, eidemque celebrando sedem in urbe Roma elegistis, ea potissimum de causa, ut Nostram adire domum Nobisque in praesentia significare observantiam ac reverentiam profiteri, data opportunitate, liceret. Dum igitur salutare laudamus inceptum, facere non possumus, quin vestrum cuique itemque Sororibus Congregationum Servorum Mariae paternum, gratulabundum, bene memorem animum declaremus.

Quas iam habuistis disceptationes de argumento, huic Capitulo ad excutiendum proposito, eae profecto confirmant vos etiam, ut cetera Instituta religiosa, illum constanti nisu cursum tenere, quem Concilium Vaticanum II demonstravit ac summopere commendavit in Decreto *Perfectae caritatis.* Renovationis iter, longum fortasse ac laboriosum, a sapientibus hisce normis atque suasionibus nedum deerret, ad eas semper redeat tamquam ad certas iudicandi notas, eas contempletur, eas persequatur, eas in rem, id est in vitam nostri temporis, traducat oportet. An notissimus nunc locus est Nobis afferendus, qui dicit : *Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem, et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones?* [1] Quodsi hoc opus *sub impulsu Spiritus Sancti et Ecclesia duce* [2] perficiendum est, si eius ipsa inchoatio apertam plane et iteratam erga Ecclesiae magisterium fidelitatem secumfert, si efficacior et impensior Evangelii hodie testificatio postulatur, vester est honor, vestrum est munus haec omnia praestare, dum summo

* Die 12 mensis octobris a. 1974.

[1] Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 2.

[2] Cfr. *ibid.*

studio intenditis ad praeclara ac praevalida exempla Virginis Mariae, quippe cui Ordo vester peculiari, ut patet, ratione sit dicatus. Facile Nostram mentem subeunt, ea quae scripsit B. Benedictus XI, Decessor Noster, in Litteris quibus regulam et institutiones Familiae vestrae confirmavit : *Devotionis affectu, quem geritis ad B. Mariam Virginem gloriosam, assumitis vobis vocabulum ab eadem, vos Servos, eiusdem Virginis humiliter nominando.**

Revera, quotiescumque Ecclesia, suae vi auctoritatis, religiosa probat Instituta, non tantum ad canonici status gradum atque dignitatem ea provehit, verum *ut statum Deo consecratum* publice *exhibet.*[4] Talis autem consecrationis status, iuxta traditam continuatamque doctrinam, a religiosis viris plane immolationem exigit, nempe sacrificium et quasi holocaustum vitae, quae iisdem ad Christi imaginem est conformanda, qui semetipsum obtulit hostiam Deo Patri pro omnibus hominibus.

Peculiari praeterea consecrationi, quae propria status religiosi est, aptissime convenit sincera et cogitate facta repudiatio omnium mundi blanditiarum et illecebrarum, ut quis propius Christum virginem, pauperem, oboedientem sequatur,[5] ad eam spiritus communionem instaurandam, in qua omnes tamquam fratres « Domino deditos ac donatos » sese existiment. Ita sane fiet, ut religiosae Communitates unam omnino familiam efficiant, in nomine Domini coadunatam et artissima vitae apostolatusque consuetudine coagmentatam. Inde pariter sequitur, ut sentiendi et agendi habitus, qui saecularibus indulgeant formis et religiosae vitae, ut aiunt, saecularizationi faveant, nullo modo sint veri nominis renovatio, sed potius ad progredientem neglectionem religiosi charismatis adducant, immo etiam ad inclinationem et lapsum religiosarum institutionum.

Haec autem interior consecratio, de qua breviter locuti sumus et per quam pietatem nostram atque vivendi rationem ad huius aetatis postulata componimus, eo facilior, potior, certior evadet, quo libentius scilicet animum atque cogitationem ad divina exempla convertemus, quae Pater caelestis intuenda atque imitanda exhibet.

Atque in primis Christum, ut diximus, omnis humilitatis, dilectionis, paupertatis, integritatis exemplar, cuius omnímodas virtutes tum

[3] Cfr. *Bullarium Romanum;* Romae MDCCXLI, t. III, p. II, p. 107.

[4] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 45.

[5] Cfr. Decr. de accom. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* nn. 1, 3.

Evangelia loquuntur abunde, tum sacrae Litterae docent, tum Ecclesia cotidie exaltat. At, deinde, Mariam, Dei Matrem, cuius vos esse servos tempus in omne gloriamini, iure rati intemeratae Christi Parenti servire, atque per illam Deo, regnare esse.

Verum enimvero Familia vestra sub obtutu tantae Virginis nata est, iniquis Ecclesiae et Rei publicae temporibus, in quibus irae, simultates, discordiae urbes lacerabant quibusque remedium aliud nullum adhiberi posse videbatur, quam tam castae Matris religio per animos propagata. Et praeterea Ordo vester si tam crevit, id sane est etiam beatissimae Virginis Mariae beneficio tribuendum : et pietati, videlicet, et amori, et studio singulari erga illam, maxime Perdolentem, et, in vicem, eius patrocinio ; ut haud longe absimus, ut credamus affectum in Christi Matrem, sicut beatos Conditores vestros ad sanctitatem formavit, ita etiam tot egregiorum virorum animum finxisse, qui clara fama vixerunt et multa ab illa, ceu fonte, hauserunt.

Et studium dicimus meditandi verbi Dei singulare,[6] et caritatem erga proximum vivacem et amabilem ;[7] et assensionem voluntati Dei firmissimam, sive ad honores Eam divinae maternitatis vocabat ;[8] sive legis antiquae ab Ea impletionem exigebat ;[9] sive cum Ipsa, omni humana spe atque gaudio destituta, redemptionis consilia consociabat.[10]

Mmirum Virgo Maria, Deo purum et integrum animum offerens, nullisque affectibus terrestribus concipiens, atque in absolutissimae virginitatis condicione vivens, nos exemplo suo tam trahit, ut de quovis certamine certae victoriae occasionem det.

Oboedientia, insuper, qua Religiosus voluntate sua se abdicat, summa necessitudine illum cum Virgine Matre coniungit, quae Dei iussa aequissimo semper animo excepit et prompte fecit. Et quae in Nazareth respondit : *Fiat mihi secundum verbum tuum*[11] in Cana Galilaeae ait : *Quodcumque dixerit vobis, facite.*[12]

Atqui Virginis laus praecipua et gloria sub Cruce, stellae matutinae instar, resplenduit,ubi cum Filio patitur, offert, commoritur animo. Quod est etiam uniuscuiusque nostrum, praecipue vero Religiosorum iter gradiendum.

[6] Cfr. *Lc. 2,* 19; 2, 51.
[7] Cfr. *Lc. 1,* 39 ss. ; *Io. 2,* 1 ss.
[8] Cfr. *Lc.* 1, 26 ss.
[9] Cfr. *Lc. 2,* 22.
[10] Cfr. *Lc. 2,* 33.
[11] *Lc. 1,* 38.
[12] *Io. 2,* 5.

Dilecti Filii, in hac nostra societate mnlti docti, sed heu parum Sanctorum, quibus homines egent. Non enim verba, structurae hae vel illae, improbationes acerbae Ecclesiam idoneam faciunt ad salvandos homines, sed mera sanctitas, id est nuda voluntatis humanae voluntati divinae adhaesio perpetua, ceu gratiae gutta distillans, animos molliens.

Ad hanc vos, Patris voce hortamur, et una vobiscum Sodales omnes Ordinis vestri, tanta luce clari et tam utilis Ecclesiae. Accedit Apostolica Benedictio Nostra, quam non solum praesentibus largimur benignissime, sed et absentibus et Provinciis atque Congregationibus, quorum nomine adestis. Eadem et Dei benevolentiam conciliet et caelestia gaudia impetret.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Exc.mo P. D. Ioanni Pohlschneider, Aquisgranensi Episcopo, omnibus Praesulibus, Sacerdotibus et Christifidelibus Germaniae coadunatis ad octogesimum quartum Coetum habendum, v. d. « Katholikentag ».

Unser Herr Jesus Christus, der sich nach dem Willen des Vaters für das Leben der Welt hingegeben hat, leite und erleuchte mit dem Heiligen Geist die Begegnungen, Beratungen und Beschlüsse des 84. Deutschen Katholikentages.

Mit diesem Segenswunsch begrüßen wir von Herzen unsere Mitbrüder im Bischofs- und Priesteramt, die Ordensleute und alle Gläubigen, die sich unter dem Leitwort »Für das Leben der Welt« zu diesen Tagen des Gebetes, des brüderlichen Gespräches und der Neubesinnung auf ihren Glauben und ihre christliche Verantwortung für Kirche und Gesellschaft in Mönchengladbach versammelt haben. Ebenso gilt unser Gruß den Vertretern des staatlichen und gesellschaftlichen Lebens, und nicht zuletzt auch den Brüdern und Schwestern aus anderen christlichen Kirchen und religiösen Gemeinschaften, die an diesem Katholikentag teilnehmen.

Ehrwürdige Brüder, geliebte Söhne und Töchter !

Das Leitwort eures diesjährigen Katholikentages »Für das Leben der Welt« ist ein feierliches Bekenntnis zum besonderen Weltauftrag der Kirche, den sie von ihrem göttlichen Stifter empfangen hat. Christus ist dazu in die Welt gekommen, daß die Menschen das Leben haben

und es in Fülle haben.[1] Da ihn des Volkes erbarmte, hat er die Volksscharen nicht nur auf wunderbare Weise mit irdischer Speise gesättigt, sondern sogar sein eigenes Fleisch als Brot »für das Leben der Welt«[2] dahingegeben. Ebenso hat die Kirche ihren Heilsauftrag zu keiner Zeit nur auf das übernatürliche Leben beschränkt. Die Verkündigung der Frohbotschaft war stets begleitet von der helfenden Tat des selbstlosen christlichen Bruderdienstes. Das Bild, das die Kirche gerade heute von sich der Welt darbietet, ist ausgesprochen das einer Kirche im Dienst der Menschen.

Der Dienst der Kirche für die Welt ist um so dringlicher in einer Zeit, da die Formen des gesellschaftlichen, wirtschaftlichen und politischen Zusammenlebens so tiefgreifende Veränderungen erfahren, wo so viele tragische Ereignisse weithin den Menschen bedrängen und so viele unserer Brüder auf die grundlegenden Fragen des Lebens keine Antwort mehr finden. Eine in der heutigen technischen Gesellschaft zunehmend um sich greifende Zerrüttung der menschlichen Grundwerte untergräbt nicht nur die Fundamente der gesellschaftlichen und staatlichen Ordnung, sondern bedroht den Menschen selbst in seiner innersten Würde und der ihm von seinem Schöpfer zuteil gewordenen sittlichen und übernatürlichen Berufung.

Der 84. Deutsche Katholikentag in Mönchengladbach mit seinem Aufruf zu einem erneuerten und verstärkten christlichen Einsatz »für das Leben der Welt« steht also mitten in der aktuellen Problematik unserer Zeit. Nicht nur die Kirche als Ganzes, sondern auch jede Teilkirche und jeder einzelne Katholik sind heute mehr denn je verpflichtet, zu diesem dringlichen und umfassenden Weltapostolat im Dienst am Menschen und in der Gesellschaft ihren konkreten Beitrag zu leisten. »Ein Christ, der seine irdischen Pflichten vernachlässigt«, sagt das Konzil, »versäumt damit seine Pflichten gegenüber dem Nächsten, ja gegen Gott selbst und bringt sein ewiges Heil in Gefahr«.[3]

Die konkreten Aufgaben, die sich in dieser geschichtlichen Stunde den Katholiken und der katholischen Kirche in Deutschland im Dienst für die Menschen und die Welt stellen, mögen recht vielfältig und verschieden sein. Auch mag es über die angemessene Art ihrer Lösung unterschiedliche Meinungen unter euch geben. Doch ist stets mit Sorgfalt

[1] Vgl. *Joh* 10, 10.
[2] *Joh* 6, 51.
[3] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, Nr. 43.

darauf zu achten, daß dadurch nicht die Einheit, die Glaubwürdigkeit und Wirksamkeit des sozial-gesellschaftlichen Einsatzes der Kirche gefährdet oder sogar zerstört wird. Nur in enger Vereinigung all ihrer Kräfte und im gemeinschaftlichen planvollen Handeln sind die Christen noch imstande, die dem heutigen Apostolat gestellten Aufgaben erfolgversprechend zu erfüllen. Die Sorge um die Erhaltung und Förderung dieser Einheit kommt in besonderer Weise den Bischöfen zu, denen mit dem Papst und der Hierarchie der ganzen Kirche die verantwortungsvolle Aufgabe obliegt, hinsichtlich der Werke und Einrichtungen der zeitlichen Ordnung »die in den zeitlichen Dingen zu befolgenden sittlichen Grundsätze zu lehren und authentisch zu interpretieren«.[4]

Wir möchten bei diesem Anlaß mit besonderer Anerkennung hervorheben, mit welch mutiger Entschlossenheit die deutschen Bischöfe durch ihre zahlreichen richtungweisenden Stellungnahmen zu aktuellen Fragen der Gesellschaftspolitik gerade in den vergangenen Jahren dieser ihrer Verpflichtung entsprochen haben. Wenn es auch nicht die Aufgabe der Kirche ist, für Fragen im sozialen, wirtschaftlichen und politischen Bereich im einzelnen konkrete Lösungen zu geben, so schließt ihre Sendung doch wesentlich den Schutz und die Förderung der Würde und der Grundrechte des Menschen mit ein. Entsprechend ist es die besondere Aufgabe und Pflicht der Laien, der christlichen Auffassung vom Menschen im gesellschaftlichen und staatlichen Leben zu Anerkennung und Geltung zu verhelfen, indem sie sich entschlossen darum bemühen, »das wahre Gemeinwohl zu fördern und das Gewicht ihrer Meinung stark zu machen, damit die staatliche Gewalt gerecht ausgeübt wird und die Gesetze der sittlichen Ordnung und dem Gemeinwohl entsprechen«.[5] **Dies gilt in besonderer Weise, wie ihr es selbst erst jüngst in eurem Lande mit großer Einmütigkeit bekräftigt habt, von jenen Gesetzen, die das erste und höchste irdische Gut, den Schutz und die Unantastbarkeit des menschlichen Lebens, zum Inhalt haben.**

Zum christlichen Dienst am Menschen gehört sodann gerade heute mit besonderer Dringlichkeit, daß die Christen neben einem verstärkten Einsatz in den traditionellen Formen der kirchlichen Diakonie auf dem Gebiet der Erziehung, der Krankenbetreuung und der Fürsorge sich aus dem Bewußtsein weltweiter brüderlicher Solidarität durch ihren

[4] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* Nr. 24.
[5] *Ibid.,* Nr. 14.

persönlichen Beitrag auch entschlossen und opferbereit an der Verwirklichung einer größeren sozialen Gerechtigkeit in der Welt beteiligen. Deshalb rufen wir euch auf, eure im Kampf gegen Armut, Unwissenheit, Hunger und Krankheit unter den Völkern verdienten Hilfswerke und Aktionen, deren bisheriges hochherziges Wirken der katholischen Kirche in Deutscland zur besonderen Ehre gereicht, auch weiterhin tatkräftig zu unterstützen.

Ehrwürdige Brüder! Geliebte Söhne und Töchter!

Der Aufruf »Für das Leben der Welt« als Leitwort eines Katholikentages ist aber nicht nur ein feierliches Bekenntnis zu dem besonderen sozialen und gesellschaftlichen Auftrag der Kirche, sondern gleichzeitig auch zu ihrer spezifisch religiösen Heilssendung in der Welt. Denn der Mensch lebt, wie der Herr selbst uns sagt, »nicht vom Brot allein, sondern von jedem Wort, das aus dem Munde Gottes kommt«.[6]

Die Verantwortung der Christen im Dienst für die Menschen und die Welt nur auf den wirtschaftlichen, sozialen und kulturellen Bereich beschränken zu wollen, würde bedeuten, sich nicht nur an der eigentlichen Sendung der Kirche, sondern auch am Menschen selbst zu verfehlen. Gerade seine ganzheitliche, vollmenschliche Entfaltung verlangt notwendig nach der religiösen Dimension. Die eigentliche Unheilsmacht, die den Menschen letztlich knechtet und bedroht, ist nicht dieses oder jenes ungerechte gesellschaftliche System, diese oder jene soziale Not, sondern die Sünde, die Abkehr des Menschen von seinem Schöpfer. Selbst wenn es gelingen würde, dem Menschen ein irdisches Paradies zu schaffen, aus dem alle Unfreiheit und alles Elend beseitigt wären, so bedürfte er dennoch vor allem der rettenden Botschaft Gottes und müßte ihm die Kirche Gottes Heil in Christus verkünden.

Deshalb gilt es auch im christlich-sozialen Dienst am Menschen und in der Gesellschaft stets das Ureigenste des kirchlichen Auftrages zu bewahren und zur Geltung zu bringen, nämlich Weg, Mittel und Werkzeug zur übernatürlichen Befreiung und Erlösung der Menschheit zu sein. Mehr noch als äußere Verhältnisse und Strukturen sind vor allem die Menschen selbst zu ändern, und dies durch die Verkündigung des befreienden Wortes der Frohbotschaft Jesu Christi und durch die sakramentale Wiedergeburt zu jenem neuen Menschen, der nach Gott geschaffen ist.[7] Somit gehört zu einem verstärkten Einsatz »für

« *Mt* 4, 4.

[7] Vgl. *Eph* 4, 24.

das Leben der Welt« notwendig auch eine Verstärkung und Erneuerung des verpflichtenden innerkirchlichen Einsatzes und des Missionsapostolates der Kirche, auf daß die Menschen nicht nur das Leben haben, sondern es auch in der gottgewollten Fülle haben.

Dieser im Thema des 84. Deutschen Katholikentages mitenthaltene Aufruf zur innerkirchlichen und persönlichen religiösen Erneuerung um des christlichen Dienstes in der Welt willen nimmt in gewisser Weise den Ruf des Heiligen Jahres 1975 nach »Erneuerung und Versöhnung« auf und hilft mit zu deren Verwirklichung. Der Dienst der Kirche für Gerechtigkeit und Fortschritt in der menschlichen Gesellschaft, für weltweite brüderliche Solidarität, für den Frieden und die Versöhnung unter den Völkern kann nur gelingen, wenn die Kirche sich selbst beständig aus der Mitte ihres Glaubens erneuert und jeder einzelne Christ aus der lebendigen Verbundenheit mit Christus, der »Quell und Ursprung des gesamten Apostolates der Kirche ist«,[8] in seinem eigenen konkreten Lebensbereich zu einem glaubwürdigen Zeugen und Vermittler jener Versöhnung und jenes Friedens wird, die die Welt nicht geben kann. Alle Gläubigen, insbesondere auch die Alten und Kranken, sollen dessen eingedenk sein, daß mehr noch als aller aktiver apostolischer Einsatz im Dienst am Menschen und in der Welt vor allem »ihr öffentlicher Gottesdienst, ihr Gebet, ihre Buße und die freie Annahme der Mühen und Drangsale des Lebens, durch die sie dem leidenden Christus gleichförmig werden,[9] alle Menschen erreichen und zum Heil der ganzen Welt beitragen können«.[10]

Auf daß Gott der Herr euer christliches Leben und Zeugnis mit seiner Gnade erneuere und zum Wohl eures Volkes und zur Errettung der ganzen Menschheit fruchtbar machen möge, erteilen wir euch allen, unseren Mitbrüdern im Bischofs- und Priesteramt sowie allen zum Katholikentag versammelten Gläubigen aus der Fülle des Herzens unseren besonderen Apostolischen Segen.

Aus dem Vatikan, am 1. September 1974.

PAULUS PP. VI

[8] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* Nr. 4.
[9] Vgl. *2 Kor* 4, 10; *Kol* 1, 24.
[10] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* N. 16.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die Ï1 Septembris Wik- — **Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Francisci A. Bougon, Episcopi Molinensis, constituit Exc. P. D. Andream Quélen, Episcopum titularem Turrensem Concordiae.**

die 23 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Terulensi praefecit Exc. P. D. Damianum Iguacen Borau, hactenus Episcopum Barbastrensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Barbastrensi R. D. Ambrosium Echeverría Arroitia, presbyterum dioecesis Victoriensis.**

die 7 Octobris. — **Cathedrali Ecclesiae Sancti Iacobi de Maria Exc. P. D. Ansgarium A. Romero, hactenus Episcopum titularem Tambeaensem.**

die 12 Octobris. — **Cathedrali Ecclesiae Uxentinae-S. Mariae Leucadensi Exc. P. D. Michaelem Mincuzzi, hactenus Episcopum titularem Sinnipsensem.**

II

FRIBURGENSIS - ROTTENBURGENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Ad satius animarum saluti consulendum Exc.mus P. D. Hermannus Schaufele, Archiepiscopus Friburgensis, et Exc.mus P. D. Carolus Ioseph Leiprecht, Episcopus Rottenburgensis, ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi

P. D. Conradi Bafìle, Archiepiscopi titularis Antiocheni in Pisidia et in Germania Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice PAULO, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, a dioecesi Rottenburgensi separat territoria paroeciae Sancti Galli in Tuttlingen « Bruderhof » et « Hohentwiel » germanice nuncupata, eaque perpetuo archidioecesi Friburgensi adnectit, mutatis, hac ratione, utriusque dioecesis limitibus.

Ad haec vero exsecutioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Conradum Bafile deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad eamdem Sacram Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 30 Septembris 1974.

SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. *B* S.

83 Ernestus Civardi, *a Secretis*

III

MORELIENSIS - ZAMOEENSIS *IN* MEXICO

DECRETUM

De finium mutatione

Ad satius Christifidelium spirituali bono consulendum, Exc.mi PP. DD. Stanislaus Alcaraz Figueroa, Archiepiscopus Moreliensis, et Adolf us Hernández Hurtado, Episcopus Zamorensis in Mexico, audita Conferentia Episcopali Mexicana, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverunt ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Marii Pii Gaspari, Archiepiscopi titularis Numidensis, in Republica Mexicana Delegati Apostolici, rata petitam immutationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice PAULO, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Zamorensi in Mexico distrahit territorium vulgo « poblado de la Joya », intra fines paroeciae cui nomen *Inmaculada de Yurécuaro* **exstans, illudque adnectit paroeciae** *de los Guajes* **nuncupatae in archidioecesi Moreliensi sitae, mutatis, hac ratione, praefatarum circumscriptionum limitibus.**

Quamobrem documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curiae Zamorensis in Mexico tabulario ad Curiae Moreliensis archivum, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut ofiicium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Marium Pium Gaspari deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 7 mensis octobris anno 1974.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., ***a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

DECRETUM

Candiensis Ecclesia metropolitico iuri archidioeceseos Ecclesiae Naxiensis aggregatur.

Quo facilius et efficacius canonicae parvi dominici gregis iurisdictioni in Candiae insula provideretur, vota ad hanc Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus porrecta sunt ut eadem dioecesis Candiensis a metropolitico iure archidioecesis Ecclesiae Smyrnensis in regione Turcarum subtrahetur, ac ipsius loco metropolitico iuri archidioeceseos Ecclesiae Naxiensis eiusdem Graeciae nationis aggregaretur.

Quas preces Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus benigne excipiens, attento favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Pii Laghi, Archiepiscopi titulo Maurianensis atque, praeter cetera munera et officia, Apostolici iam Graeciae Visitatoris, in Audientia diei 27 Iunii e a. infrascripto Cardinali Praefecto huius Sacrae Congregationis concessa, ad Summum Pontificem Paulum Papam VI diligenter retulit ac commendavit.

Qua re, Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, Augusto assensu accepto, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa VI tributarum, decernit dioecesim Candiensem a metropolitico iure Ecclesiae Smyrnensis seiungi, illamque perpetuo Metropoliae Ecclesiae Naxiensis subiici, simul mandans ut per praesens Decretum publici iuris id fieret.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 27 mensis septembris anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto.

PAULUS Card. PHILIPPE, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Marius Brini, Archiep. tit. Algizen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

CARTHAGINEN. IN COLUMBIA ET BASILEEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Bernardae Butler, fundatricis et primae antistitae generalis Sororum Missionalium a Maria Auxiliatrice de Cartilagine e Tertio Ordine S. Francisci.

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius causa

« Humilem Deus protegit et liberat, humilem diligit et consolatur, humili largitur gratiam magnam et, post eius depressionem, levât ad gloriam)).

Haec verba, ex aureo libro, qui « De Imitatione Christi » inscribitur, deprompta (II, 2, 9), indolem ac spiritualia veluti lineamenta Servae Dei Mariae Bernardae Butler, de cuius causa beatificationis introducenda agitur, apte referre videntur.

Nata Famula Dei, quarta ex octo liberis, die 28 Maii anni 1848 in Helvético oppido vulgo appellato *Auw,* Argoviensis districtus et Basileensis dioeceseos intra fines, ex humilibus piisque parentibus Henrico et Catharina Butler, sacro Baptismi fonte, Verenae indito nomine, eodem nativitatis die lustrata est.

Sub parentum disciplina christiane educata, adolescente aetate, manifesta pietatis signa prae se tulit, diutius coram Iesu sub eucharisticis speciebus delitescente et Deiparae Virginis imagine in oratione consistens, atque sese in caritatis operibus erga egenos libenter exercens. Bonam et vivacém sortita indolem, etsi tunc a tenuioris aetatis defectibus non omnino expers, simplicem domesticae vitae quietem et agrorum cultum prae iuvenilibus oblectamentis dilexit.

Sextum decimum aetatis annum cum attigisset, terrenis soluta affectibus, quod non sine iugi interiore luctamine assecuta est, virginitatis voto se Deo obstrinxit, ut propriae sanctificationi divinaeque gloriae operibus unice se devoveret. Anno itaque 1867, obstaculis varii generis

fortiter superatis, in Instituto Sororum Tertii Ordinis Franciscalis a *Maria Hilf* nuncupato, apud conventum de *Altstätten,* Sancti Galli dioeceseos, cooptari obtinuit; et religiosum induta habitum, Mariae Bernardae imposito nomine votorum professionem die 4 Octobris a. 1869 emisit.

Primum religiosae vitae decennium, manualibus laboribus plerumque addicta, in humilitate ac simplicitate transegit, donec anno 1879 novitiarum magistra designata est, et insequenti anno 1880, ob egregias praesertim caritatis et prudentiae perspectas dotes, monasterii Antistita. Quo in munere per octo circiter annos regularem disciplinam, maxime quoad clausurae et paupertatis observantiam, summo studio instaurare adnisa est, Sorores ad fervidiorem pietatem, perpetua etiam inducta augusti Sacramenti adoratione, suaviter alliciens.

Anno autem 1888, Dei caritate animarumque zelo impulsa, de Ordinarii ac Sanctae Sedis licentia, ad australis Americae litora cum sex eiusdem monasterii Sororibus convolavit, et in dioecesi Portus Veteris, Aequatorianae Ditionis, primum consistens, in variis apostolatus operibus impense ac fructuose adlaboravit, aliquot etiam excitatis domibus et scholis ad christianam puellarum educationem fovendam.

Haec, in maxima rerum penuria, fuere initia novae Congregationis, quae, canonica deinde obtenta approbatione, fausta suscepit incrementa et per finítimas quoque Americae regiones propagata est.

Verum, gravibus exortis difficultatibus, praesertim ob civilem insurrectionem religiosis Institutis acriter infensam, Famula Dei Aequatorianam Rempublicam anno 1895 relinquere et in Columbiana una cum Sororibus confugere coacta est. Ibique, a Carthaginensi Episcopo libenti ac paterno animo recepta, in episcopali civitate per reliquos triginta vitae annos missionalis apostolatus opera, ad honestam praesertim puellarum institutionem atque egenorum et infirmorum curam, magno cum zelo et alacritate prosecuta est.

Novi Instituti Sororum Missionariarum a Maria Auxiliatrice de Carthagine in Columbia, cuius iampridem fundamenta, sub Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis regula, in Aequatoriana regione iecerat, regimen per viginti quinque circiter annos suavi cum moderatione ac fortitudine tenuit, caritatis, humilitatis, prudentiae, patientiae ceterarumque virtutum praeclarum Sororibus praebens exemplum.

Anno demum 1920, ob aucta provectae aetatis infirmaeque valetudinis incommoda, dimisso generalis Antistitae munere, humillimis officiis magna cum sedulitate ac promptitudine incumbere non destitit,

orationi iugiter intenta, donec die 19 Maii a. 1924, aetatis suae septuagesimo sexto, religiosae vero vitae quinquagesimo quarto, pie in Domino obdormivit.

Demortuam universa deflevit civitas, eiusque actuosissimam vitam virtutibus meritisque refertam ipse Carthaginensis Antistes, qui eidem Famulae Dei per triginta fere annos adiutor et consiliarius adstiterat, eximio testimonio commendavit.

Sanctitatis fama, qua Maria Bernarda, dum viveret, apud aequales floruerat, post obitum increvit et ad nostros usque dies perseveravit, prouti testimoniis ac documentis fide dignis comprobatum est. Constructi sunt itaque in Curia Carthaginensi in Columbia annis 1948-1951 processus ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in universum, super scriptis et super cultu liturgico eidem Servae Dei non adhibito ; ad quas inquisitiones accessere processus rogatoriales Basileensis, Palmensis, Lagensis et Sanctae Mariae. Qui processus omnes ad Sacram Rituum Congregationem una cum litteris postulatoriis delati sunt. Et Sacra eadem Congregatio, scriptis Servae Dei diligenter examinatis, ut ad ulteriora procedi posset die 8 mensis Maii a. 1959 permisit.

Instante denique Rev. P. Burchardo de Wolfenschiessen, O.F.M. Cap. huiusque Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 26 Martii anno 1974 Congressus Peculiaris Sacrae (congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris diei 21 Maii eodem anno, in qua Em.mus Cardinalis Sergius Pignedoli, huius Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An introducenda sit causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* et de ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, affirmativum tulerunt suffragium, causam videlicet esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem, die 15 Iulii a. 1974, relatione, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 15 Iulii a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

Si Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

TARQUINIEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Crucifixae a Iesu (Faustinae Gertrudis Costantini), confundatricis Religiosarum a SS. Cruce et Passione D. N. I. C. (1713-1787).

SUPER DUBIO

An introducenda sit eius causa

Radiatio illa sanctitatis, qua innúmera et magna salutis beneficia in omnes homines derivantur, multimodis ab Ecclesiae Magisterio commendata est. Nam « sicut peccatum unius etiam ceteris nocet, ita etiam sanctitas unius beneficium ceteris affert » *(Indulgentiarum doctrina,* 4 - in *A.A.S.* 59 [1967]), p. 9). Hinc omnes christifideles monentur a Conc. Vat. II : « Meminerint omnes, cultu publico et oratione, poenitentia et laborum aerumnarumque libera acceptatione, qua Christo patienti conformes efficiuntur (cfr. *2 Cor.* 4, 10; *Col.* 1, 24) se omnes homines attingere et ad totius mundi salutem conferre posse)) *(Apostolicam actuositatem,* 16). Inde ipsam contemplativam vitam esse « cum amore apostolico, quo operi Redemptionis » sociamur, coniungendam monet idem Concilium, quod de religiosis mulieribus agens, ((quae in solitudine et silentio, in assidua prece et alacri poenitentia », etsi interdum cum nonnullis apostolatus operibus coniunctis, vitam degunt, subdit : « populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant », « caelestium scatebra gratiarum » *(Perfectae Caritatis,* 5 et 7), etiam inter ipsos ethnicos « praeclarum testimonium maiestatis et caritatis Dei » *(Ad Gentes,* 40).

Ea omnia recogitare adstringimur, vitam servae Dei Mariae Crucifixae a Iesu (in saeculo : Faustina Gertrudis Costantini) perspicientes, quae Christo Crucifixo perpetuo et intima spiritus inhaerens contemplatione et amabili, quamquam asperrima, poenitentia non brevem vitam ducens, s. Pauli a Cruce suaque fundatione hodie usque ad ethnicas regiones dilatata, copiosa et alta redemptionis beneficia usque « ad ultimum terrae » diffundit, opus missionemque indesinenter prosequens, sibi a Dei Providentia adsignata.

Dei enim famula, die 18 Augusti a. 1713, Tarquiniae ante tempus nata est et eadem die baptismate renata ac Faustina Gertrudis nomi-

nata, parentes optimos nacta Antonium Oostantini et Hieronymam Falcioni, septima e duodecim fratribus. Puellula, Magistrarum Piarum scholis frequentatis, in Dei amore et timore adolevit, praesertim vero Christi patientis caritate capta. A decimo vero ad decimum tertium aetatis suae annum aliquantulum vanitati indulsit, sed caelesti lumine illustrata, acriter illam expiare coepit, corporis etiam adhibitis castigationibus. Septennis confirmationis accepit sacramentum et Eucharistia primo est refecta, ut videtur, a. 1726, postquam a febri quartana et tertiana convaluerat. Omnibus alte cultis virtutibus, mature ad austeram vitam religiosam vocari persensit, sed, matre vita functa a. 1730, fratrum natu minorum curam suscipere debuit, ac tandem a. 1733 Tarquiniense monasterium S. Luciae ingressa est, ubi, die 22 Novembris a. 1734 sollemni nuncupata professione, se tamquam *hostiam viventem* Deo obtulit, sub Regula s. Benedicti, quam summa animi fortitudine semper exsecuta est. Nec multo post in arduo spiritus eius itinere Deus patrem ducemque praeclarum, s. Paulum a Cruce, ei donavit, qui saltem ineunte a. 1737, cum scil. Dei serva viginti tres tantum annos nata erat, qua epistolis, qua caelestibus colloquiis illam dirigere, consolari, et ad perfectionem impellere coepit, iuxta illam peculiarem missionem, ad quam a Deo acceperat illam praedestinari, scil. ad instituendas a Christi Passione religiosas sodales. Cuius spiritu tota imbuta, ipsa Dei Serva narrat se, iam ab exordio suae vitae in S. Luciae monasterio, inflammatam esse desiderio patiendi ipsos Christi cruciatus, ut divino Sponso simillima fieret, ac simul suas lueret culpas, et mundi iniquitates expiaret, reparationis, quam nunc dicunt, animo etiam acta. Cui implendae cupidini praesto ei fuerunt et morbi, et contemptus, et adversitates, et humiliationes, et corporis macerationes ter arduae, et spiritus ariditates, desolationes, tenebrae omnes, agones, quae mysticam ascensionem, per mysticae mortis iter, comitari solent. Laeta tamen et inter angustias, exemplar virtutum regularisque observantiae et *deliciae* sui monasterii ob amabilem indolem est appellata, ut etiam ostendit inter trepida adiuncta fundationis novi monasterii a Christi Passione nominati (a. 1771). Crebris ceterum divinisque donis et consolationibus recreabatur. Intime etiam ei suasum erat, divino nutu et s. Pauli a Cruce verbo, ad hoc opus condendum praedestinari quod iam impletum iri videbatur multo antea, dum Romae sacerdos quidam simile monasterium moliebatur, et eam ad ei praesidendum invitaverat; at frustra, nam aliud illi erat in patria inchoandum, fratrum Costantini opera aedificatam.

Obtentis igitur pontificis Rescriptis, die 3 Maii a. 1771 ad novum transivit Passionis monasterium, ecclesiae Praesentationis B.M.V, adnexum, ubi professionem emisit cum decem religiosis sodalibus. Quibus ipsa semper praefuit (exceptis triennio 1775-1778 et postremis vitae suae quinque mensibus), moderatrix prudentiae et caritatis plena, exemplar regularis observantiae, inter aerumnas morbosque intrepida, monasterii profectum sedulo curans, donec ((perfectum holocaustum Christo Crucifixo » seipsam consummavit, et quasi in « paradisiaca pace », quamquam caecitate afflicta et plaga febrique excruciata, sacramentis divinis sancte receptis, die 16 Novembris a. 1787 animam Deo reddidit, aetatis quarto supra septuagesimum anno completo.

Statim ab eius obitu, reliquiae Servae Dei quaesitae sunt, eius intercessio a pluribus est invocata, et gratiae favoresque divini sunt obtenu, atque biographiae sunt exaratae. Fama vero sanctitatis illius, antea super aestimatione s. Pauli a Cruce fundata eiusque spiritus moderatione, praeterquam super aequalium sodalium populique Tarquiniae testimonio, tunc latius per orbem diffundi coepit, cum, saeculo xix Congregatio Passionis ac monasteria religiosarum a ss. Cruce et Passione D.N.I.C, quae hodie etiam in Iaponia et Philippinis insulis, extra Italiam propagata sunt. Per hoc temporis intervallum, usque ad hodiernam aetatem, plures sancti, beati, Servi Dei, historici laudibus famam sanctitatis Servae Dei extulerunt, quos inter memorandi sunt s. Gemma Galgani, ven. Bernardus M. a Iesu (Silvestrelli), et Servus Dei Laurentius M. a s. Francisco Xaverio. A plurimo iam tempore eius exempla imitanda proposita sunt, summo cum animarum fructu. Hinc plurimae litterae Summo Pontifici missae, quibus postulabatur ut Causa beatificationis Servae Dei apud Apostolicam Sedem institueretur.

Processus vero ordinarii, qui paupertatis et humilitatis causa, cum unum monasterium Tarquiniense exstabat, celebrati non sunt, in curia dioecesana constructi sunt aa. 1924-1931 sive super fama sanctitatis, virtutum et miraculorum Servae Dei, sive super perquisitione eius scriptorum. Quae scripta in Congregatione Ordinaria S. Rituum Congregationis die 4 Maii a. 1937 examini subiecta sunt, decretum vero super iisdem die 12 eiusdem mensis et anni prodiit. De cultu vetito Servae Dei non praestito processus in Curia Tarquiniensi confectus est diebus 3-6 Februarii a. 1965.

Amplam insuper documentorum copiam de Servae Dei vita et virtutibus agentem Sectio Historica eiusdem S. Rituum Congregationis

diligenti opera collectam pervestigavit de eaque disceptavit die 28 Octobris a. 1964. Quapropter, instante Rev. P. Friderico a Virgine Perdolente, die 22 Martii a. 1974 habitus est Ordinarius Congressus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, quem excepit Congregatio Peculiaris die 21 Maii eiusdem anni, in qua Em.mus Cardinalis Agnelus Rossi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An introducenda sit causa beatificationis, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, nempe Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Quibus de rebus facta Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Cardinalem relatione, die 15 mensis Iulii a. 1974, Sanctitas Sua sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 15 mensis Iulii, a. D. 1974.

ALOISIUS Card. RAIMONDI, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 26 Settembre 1974, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor GERARD AMANRICH, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Francia.

Venerdì 4 Ottobre 1974, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor JULES RAZAFIMBAHINY, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Madagascar.

SEGRETEIÖA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

25 settembre 1974. Il Signor Lebeau Jean Marc (Montréal), membro del Consiglio esecutivo del Movimento Mondiale dei Lavoratori Cristiani, *Membro del « Consilium de Laicis ».*

26 » » Gli E.mi Signori Cardinali Garrone Gabriel-Marie e Baggio Sebastiano;
gli Ecc.mi Mons. Byrne Joseph, Arcivescovo di Dubuque, Argaya Goicoechea Jacinto, Vescovo di San Sebastián, *Membri della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

» » » S. E. Mons. Cayer Jean De Capistran Aimé, Vicario Apostolico di Alessandria d'Egitto, *Consultore della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » Mons. Gherardini Brunero;
i Rev. PP. Pompei Alfonso, O.F.M. Conv. ; Solano Jesus, S.I. ; Gangoiti Benito, O.P. ; Zavalloni Roberto, O.F.M. ; Giraudo Marco, O.P. ; Navarrete Urbano, S.I. ; Gumpel Peter, S.I. ; Gieraths Paul Gundolf, O.P.; Villoslada Ricardo, S.I. ; Martina Giacomo, S.I. ; Fasola Umberto, B.; Stickler Alfonso, S.D.B.; *Consultori della Sacra Congregazione per le cause dei Santi.*

28 settembre	1974.		Il Rev.do Sac. Dott. Aisa Goni Miguel dell'arcidiocesi di Pamplona, *Uditore del Tribunale della Rota presso la Nunziatura Apostolica in Spagna.*
10 ottobre	»		Il Rev.mo Mons. Mullor García Justo, Consigliere di Nunziatura, *Delegato dell'Inviato Speciale con funzioni di Osservatore Permanente della Santa Sede presso il Consiglio d'Europa a Strasburgo.*
» »	»		Il Rev.mo Mons. Mullor García Justo, *Delegato della Santa Sede presso il Consiglio per la Cooperazione Culturale del Consiglio d'Europa e Rappresentante presso il « Fonds de RéétaMissement du Conseil de l'Europe pour les Réfugiés nationaux et les excédents de population en Europe ».*
14 »	»		Il Rev.do Mons. Natalini Terzo, *Vice-Prefetto Aggiunto dell'Archivio Segreto Vaticano.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

31 ottobre	1973.	Mons. Manley Giovanni P. (Charlotte).
22 febbraio	1974.	Mons. Forbes Eugenio Antonio (Saginaw).
7 maggio	»	Mons. O'Flaherty Raymond J. (Los Angeles).
20 giugno	»	Mons. Dachsberger Giovanni Ev. (Passau).
28 »	»	Mons. Hobayan T. Angelo (Borongan).
» »	»	Mons. Ricalde M. Giuseppe (Borongan).
» »	»	Mons. Figueiredo Francesco (Cochin).
16 luglio	»	Mons. Conese Francesco Saverio (Matera).

NECROLOGIO

21 settembre	1974.	Mons. Buéko Giovanni, Arcivescovo tit. di Leucade.
» »	»	Mons. Romero Menjibar Felix, Arcivescovo di Valladolid.
24 »	»	Mons. Quinn Austin, già Vescovo di Kilmore.
» »	»	Mons. Tanugundla Baia Shoury, Vescovo di Guntur.
30 »	»	Mons. Evrard, già Vescovo di Meaux.
3 ottobre	»	Mons. López Umana José Ignacio, Arcivescovo di Cartagena (Colombia).
7 »	»	Mons. Principe Enrique, Vescovo tit. di Abila di Lisania, Ausiliare di Santa Fe *(Argentina).*
17 »	»	Mons. Qnesada Castro Delfín, Vescovo di San Isidro de El General.
21 »	»	Mons. Byrne Leo Christopher, Arcivescovo tit. di Plestia, Coadiutore c.i.s, di Saint Paul and Minneapolis.
22 »	»	Mons. Rodríguez Diez Inocencio, già Vescovo di Cuenca.
23 »	»	Mons. Kindermann Adolf, Vescovo tit. di Utimmira, Ausiliare di Hildesheim.

An. et vol. LXVI 30 Novembris 1974 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TUGUEGARAOANA

In Insulis Philippinis nova provincia Ecclesiastica constituitur, nomine «: Tuguegaraoana ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maximopere optantibus ut christianorum fidelium coetibus quam aptissime consuleretur, visum est Nobis precibus esse accedendum Venerabilis Fratris Ioannis C. Sison, Archiepiscopi Novae Segobiae, qui, audito quid sentiret Episcoporum conferentia Insularum Philippinarum ab Apostolica Sede petiit, ut e sua perampla alia excitaretur provincia ecclesiastica. Sententia igitur hoc super negotio accepta sive Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, sive Venerabilis Fratris Nostri S.R.E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Episcopis, apostolica Nostra potestate haec, quae sequuntur decernimus et iubemus. Dioecesim Tuguegaraoanam a provincia ecclesiastica Novae Segobiae separamus eamque ad gradum metropolitanarum Ecclesiarum attollimus, factis iuribus et privilegiis congruis; cuius sacro-

rum Antistitem, Venerabilem nempe Fratrem Theodulphum Domingo et Sabugal, Archiepiscopi dignitate decoramus, item iuribus datis atque impositis obligationibus, quae ad Metropolitas pertinent. Constituta autem provincia his circumscriptionibus constabit : Tuguegaraoana tamquam metropolitana Sedes, tamquam vero suffraganeis dioecesi Ilaganensi, praelatura Batanensi et Babuyanensi ac praelatura Bayombongensi, quas ab ecclesiastica provincia Novae Segobiae subtrahimus. Haec, quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, et congrua perfecti negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa.

Hanc vero Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo primo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Ioannes Coppa, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £& Plumbi

In Secret. Status tab., n. 265970.

II

FRANCOPOLITANA IN GABONE

In Gabonensi natione nova dioecesis conditur, nomine « Francopolitana in Gabone ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum utilitati pro apostolico Nostro munere consulere studentibus iisque aptiora subsidia comparare, visum est Nobis sententiam esse accipiendam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione

praesunt, de nova nempe in Gabonensi natione condenda dioecesi. Audito igitur hoc super negotio Venerabili Fratre Luciano Storero, Archiepiscopo titulo Tigimmensi et in Gabone Apostolico Pro-Nuntio, sequentia decernimus ac iubemus. E dioecesi Muilaënsi partem orientalem distrahimus, hancque in dioecesim constituimus, *Francopolitanam in Gabone* appellandam, cuius fines statuendos esse censemus per limites occidentales provinciarum civilium vulgo <(Franceville » et ((Koulamoutou » nuncupatarum, ceteris immutatis. Nova praeterea dioecesis suffraganea erit Sedi metropolitanae Liberopolitanae ; Episcopis sedes atque eiusdem magisterii cathedra in urbe ponatur « Franceville)) per vulgus appellata. Usque dum autem Canonicorum collegium condi non possit, consultores dioecesani eorum loco deligantur, qui ad normam iuris sacro dioecesis Praesuli assistant. Haec denique, quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Lucianus Storero, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, perfectique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione de more mittat, rite signata sigilloque impressa.

Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 268884.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Famulae Dei Franciscae Schervier, Instituti Sororum pauperum Sancti Francisci conditrici, Beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Aquisgranum urbs, tam insignis tamque ob monumentorum fastigia, illustrium virorum operam, graves in ea actos eventus celebrata, insignior posthac haberi videtur ob eam egregiarum virtutum mulierem, Franciscam Schervier, quam Nos hodie Beatorum Caelitum honoribus sollemni ritu decoravimus. Ea enim in civitate triginta quinque per annos uti sponsa Christi proximorum bono et utilitati subvenire indefessa studuit, in eos materne sollicita, quos vel rerum inopia premeret, vel aegrimonia tangeret, vel corporis afflictatio quaevis cruciaret, nempe evangelico caritatis praecepto, omnium praeclaro, ex animo parens, cui obsequendo ad vitam aeternam, divino asserente Magistro, datur pervenire (cfr. Me. 10, 25-28). Die III mensis Ianuarii, anno MDCCCXIX, christiana ac divite familia Aquisgrani nata, Francisca Schervier a prima iam aetate ad egenis elargiendum potius facilis fuit, quam paternis ipsa frueretur divitiis; ad abiciendos magis humanos honores prospexit, quam de eis ornaretur, sicut eius optabant parentes socialisque eius poscebat condicio vitae. Pauperioris tamen vitae morem, menti suae et indoli consentaneum, egenorumque famulatum tunc plane gerere valuit, cum mater antea, deinde pater vita functi sunt. Viginti sex cum esset annos nata, peculiari operae suae initium dedit, paucis secum consociatis mulieribus, et ipsis ad pietatis officium explendum proclivibus, id pro certo habens se Domini Iesu esse ancillam, qui in egeno et paupere praecipue vivat. Inter obortas autem difficultates, praestanti sua fide in Dei providentiam seque asseclasque confirmabat, utpote qui rebus humanis consuleret non solum universis, sed etiam singulis. Praeiudicatae tamen in eius operam et proposita opiniones, quibus primum occurrit, sunt propediem, quasi luce tenebrae, extenuatae, ita ut Francisca eiusque sociae in unum tandem confluxerint Institutum, Sororum Pauperum Sancti Francisci nuncupatum. Hoc

autem ac primarias eiusdem constitutiones Archiepiscopus Coloniensis auctoritate sua probavit et sanxit, die xn mensis Iulii, anno MDCCCCLi. Postea Summus Pontifex Pius IX decreto laudis illud affecit, die XXII Iulii, anno MDCCCLXX ; Leo autem XIII auctoritate sua penitus probavit, die xix Septembris, anno MDCCCLXXXVIII. Ad ita rite constitutam Congregationem frequentiores in dies puellae intendebant, ut Dei se amori per proximi sustentationem totae dederent, atque publicae auctoritates aspiciebant, ut per religiosas harum mulierum operas derelictorum necessitatibus succurrerent. Frugifer Franciscae Schervier laborum curarumque ager ad senes et aegrotos praecipue spectabat, ipsorum in domo vel in valetudinariis visendos ; ad operarios opificesque, cotidianis cibariis sustentandos ; ad milites, in proeliis sauciatos ; ad detentos in vinculis homines et mulieres ; ad puellas, a vitiorum insidiis tutandas ; iure igitur meritoque est in vulgus « mater pauperum » appellata. Sed hoc satis non habuit ! Namque plurimis e Germana patria tunc temporis demigrantibus etiam studuit, eosque quorum graves necessitates ipsa, in Americam usque Septemtrionalem bis itinere confecto, adverterat, per religiosas sodales suas pro viribus adiuvare constituit. Ut vero tot tantique labores ad maius animarum bonum et utilitatem praeprimis conduceret, providit ut selectae religiosae sodales e communitate Aquisgranensi antea, deinde ut pars Congregationis totius divinarum rerum contemplationi unice se dederent, Deique auxilium, brachiis tamquam Moyses ad caelum suspensis, impetrarent. Francisca Schervier, quae ad hominum levandas curas et afflictiones tam assidue tamque ardenter operata est, vel altius cogitavit de uno Domino Deo suo, toto corde et anima et mente diligendo (cfr. *Matth. 22,* 37). Ad eius enim si aspiciatur animi virtutes, videtur ea in primis erga Deum pietate praestitisse, quam precibus aluit nocturnisque vigiliis ; Dei timore, ne leviori quidem noxa in eum peccaret ; singulari cum divina voluntate consensione ; iucunda in Eucharistiae sacramentum ac sanctissimae Dei Matrem religione; animi demissione suique despicientia et contemptione. In Dei praeterea honore tutando firmissima fuit; materna et suavis in alios, sibi autem severa et gravis, ad voluntarias usque corporis afflictationes, ut sua aliorumque admissa expiaret; erga sacerdotes denique, utpote Dei viros supernarumque rerum dispensatores, omnium reverentissima. Excelluit demum miroque cunctis exemplo fuit, cum extremi morbi cruciatus fortis tulit, Christo libenter compatiens, qui pro aeterna humani gene-

ris salute mortem obiit. E terrena hac vita et ipsa decessit, die xiv mensis Decembris, anno MDCCCLXXVT„ eaque mortua una voce comparavit populus Aquisgranensis matrem se amisisse, omnium amantissimam. Eius autem fama sanctimoniae magis post obitum in dies crevit, ita ut de eadem ad Beatorum honores evehenda loqui coeptum sit. Ordinarii igitur processus in archidioecesi Coloniensi, sub cuius ditione Aquisgranum urbs tunc erat, instituti sunt, deinde apostolici in urbe Aquisgrano, eiusdem nominis dioecesi interim restituta. Nos vero, servatis de more servandis, die xxx mensis Ianuarii, anno MCMLXix, plane constare protulimus de virtutibus theologalibus et cardinalibus, a famula Dei Maria Francisca Schervier heroum in modum cultis. Exercita deinde est quaestio de duobus miraculis, quae, famulae Dei patrocinio invocato, a Deo ferebantur patrata. Acceptis tamen precibus Episcopi Aquisgranensis ut unum tantum ex iis ad eius Beatificationem sufficiens esse sineremus, de consulto S. Congregationis pro Causis Sanctorum, de miraculo constare ediximus a Deo, intercedente Maria Francisca Schervier, patrato ; quod quidem die xviii Octobris, superiore anno, fecimus. Ad Beatificationis denique caeremonias peragendas diem statuimus, quibus Ipsimet in Petriano templo hodie praefuimus, atque inter Missarum sollemnia, a Venerabili Fratre Ioanne Pohlschneider, Episcopo Aquisgranensi, celebrata, haec ediximus : « Nos, vota fratris nostri Ioannis Pohlschneider, episcopi Aquisgranensis, necnon plurium aliorum fratrum in Episcopatu, multorumque fidelium explentes, de S. Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Serva Dei Maria Francisca Schervier Beatae nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali decimaquarta Decembris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit ».

Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse iubemus vimque suam habere, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvin mensis Aprilis, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 266450.

II

Templum B.M.V, ab Angelo salutatae quod est in pago Poltusk, in dioecesi Plocensi, ad honorem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanti per Ecclesiae aetates fides atque religio erga beatissimam Virginem Mariam, Christi et Ecclesiae Matrem, habita fuerit, tum templa ostendunt ubique disseminata atque Virgini eidem sacra, tum tantae Matris imagines, in aedibus, in tabulis, in viis ipsis collocatae, tum poemata, carmina, inscriptiones eius honori concinnata, tum denique pietas ac tenerior animus, quibus sive Ecclesiae sanctae liturgia viget, sive uniuscuiusque fidelium intima vita floret. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Bogdanus Sikorski, Episcopus Plocensis, id suo suorumque cleri ac fidelium nomine ab hac Apostolica Sede petierit, ut paroeciale templum B. M. V. ab Angelo salutatae, quod in oppido Poltusk, in dioecesi Plocensi, surgit, ad gradum Basilicae Minoris eveheretur, Nos tam Venerabilis Fratris precibus quam libenter concedimus. Nam agitur de templo quod non solum antiquitate pollet, arte splendei, monumentis praestat, reliquiis Sanctorum insignitur, supellectilem pretiosam custodit, sed praesertim pietate excellit erga caelorum Reginam tam egregia, ut non possit etiam in Dei obsequium cedere. Qua re, iis probatis, quae de hoc negotio sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis olim a Nobis facultatibus, statuit, placet templum B. M. V. Annuntiationi sacrum, de quo diximus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestari, cum iuribus atque liturgicis concessionibus, rite competentibus, servatis tamen quae iuxta Decretum ((De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIII, factum, servanda sunt. Ceterum, volumus, ut quae per has Litteras iussimus, sive nunc sive in posterum serventur, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Octobris, anno MDCCCCLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco gs Sigilli

In Secret. Status tab., n. 266571.

III

Templum Beatae Mariae Virginis vulgo « Nossa Senhora do Carmo », in urbe et dioecesi Campinensi, ad Basilicae Minoris gradum evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacra illa aedes, quae, Beatae Mariae Virgini dicata, in Brasiliae urbe vulgo « Campiñas » exstat, merito ob structurae genus, at potissimum ob religionis cultum praedicatur. Provido igitur consilio putavit Venerabilis Frater Antonius M. Alves de Siqueira, Archiepiscopus Campinensis, ab Apostolica Sede petendum esse, ut eadem ad Basilicae Minoris eveheretur gradum et dignitatem, plane fore confisus, ut magna exinde proveniret christiani populi coetibus utilitas. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Congregationis pro Cultu Divino consultu deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, harum Litterarum vi statuimus, ut templum quod diximus, Deo consecratum in honorem Beatae Mariae Virginis, quodque per vulgus « Nossa Senhora do Carmo » nuncupatur, ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Mandamus praeterea ut ea ad amussim serventur, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii, anno MCMLXVIII, datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Novembris, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 268874.

CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET BAVARIAM ad immutationes et additamenta quaedam inducenda in Concordatum die XXIX Martii anno MCMXXIV initum

ACCORDO

fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese, con cui si apportano modifiche ed aggiunte al Concordato con la Baviera del 29 marzo 1924, già modificato con l'Accordo del 7 ottobre 1968.

Fra la Santa Sede,

rappresentata dal suo Plenipotenziario Mons. Dr. Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania,

e

lo Stato Bavarese,

rappresentato dal Dr. h. c. Alfons Goppel, Presidente dei Ministri, come pure dal Prof. Dr. Hans Maier, Ministro per l'Istruzione ed il Culto, e dal Dr. Dr. h. c. Ludwig Huber, Ministro delle Finanze,

viene concluso il seguente Accordo:

Il nuovo ordinamento della formazione degli insegnanti in Baviera, l'inserimento delle Alte Scuole Pedagogiche nelle Università ed in Complessi Accademici e l'erezione delle Università di Bayreuth e di Passavia e del Complesso Accademico di Bamberga come anche del Complesso Accademico ecclesiastico di Eichstätt presuppongono che il Concordato del 29 marzo 1924 fra la Santa Sede e lo Stato

VERTRAG

zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern zur Änderung und Ergänzung des Bayerischen Konkordats vom 29. März 1924, geändert durch den Vertrag vom 7. Oktober 1968.

Zwischen dem Heiligen Stuhl,

vertreten durch dessen Bevollmächtigten, den Apostolischen Nuntius in Deutschland Dr. Corrado Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien,

und

dem Freistaat Bayern,

vertreten durch den Ministerpräsidenten Dr. h. c. Alfons Goppel sowie den Bayerischen Staatsminister für Unterricht und Kultus Prof. Dr. Hans Maier und den Bayerischen Staatsminister der Finanzen Dr. Dr. h. c. Ludwig Huber,

wird nachstehender Vertrag geschlossen:

Die Neuordnung der Lehrerbildung in Bayern, die Eingliederung der Pädagogischen Hochschulen in die Universitäten und Gesamthochschulen und die Errichtung der Universitäten Bayreuth und Passau und der Gesamthochschule Bamberg sowie der kirchlichen Gesamthochschule Eichstätt setzen voraus, daß das am 29. März 1924 zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern abge-

Bavarese, modificato con l'Accordo fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese del 7 ottobre 1968, venga adegnato alla nuova situazione. Il Governo Bavarese, pertanto, prima dell'approvazione delle nuove disposizioni legislative, ha chiesto alla Santa Sede di consentire alla modifica di quegli articoli del Concordato con la Baviera, che vengono toccati dalla nuova legislazione.

La Santa Sede si è dichiarata a ciò disposta.

Nel desiderio di attuare in tal campo un'amichevole collaborazione, la Santa Sede e lo Stato Bavarese hanno deciso di adeguare il Concordato anzidetto alle nuove esigenze. A tal fine la Santa Sede e lo Stato Bavarese hanno convenuto quanto segue :

Gli articoli qui sotto indicati del Concordato fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese del 29 marzo 1924, già modificato con l'Accordo fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese del 7 ottobre 1968, ricevono la formulazione seguente :

Articolo 3

1 Nelle Università di Augusta, Monaco (Ludwig-Maximilians-Universität), Passavia, Ratisbona e Würzburg, e nel Complesso Accademico di Bamberga lo Stato mantiene Dipartimenti di Teologia cattolica nell'ampiezza richiesta dalle esigenze della ricerca e dell'insegnamento a norma dell'art. 4, §§ 1 e 2. Ciascuno di questi Dipartimenti comprende anche almeno una cattedra per la Didattica dell'insegnamento della Religione cattolica.

schlossene Konkordat, geändert durch den Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern vom 7. Oktober 1968, den neuen Gegebenheiten angepaßt wird. Die Bayerische Staatsregierung hat deshalb vor Verabschiedung der neuen Gesetzesbestimmungen den Heiligen Stuhl gebeten, einer Änderung jener Artikel des Bayerischen Konkordats zuzustimmen, die durch die neue Gesetzgebung berührt werden.

Der Heilige Stuhl hat sich dazu bereit erklärt.

In dem Wunsche, auf diesen Gebieten eine freundschaftliche Zusammenarbeit zu pflegen, haben der Heilige Stuhl und der Freistaat Bayern beschlossen, das oben erwähnte Konkordat den neuen Erfordernissen anzupassen. Zu diesem Zweck sind der Heilige Stuhl und der Freistaat Bayern wie folgt übereingekommen :

Die nachstehend angeführten Artikel des Konkordats zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern vom 29. März 1924, geändert durch den Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern vom 7. Oktober 1968, erhalten folgende Fassung :

Artikel 3

1 Der Staat unterhält an den Universitäten Augsburg, München (Ludwig-Maximilians - Universität), Passau, Regensburg und Würzburg sowie an der Gesamthochschule Bamberg katholisch-theologische Fachbereiche in dem durch die Bedürfnisse von Forschung und Lehre nach Art. 4 §§ 1 und 2 gebotenen Umfang. Jeder dieser Fachbereiche umfaßt auch mindestens einen Lehrstuhl für die Didaktik des katholischen Religionsunterrichtes.

2 Nei Dipartimenti di Teologia di cni al § 1, i professori e le altre persone autorizzate ad impartire l'insegnamento in modo autonomo vengono nominati o rispettivamente ammessi e gli incarichi d'insegnamento vengono conferiti da parte dello Stato, soltanto se contro i candidati presi in considerazione non sia stata sollevata obiezione da parte del competente Vescovo diocesano.

3 Se alcuno dei suddetti insegnanti venga dal Vescovo diocesano dichiarato inabile per grave motivo concernente la sua dottrina o la sua condotta morale, lo Stato senza pregiudizio dei di lui diritti come funzionario dello Stato, provvedere senza indugio, a che venga sostituito nel suo ufficio da altra persona idonea.

4 In ciascuna delle Università di Erlangen-Norimberga e di Bayreuth lo Stato mantiene in un Dipartimento destinato allo studio pedagogico almeno una cattedra di Teologia cattolica ed una di Didattica dell'insegnamento della Religione cattolica.

Per la nomina a queste cattedre valgono analogamente i §§ 2 e 3. Le liste di candidati per la nomina a queste cattedre vengono compilate per l'Università di Bayreuth dal Dipartimento di Teologia cattolica del Complesso Accademico di Bamberga e per l'Università di Erlangen-Norimberga dal Dipartimento di Teologia cattolica dell'Università di Würz burg. Per i titolari di queste cattedre viene eretto nel Dipartimento, di cui fanno parte, uno speciale Istituto in comune.

2 An den in § 1 genannten theologischen Fachbereichen werden Professoren und andere Personen, die zu selbständiger Lehre berechtigt sind, vom Staate erst ernannt oder zugelassen oder Lehraufträge erteilt, wenn gegen die in Aussicht genommenen Kandidaten von dem zuständigen Diözesanbischof keine Erinnerung erhohen worden ist.

3 Sollte einer der genannten Lehrer vom Diözesanbischof wegen seiner Lehre oder wegen seines sittlichen Verhaltens aus triftigen Gründen beanstandet werden, so wird der Staat unbeschadet der staatsdienerlichen Rechte alsbald auf andere Weise für einen entsprechenden Ersatz sorgen.

4 Der Staat unterhält an den Universitäten Erlangen-Nürnberg und Bayreuth in einem für das erziehungswissenschaftliche Studium zuständigen Fachbereich mindestens je einen Lehrstuhl für katholische Theologie und einen Lehrstuhl für die Didaktik des katholischen Religionsunterrichtes.

Bei der Besetzung dieser Lehrstühle gelten die §§2 und 3 entsprechend. Die Vorschlagslisten für die Besetzung dieser Lehrstühle werden für die Universität Bayreuth vom katholisch-theologischen Fachbereich der Gesamthochschule Bamberg, für die Universität Erlangen-Nürnberg vom katholisch-theologischen Fachbereich der Universität Würzburg erstellt. Für die Inhaber der Lehrstühle wird in dem Fachbereich, dem sie angehören, ein gemeinsames Institut errichtet.

§ 5 Nelle Università di Augusta, Erlangen-Norimberga, Monaco (Ludwig-Maximilians-Universität) , Passavia, Ratisbona e Würzburg e nel Complesso Accademico di Bamberga Io Stato mantiene, nel Dipartimento destinato allo studio pedagogico, una cattedra di Filosofia, una di Scienze sociali ed una di Pedagogia, contro i cui titolari nulla possa eccepirsi dal punto di vista cattolico ed ecclesiastico. Per la chiamata a queste cattedre vale analogamente il § 2.

§ 5 Der Staat unterhält an den Universitäten Augsburg, Erlangen-Nürnberg, München (Ludwig-Maximilians-Universität), Passau, Regensburg und Würzburg sowie an der Gesamthochschule Bamberg in einem für das erziehungswissenschaftliche Studium zuständigen Fachbereich je einen Lehrstuhl für Philosophie, für Gesellschaftswissenschaften und für Pädagogik, gegen deren Inhaber hinsichtlich ihres katholisch-kirchlichen Standpunktes keine Erinnerung zu erheben ist. Bei der Besetzung dieser Lehrstühle gilt § 2 entsprechend.

Articolo 4

1 L'insegnamento nei Dipartimenti di Teologia delle Alte Scuole di cui all'articolo 3 § 1 deve corrispondere principalmente alle esigenze dei candidati allo stato sacerdotale ed inoltre a quelle dei candidati agli altri ministeri pastorali, a norma delle prescrizioni ecclesiastiche.

2 L'insegnamento nei Dipartimenti di Teologia delle Alte Scuole di cui all'articolo 3 § 1 deve inoltre corrispondere alle esigenze degli studenti di magistero

a) orientati verso l'insegnamento nelle scuole secondarie di grado I o di grado II, i quali intendano studiare Religione cattolica a livello di studio scientifico ed ottenere l'idoneità all'insegnamento della Religione cattolica nelle scuole secondarie di grado I o II ;

b) orientati verso l'insegnamento nelle scuole primarie, i quali intendano ottenere l'idoneità all'insegnamento della Religione cattolica per dette scuole;

c) di qualsiasi grado, i quali intendano studiare Teologia cattolica

Artikel 4

1 Das Lehrangebot in den katholisch-theologischen Fachbereichen der in Art. 3 § 1 genannten Hochschulen muß vornehmlich den Bedürfnissen des priesterlichen Berufes, daneben denen anderer seelsorgerischer Dienste nach Maßgabe der kirchliehen Vorschriften Rechnung tragen.

2 Das Lehrangebot in den katholisch-theologischen Fachbereichen der in Art. 3 § 1 genannten Hochschulen muß ferner den Bedürfnissen der Studenten für das Lehramt

a) mit dem Schwerpunkt in der Sekundarstufe I oder mit dem Schwerpunkt in der Sekundarstufe II, die Katholische Religionslehre als wissenschaftliches Fach studieren und die Befähigung zur Erteilung des katholischen Religionsunterrichtes in den Sekundarstufen I oder II erwerben wollen,

b) mit dem Schwerpunkt in der Primarstufe, die die Befähigung zur Erteilung des katholischen Religionsunterrichtes in der Primarstufe erwerben wollen,

c) aller Stufen, die im Rahmen des erziehungswissenschaftlichen

nel quadro dello studio delle scienze pedagogiche.

§ 3 L'insegnamento delle cattedre di cui all'articolo 3 § 4 deve corrispondere alle esigenze degli studenti di magistero di cui al § 2 lettere b) e c).

§ 4 L'insegnamento previsto nei §§ 1—3 deve essere impartito in accordo con i principi della Chiesa Cattolica.

§ 5 Le superiori Autorità ecclesiastiche hanno il diritto di inviare propri rappresentanti agli esami per l'idoneità all'insegnamento della Religione cattolica.

§ 6 Per l'abilitazione all'insegnamento nelle *Volksschulen, Sonderschulen, berufliche Schulen, Realschulen* e Ginnasi e per la nomina a maestri o maestre non si richiedono per i membri degli Ordini o delle Congregazioni religiose condizioni diverse da quelle richieste per i laici.

Articolo 5

§ 1 Lo Stato garantisce l'istituzione ed il funzionamento di un Complesso Accademico ecclesiastico, raccolto in un unico Comune, avente i seguenti corsi di studi a livello scientifico:

1) Teologia cattolica,
2) Magistero per l'insegnamento nelle scuole primarie,
3) Magistero per l'insegnamento nelle scuole secondarie di grado I e di grado II
(eccettuato l'insegnamento nelle scuole professionali per le disci-

Studiums katholische Theologie studieren,
entsprechen.

§ 3 Das Lehrangebot der in Art. 3 § 4 genannten Lehrstühle muß den Bedürfnissen der in § 2 Buchstabe b und c genannten Studenten entsprechen.

§ 4 Der in den §§ 1—3 vorgesehene Unterricht ist in Übereinstimmung mit den Grundsätzen der katholischen Kirche zu erteilen.

§ 5 Die kirchlichen Oberbehörden haben das Recht, zn Prüfungen, die dazu dienen, die Befähigung zur Erteilung katholischen Religionsunterrichtes festzustellen, Vertreter zu entsenden.

§ 6 Der Erwerb der Lehrbefähigung für Volksschulen, Sonderschulen, berufliche Schulen, Realschulen und Gymnasien sowie die Übertragung eines Lehramtes werden für die Angehörigen von Orden und religiösen Kongregationen an keine anderen Bedingungen geknüpft als für Laien.

Artikel 5

§ 1 Der Staat gewährleistet die Errichtung und den Betrieb einer örtlich zusammengefaßten kirchlichen Gesamthochschule mit folgenden wissenschaftlichen Studiengängen:

1. Katholische Theologie
2. Lehramt mit dem Schwerpunkt in der Primarstufe
3. Lehramt mit dem Schwerpunkt in der Sekundarstufe I und in der Sekundarstufe II
(mit Ausnahme der Lehrämter für das berufliche Schulwesen in

pline di natura tecnica e per le scienze dell'alimentazione,
e senza la possibilità di studiare Biologia, Chimica e Fisica a livello scientifico),
come anche con i seguenti corsi di studio a livello professionale superiore:
1) Pedagogia religiosa ed attività formativa della Chiesa,
2) Attività sociali.

L'erezione ed il funzionamento del Complesso Accademico ecclesiastico restano garantiti a condizione che esso venga gestito nel quadro delle leggi vigenti per tutti ed a tenore delle speciali norme del presente Accordo.

2 (1) Lo Stato rimborsa all'ente gestore del Complesso Accademico ecclesiastico, dietro sua richiesta, il 90 per cento delle spese effettivamente sostenute (anche per investimenti). Verranno tuttavia prese in considerazione soltanto le spese per un ammontare quale risulta per equiparabili Alte Scuole statali o istituzioni di esse.

(2) Le costruzioni e le attrezzature (investimenti) sovvenzionate dallo Stato, che definitivamente non servano più agli scopi del Complesso Accademico, restano in proprietà dell'ente gestore, se questo versa un conguaglio, secondo il prezzo corrente, proporzionato alla sovvenzione statale. L'ente gestore può anche trasferire le costruzioni e le attrezzature allo Stato; in tal caso lo Stato versa un conguaglio, secondo il prezzo corrente, deducendo l'aumento di valore dovuto alle sovvenzioni statali.

den Fachrichtungen technischer Art sowie der Ernährungswissenschaft
und ohne die Möglichkeit, Biologie, Chemie, Physik als wissenschaftliches Fach zu studieren)
sowie mit folgenden Fachhochschulstudiengängen:
1. Religionspädagogik und kirchliche Bildungsarbeit
2. Sozialwesen.

»	»	»	Al sig. Bergin Thomas Michael (Los Angeles).
»	»	»	Al sig. Downey James F. (Los Angeles).
»	»	»	Al sig. Dunn Richard C. (Los Angeles).
»	»		Al sig. Grant Richard A., jr. (Los Angeles).
	»	»	Al sig. Hagan Peter F. (Los Angeles).
»	»	»	Al sig. Kanne Frank J., jr. (Los Angeles).
»	»	»	Al sig. O'Malley Walter Francis (Los Angeles).
»	»		Al sig. Reyes Carlos B. (Los Angeles).
»	»	»	Al sig. Williams Horace B., jr. (Los Angeles).
7	maggio		Al sig. Lobst Antonio (Ljubljana).
18	»	»	Al sig. Obiols Gómez Alfredo (Guatemala).
5	giugno	»	Al sig. Hoffman Giovanni Luigi (Rotterdam).
»		»	Al sig. Diepen Federico Giovanni (Rotterdam).

5 giugno 1974. Al sig. Lijten Giovanni (Rotterdam).
» » Al sig. Van der Ven Francesco (Rotterdam).
13 Al sig. Ramini Antonio (Roma).
20 » Al sig. Fronhofer Albert (Passau).
» Al sig. Greiler Alois (Passau).
» » Al sig. Grubmüller Hans-Karl (Passau).
10 luglio Al sig. San-Martino Antonio (Taranto).
15 Al sig. Puglielli Antonio Riccardo (Valva e Sulmona).
13 agosto Al sig. Bertazzoni N elio (Modena).
26 settembre » Al sig. Bendiscioli Mario *(Italia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 settembre 1973. Al sig. Mizerany Giuseppe (Saint Maron of Detroit).
3 ottobre » Al sig. Ariens Michael (Green Bay).
Al sig. Frigo Louis (Green Bay).
Al sig. Gagnon Edward M. (Green Bay).
Al sig. Hogan James (Green Bay).
» » Al sig. Kerwin William F., jr. (Green Bay).
» » Al sig. Madigan James E. (Green Bay).
Al sig. Miller Victor (Green Bay).
Al sig. Nelson Robert 0. (Green Bay).
» » » Al sig. Nolan Oharies F. (Green Bay).
» » » Al sig. Olejniczak Dominio (Green Bay).
Al sig. Sladky Eugene (Green Bay).
Al sig. Wallenfang Lee L. (Green Bay).
8 novembre » Al sig. Fournet Guy (Paris).
Al sig. Oliver Gilbert (Paris).

NECROLOGIO

27 ottobre 1974. Mons. Walsh Francis, già Vescovo di Aberdeen.
30 » » Mons. Habozian Mesrop, Arcivescovo tit. di Camaco.
1 novembre » Mons. Bonomini Felice, Vescovo di Como.
6 » » Mons. Golland Trinidade Henrique Heitor, già Arcivescovo di Botucatú.
7 » » Mons. Longo Vittorio, Vescovo tit. di Lorima, Ausiliare dell'Arcivescovo di Napoli.
9 » » Mons. Blanchet Maturino, Vescovo tit. di Limata.
11 » » Mons. Malchiodi Umberto, già Arcivescovo-Vescovo di Piacenza.
12 » » Mons. Ebert Karl Christian, Vescovo tit. di Drua, Ausiliare dell'Amministratore Apostolico di Erfurt e Meiningen.
23 » » Mons. Ferreira da Silva Manuel Marilla, Vescovo tit. di Cizico.

An. et vol. LXVI 30 Decembris 1974 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

EPISTULA

Ad P. Vincentium de Couesnongle Ordinis Fratrum Praedicatorum Magistrum Generalem septimo expleto saeculo ab obitu Sancti Thomae Aquinatis.

1. LUMEN ECCLESIAE atque mundi universi, ut merito praedicatur, Sanctus Thomas Aquinas hoc anno singularem in modum sollemniter colitur, cum septimum saeculum sit impletum a morte, quam die VII mensis Martii anno MCCLXXIV, in Fossae Novae coenobio obiit, dum iussu Beati Gregorii **X,** Decessoris Nostri, ad Generale Concilium Lugdunense II se conferebat. Novo quodam animorum ardore in hac anniversaria memoria investigationes factae sunt, scripta edita, conventus acti in multis studiorum Universitatibus aliorumque disciplinarum domiciliis, praesertim in hac alma Urbe, ubi opera Fratrum Praedicatorum Ordinis, cuius alumnus fuit ipse Thomas, peramplus coetus est congregatus. Menti quidem Nostrae adhuc obversatur spectabile illud auditorium maximum Pontificiae Universitatis, e nomine eiusdem Sancti Thomae Aquinatis appellatae, illustribus refertum viris studiosis, qui ex omnibus orbis partibus ad venerant. Illos oratione, quam habuimus, ad

pergendum nobilem laborem confirmavimus; illis hunc ipsum laborem sumus gratulati; coram illis magnum istum Ecclesiae Doctorem extulimus laudibus. Atque, post aliquod tempus transactum, hominum animos convertimus ad « ***reditum*** **»** ***Sancti Thomae, qui absque dubio necopinato, sed modo prorsus eximio evenit; quo comprobatur id, quod supremum Magisterium sapienter edixerat : illum esse ducem studiorum philosophicorum ac theologicorum gravem sane atque talem, ut nemo pro ipso possit substitui*** ;[1] etenim, e multis signis datum est Nobis cognoscere, quantopere eius doctrina his etiam temporibus hominum mentes adhuc moveat ac tangat.

2. Nunc vero propositum est Nobis dicta verba Nostra satius explanare, in luce ponendo plura, quae in Aquinatis doctrina ad divinam revelationem tuendam atque pervestigandam magni ponderis sunt; quibus efficitur ut — quemadmodum Ecclesia fecit neque in praesenti facere desinit — ille commendetur aequalibus nostris ut artis ratiocinandi magister sicut Nos ipsi eum appellavimus,[2] et veluti ductor ad componenda problemata philosophica cum problematibus theologicis, et — hoc etiam addere libet — ad altiorem reconditamque scientiam in universum recte apteque ordinandam.

Itaque aperte iis volumus assentiri, qui putant sanctum Doctorem, etiam exactis septingentis annis ab obitu ipsius, celebrandum esse non solum ut summum ingenium ac doctorem praeteriti temporis, sed etiam eo quod principia eius, doctrina et methodus aetate nostra omnino prorsus valeant; ac simul causas cupimus illustrare auctoritatis ***scientificae,*** quam Magisterium et Ecclesiae instituta ei tribuerunt, maxime autem bene multi Decessores Nostri, qui eidem nomen « Doctoris Com-

[1] ***Allocutio habita ad sodales Coetus praepositi operi «Index Thomisticusy>:*** **cfr. «L'Osservatore Romano», dd. 20-21 maii 1974.**

[2] ***Allocutio habita in Conventu Thomistico Internationali Romae habito, septimo revoluto saeculo a morte S. Thomae:*** **cfr. *A.A.S.* 66 (1974), p. 265.**

munis » adicere non dubitaverunt, quod iam anno MCCCXVII est ei impertí tum.[3]

Confitemur sane in affirmanda et refovenda tam diuturna ac veneranda traditione Magisterii Ecclesiae, Nos non solum moveri obsequio in auctoritatem Decessorum Nostrorum, sed etiam sive ***obiectiva*** inspectione bonitatis, qua doctrina illius pollet, sive utilitatibus, quae — ut ipsi experti sumus — e studio et consultatione operum eiusdem percipiuntur, sive comprobata vi persuasoria et institutoria spiritus humani, quam in discipulos, praesertim iuniores, is exercet, quemadmodum ipsi animadvertimus, cum inter catholicos studiorum Universitatum alumnos apostolatum exsequeremur, qui, a Decessore Nostro rec. mem. Pio XI incitati, ad studium Angelici Doctoris se applicuerant.[4]

3. In comperto equidem habemus non omnes nostra aetate haec eadem sentire. Non autem Nos fugit saepenumero S. Thomae diffidi vel repugnari eo quod doctrina eius leviter obiterque attingatur, immo nonnumquam eo quod ipsa eius opera nequaquam legantur ac nullum studium iis impendatur. Itaque et Nos, quemadmodum Pius XI fecit, cunctos, qui maturam conscientiam circa modum in hac re se gerendi sibi comparare cupiunt, hortamur: ***Ite ad Thomam.***[5] Exquirite et legi te opera S. Thomae — libet sane hoc repetere — non tantum ut in abundantibus illis thesauris mentis tutam inveniatis alimoniam, sed etiam, ac quidem imprimis, ut ipsi perspiciatis incomparabilem altitudinem, ubertatem, momentum doctrinae, quae ibidem continetur.

[3] **Pius XI, Litt. Encycl. *Studiorum Ducem: A.A.S.* 15 (1923), p. 314. Cfr. J. J. Berthier, *Sanctus Thomas Aquinas & Doctor Communis» Ecclesiae,* Romae 1914, p. 177 ss. ; J. Koch, *Philosophische und theologische Irrtumlisten von 1270-1829: Mélanges Mandonnet,* Paris 1930, t. II, p. 328, n. 2; J. Ramírez, *De auctoritate doctrinali S. Thomae Aquinatis,* Salmanticaè 1952, pp. 35-107.**

[4] **Cfr. M. Cordovani, *San Tommaso nella parola di S. S. Pio XI:* «Angelicum» VI (1929), p. 10.**

[5] **Litt. Encycl. *Studiorum Ducem: A.A S.* 15 (1923), p. 323.**

I

4. Ut perennis S. Thomae magisterii vis in Ecclesia et in eruditorum coetibus recte aestimetur, necessarium profecto est non solum textus ab eo exaratos directa et expleta cognitione complecti, verum etiam eas rerum historicarum et doctrinalium considerare condiciones, in quibus ipse vixit suamque operam magistri et scriptoris exegit.

Iuvat hic simpliciter illius aetatis summa repetere lineamenta, unde, marginata veluti e tabula, clarius emineant ea quae sanctus Doctor praecipue senserit tum in religionis et theologiae provincia, cum in philosophica socialique disciplina.

De eadem aetate quasi de renatis in antecessum humanitatis studiis aliqui locuti sunt; et revera qui animorum motus plenam postea renovandi efficacitatem ostendent, iidem iam sollicitare videntur totum temporis spatium, quo, inter annos MCCXXV et MCCLXXIV, Aquinatis vita comprehenditur.

5. Ei vero, qui ad sociales ac politicas rationes attendat, notiores profecto sunt vices, quae penitus suetam Europae faciem immutarunt: victoriam dicimus ab Italicis Municipiis partam de vetusto dominatu Mediae Aetatis Imperii, iam ad occasum vergentis; promulgatam in Anglia « magnam Chartam » iurium; iunctas inter se foedere « anseatico » in septemtrionali Europa liberas Civitates, quae nauticam et mercatoriam rem factitabant; Francogallorum Regni progredientem conversionem; provectas sive res oeconomicas Urbium quaestuosarum, quas inter Florentia celebratur, sive doctrinas in maximis studiorum Universitatibus, cuiusmodi fuerunt Lutetiae Parisiorum schola sacrae theologiae, Bononiae schola iuris civilis et canonici, Salerni schola artis medicae; latissime evulgatas scientiarum inventiones et philosophicas lucubrationes Arabum Hibericorum,

novas demum institutas cum Oriente necessitudines post militum crucesignatorum expeditiones.

Hac praeterea tempestate, sive per Municipia, sive per Regna variarum nationum, initium fit illius veluti cursus, ad doctrinalem politicamque rem quod attinet, qui saeculis xn et **XIV** ad constitutionem, quales hodie vigent, Civitatum perducit. ***Christiana respublica,*** quae antea per Europam in religiosae fidei unitate innitebatur, paulatim recedit, novo quodam et impensiore nationis sensu exsurgente, qui mox totius communitatis civilis europaeae res eventusque pervadit longe aliter ac Medio, quod diximus, Aevo fiebat, quando princeps tribuebatur locus rationibus inter duas summas Auctoritates, pontificalem nempe et imperialem, mutuo sociatas sibique auxilium praebentes; quas quidem Dantes Alagherius, post obitum Aquinatis, tamquam perfectum exemplar rerum publicarum ordinandarum frustra proponere studebit.

Tertiodecimo ipso saeculo animadvertere datur singularis quaedam propensio ad asserendam « autonomiam » seu libertatem ordinis temporalis a sacro et spirituali ordine, atque adeo Status ab Ecclesia, quemadmodum in omnibus fere vitae humanique cultus regionibus flagrans excitatur studium bonorum terrestrium, itemque renovata rerum, quae in mundo sunt, consideratio, divertente humana ratione a fidei religiosae primatu. Ex altera vero parte, eodem saeculo per propagationem Ordinum Mendicantium magis magisque invaluit latissimus spiritualis renovationis motus, qui cum a paupertatis amore et a studio evangelici nuntii impulsum ductumque susciperet, effecit ut inter populum christianum instantius necessitas adverteretur ad verum et germanum Evangelii spiritum redeundi.

S. Thomas vero, quippe qui in media doctrinarum humanarum sacrarumque controversia sit collocatus et rerum politicarum progressiones intentis aspiciat oculis, nihil dubitat novas suorum temporum condiciones agnoscere, in iisque universa-

lium principiorum, ad rationem fidemque attinentium, « signa » dispicere, quibuscum humanae res sint comparandae ipsique eventus diiudicandi. Ipse certam quandam bonorum institutorumque huiusce mundi « autonomiam » probat, quamvis nulla profecto dubitatione asseveret transcendentem vim atque excellentiam finis ultimi, cui omnia in mundo sunt ordinanda atque subicienda : nempe Dei Regni, quod homini tamquam locus salutis constitutum est, eiusque pariter dignitatis et libertatis est fundamentum.[6]

6. Huiusmodi sentiendi habitus in generali componitur doctrina de iis quae intercedunt vinculis inter animi culturam et religionem, inter humanam rationem et fidem; quam doctrinam Thomas delineavit secundum novas emergentes quaestiones novasque invalescentes postulationes in re philosophica et theologica, quae progressui rerum socialium et doctrinalium illius aetatis respondebant.

Idem namque tempus est, quo magis magisque firmatur norma de investigatione ope humanae rationis instituenda, quam novo modo eoque plane ***dialectico*** Abelardus in Parisiensi studiorum Universitate saeculo superiore erat aggressus. Ut antea, igitur, tradita auctoritas officiose excipiebatur, ita in eius locum succedunt comparatio inter ea quae ipsa statuit et ea quae ratio assecuta est, disputatio de variis opinionibus, logica ratio ac via in thesibus demonstrandis, aere studium in quaestionibus proponendis, investigatio denique subtilis de sermone, idque fit tam accurata ratione ac propositis, quae ***scientificum*** disceptandi genus, hodie in disciplina semantica obtinens, praenuntiare videantur.

Cum doctrinalis res in hisce condicionibus versaretur, primi habiti sunt progressus disciplinarum, quibus est propositum, Dei praesentia atque actione in rerum natura minime negatis,

[6] **Cfr. *Summa Theologiae,* I-IP% q. 21, a. 4, ad 3: *Ed. Leonina,* VI, p. 167.**

per naturales causas ordinarium adspectabilis mundi huius cursum explicare, ut animadverti potest apud non paucos christianos scriptores illius aetatis, quos inter eminet S. Albertus Magnus, S. Thomae magister, qui a Decessore Nostro Pio XII scientiarum naturalium cultorum Patronus declaratus est.[7]

7. Etsi tunc in rerum natura exploranda vix adhiberi coepta erat experimentalis methodus, ac nondum praesto erant instrumenta — qualia postmodum Rogerus Baco praevisurus erat — quibus naturales disciplinae applicarentur ad res immutandas et in hominum usum convertendas, nihilominus iam certo constabat de humanae rationis vi ac momento in rebus creatis investigandis atque in universo mundo interpretando.

Hac de causa, a novis doctorum virorum coetibus benevole excepta sunt Aristotelis opera, primum ab Arabis evulgata ac deinde a novis christianis interpretibus, quorum in numero recensetur Villelmus Moerbeke, poenitentiarius pontificius, idemque S. Thomae in Dominiciani Ordine sodalis et operis socius.[8] Etenim in his operibus ille naturae sensus deprehenditur illudque rectum de rebus ipsis iudicium, seu ***realismus,*** quae quidem, ut plures arbitrantur, peropportuna laboris adiumenta, immo etiam optima fundamenta suppeditant, in quibus rei philosophicae ac ***scientificae*** indagationis nova ordinatio innitatur.

8. At hoc loco gravis exsistit quaestio de novo modo intellegendi necessitudines, seu relationes inter rationem et fidem atque — prospectu in hanc rerum provinciam longius prolato — ut supra innuimus, inter universum rerum terrestrium ordinem et ordinem veritatum religiosarum, ac maxime christiani nuntii.

[7] **Cfr. Litt. Apost. *Ad Deum per rerum naturae: A.A.S.* 34 (1942), pp. 89-91.**

[8] **Cfr. M. D. Chenu, *Introduction à l'étude de Saint Thomas d'Aguin,* Paris 1950, pp. 183 ss.**

Qua in re patet periculum in duos errores labendi inter se oppositos : in ***naturalismum*** scilicet, quo Deus prorsus renovetur a mundo ac praesertim ab humana cultura, et in falsum quendam ***supernaturalismum*** vel ***fideismum,*** quo, ad dictum in re doctrinali et spirituali lapsum praecavendum, contenditur ut legitima rationis postulata coerceantur atque impetus refrenetur progredientis naturalis ordinis, vi principii auctoritatis; quod tamen principium perperam extra regionem ipsi propriam usurpatur, nempe regionem fidei veritatum a Christo revelatarum, quae germina sunt futurae vitae quaeque humani intellectus fines omnino transcendunt. Quod duplex periculum saepe saeculis volventibus occurrit ante et post S. Thomae aetatem, in idemque, nostris quoque temporibus, tamquam in alternos scopulos offendere videntur ii qui imprudenter innumeras aggrediuntur quaestiones cum relatione conexas inter rationem et fidem; idque faciunt exemplum saepe afferentes novatricis audaciae, quod a S. Thoma sua aetate praebitum est, cum tamen perspicacitate et aequilibritate careant, quibus summum tanti Doctoris ingenium praeditum erat.

Maxima profecto fuerunt S. Thomae et audacia in veritate quaerenda, et spiritus libertas in novis tractandis quaestionibus, et illa mentis probitas, eorum propria, qui, dum nullo modo patiuntur christianam veritatem contaminan profana philosophia, hanc tamen ***a priori*** minime respuunt. Quare, in christianae doctrinae historia eius nomen in numerum refertur praecursorum, quibus novus philosophiae atque scientiae universalis cursus debetur. Caput autem et quasi cardo doctrinae, qua ipse, ut summa et quasi prophetica ingenii acie praeditus erat, quaestionem dissolvit de novis mutuis relationibus inter rationem et fidem, in eo positum est, quod mundi ***saecularitatem*** cum arduis ac severis Evangelii postulatis composuit; atque hoc modo sese subduxit ab inclinatione, naturae aliena, ad mundum eiusque bona contemnenda, neque tamen deservit a supremis et indeclinabilibus principiis supernaturalis ordinis.

Totum enim doctrinae aedificium ab Aquinate exstructum aureo illo principio innititur, quod ipse inde a primis ***Summae Theologiae*** paginis enuntiavit, vi cuius gratia non tollit naturam sed perficit, natura autem subicitur gratiae, ratio fidei, humanus amor caritati.[9] Gratia collata, quae est principium vitae aeternae, totum supponit magnum virtutum facultatumque campum — nempe « esse », intellectum, amorem — in quo vitalis naturae humanae impulsus explicatur,[10] eundemque intus novis auget viribus.[11] Itaque ipsa plena perfectio ***hominis naturalis*** — per processum quendam redemptricis purificationis et sanctificae elevationis — efficitur in supernaturali ordine ; qui quidem, etsi in caelesti beatitate consummabitur et explebitur, nihilominus iam in terrestri hac vita perducit ad pulchram quandam convenientemque veri nominis bonorum compositionem, quae sane difficilis est obtentu — sicut ipsa christiana vita —, sed valde allicit animos.

9. Affirmare licet S. Thomam, superando quandam exaggerati ***supernaturalismi*** formam, qualis in Mediae Aetatis scholis invalescebat, ac simul obsistendo ***saecularismo,*** qui apud Europae scholas propagabatur per Aristotelis doctrinam iuxta naturalismi placita perperam interpretatam, scite ostendisse — sive doctrinali ratione sive re, nempe suo ***scientificae*** investigationis exemplo — quomodo in sua ipsius doctrina ac vita haec apte inter se coniungerentur : scilicet sive plenam et absolutam fidelitatem erga Dei Verbum cum animo maxime patente ad mundum ad eiusque veri nominis bona, sive renovationis ac progressus studium cum proposito quodvis doctrinae aedificium constituendi in solido traditionis fundamento.

Ipsi, enim, non tantum curae fuit cognita habere nova cogitata, novas quaestiones, novasque rationis cum proposi-

[9] **Cfr. *Summa Theologiae,* I, q. 1, a. 8, ad 2: *Ed. Leonina,* IV, p. 22.**

[10] **Cfr. *Summa Theologiae,* I-II^{ae}, q. 94, a. 2: *Ed. Leonina,* VII, pp. 169-170.**

[11] **Cfr. *Summa Theologiae,* II-II^{ae}, q. 24, a. 3, ad 2: *Ed. Leonina,* VIII, p. 176.**

tiones tum oppositiones circa fidem allatas, sed etiam studiose investigare S. Scripturas ante omnia, quas iam a primis annis magisterii Parisiensis explanaverat, tum SS. Patrum christianorumque auctorum scripta, theologicam ac iuridicam Ecclesiae traditionem, ac simul quaslibet praeteritae vel recentioris aetatis philosophicas doctrinas non modo aristoteleam, verum etiam platonicam, neoplatonicam, romanam, christianam, arabicam, iudaicam; ac minime ausus est colligationem abrumpere cum transacta aetate, quod eum veluti a radice certe separaret, ita ut iure merito dici possit eum in sucum et sanguinem convertisse illud S. Pauli: ***Non tu radicem portas, sed radix te {Rom.*** 11, 18).

Eadem de causa obsequentissimum se praestitit Ecclesiae Magisterio, cuius est ***regulam fidei***[12] custodire eamque praefinire omnibus christifidelibus, imprimisque theologis, vi divini mandati praesentisque auxilii, quod defuturum numquam sui gregis Pastoribus Christus pollicitus est.[13] At praesertim Magisterio Romani Pontificis supremam ac decretoriam auctoritatem agnoscebat solvendi quaestiones ad fidem spectantes,[14] ac propterea eius iudicio, morte instante, omnia a se scripta subicere voluit, fortasse quia plane conscius erat de immensa amplitudine atque audacia renovationis operis, quod ipse exegerat.[15]

[12] **Cfr. *Summa Theologiae,* II-II", q. 1, a. 10, ad 3: *Ed. Leonina,* VIII, p. 24.**

[13] **Cfr. *Summa Theologiae,* ib., a. 10: 1. mem.; *Lc.* 22, 32, ibi memoratum.**

[14] **Cfr. *Summa Theologiae,* II-II", q. 1, a. 10: *Ed. Leonina,* VIII, pp. 23-24. Conferantur ea quae S. Thomas scripsit in op. *In Symbolum Apostolorum expositio* circa Ecclesiam Romanam: «Dominus dixit...: "Non praevalebunt". Et inde est quod sola Ecclesia Petri (in cuius partem venit tota Italia, dum discipuli mitterentur ad praedicandum) semper fuit firma in fide: et cum in aliis partibus vel nulla fides sit, vel sit commixta multis erroribus, Ecclesia tamen Petri et fide viget, et ab erroribus munda est. Nec mirum, quia Dominus dixit Petro (Lc. 22, 32): " Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua " » (a. 9: *Ed. Parmensis,* t. XVI, 1865, p. 148).**

[15] **Cfr. *Vita S. Thomae Aquinatis* auctore Guillelmo de Tocco, cap. XIV: *Fontes vitae S. Thomae Aquinatis,* ed. D. Prümmer O.P., fase. II, Saint-Maximin (Var), 1924, p. 81.**

10. Tale autem studium quaerendi veritatem eique totis viribus inserviendi — quod S. Thomas censuit munus totius suae vitae proprium idemque docendo scribendoque egregie explevit — efficit, ut ipse merito appellari possit « apostolus veritatis » et omnibus in exemplum proponi, qui docendi munere funguntur. Sed ipse oculis nostris refulget etiam tamquam mirificum docti christiani hominis specimen, qui, ut nova temporum fermenta percipiat novisque progredientis culturae postulatis respondeat, minime putat esse discedendum a fidei, traditionis, Magisterii via, quae et antiquitatis divitias ei affert et divinae veritatis sigillum; atque ut divinae huic veritati fidelis perstare possit, is multiplices non respuit veritates olim aut in praesenti rationis ope repertas, hac etiam de causa quod — ut Angelicus ipse ait — easdem, a quovis prolatas, agnoscit a Spiritu Sancto originem suam repetere : ***Verum, a quocumque dicatur, est a Spiritu Sancto sicut ab infundente naturale lumen, et movente ad intelligendum et loquendum veritatem.***[15]

11. Illud potius fatendum est Thomam, ob firmissimas radices, quibus in fide divina defixus erat, prohibitum esse, ne humanis magistris, novis vel antiquis, servili more se addiceret, Aristotele non excepto. Eius mens patet quidem ad omnes veritatis progressus, a quocumque doctrinae fonte proficiscuntur ; idque prima est facies eius ***universalismi.*** At alia est facies pariter vera, in qua magis fortasse apparet ingenii eius nota ac persona : id est summa libertas, qua ad omnes accessit auctores, nulli autem terrenae auctoritatis propositioni sese devinxit. In hac autem libertate atque mentis « autonomia », ad rem philosophicam quod attinet, est vera magnitudo ad eum pertinens, utpote veritatis indagatorem.

Ipse enim, cum in re philosophica veritati in primis obsequentem se gereret atque omnia aestimaret ***non [...] propter***

[15] ***Summa Theologiae,*** **I-II%** **q. 109, a. 1, ad 1:** ***Ed. Leonina.*** **VII, p. 290.**

auctoritatem dicentium sed propter rationem dictorum,[17] liberrime Aristotelis, Platonis aliorumque sententias pertractare potuit, neque idcirco aristoteleus aut platonicus factus est, strictiore harum appellationum significatione.

Vi huius mentis « autonomiae » — qua ad eos proxime accedit qui severas adhibent vias ac rationes ***positivarum*** scientiarum proprias — Aquinas parem se praestitit detegendis atque evincendis insidiis in Averroismi doctrina latentibus, Platonis vero et Aristotelis defectus et lacunas explevit, atque talem condidit gnoseologiam atque ontologiam, quae, ***obiectivitate*** atque aequilibritate spectatis, perfectissimum opus sint habendae.[18]

Animi autem affectus, quibus erga omnes humanae mentis magistros ferebatur, triplici modo declarabat: admiratione tenebatur immensi doctrinarum patrimonii, quod ipsi, alii aliorum opus complentes, collegerunt atque humano generi tradiderunt;[19] praeterea eorum agnoscebat praestantiam ac momentum, sed etiam terminos, quibus uniuscuiusque praestitum opus circumscribebatur;[20] denique quodam misericordiae sensu erga eos afficiebatur, qui, fidei luminis expertes ut veteres sapientes, in angore versabantur humanis viribus inexsuperabili, cum inquirerent de supremis humanae vitae interrogationibus, ac prae-

[17] *Expositio super Utrum Boethii de Trinitate,* q. 2, a. 3, ad 8: rec. B. Decker, Leiden 1955, p. 97. Cfr. *Summa Theologiae,* I, q. 1, a. 8, ad 2: Argumentum ab Mucto-ritate fidei est firmissimum, sed ab auctoritate humana est debilissimum *(Ed. Leonina,* IV, p. 22). Alius locus ex quo patet agendi modus S. Thomae in philosophia, scilicet non servilis neque mere historicisticus vel ecclecticus, sed recte criticus: «Studium philosophiae non est ad hoc quod sciatur quid homines senserint, sed qualiter se habeat veritas rerum»: *In librum Aristotelis de coelo et mundo commentarium,* I, lect. XXII: *Ed. Parmensis, t.* XIX, 1865, p. 58. Cfr. *Tractatus de spiritualibus creaturis,* a. 10, ad 8: ed. L. W. Keeler, Romae 1938, pp. 131-133.

[18] Cfr. E. Gilson, *L'esprit de la philosophie médiévale, Gifford Lectures,* Taris 1932, I, p. 42; *Le Thomisme - Introduction à la philosophie de saint Thomas d'Aquin,* Paris 1965, 6ª ed. *passim.* Cfr. etiam E. Van Steenberghen, *Le mouvement doctrinal du XIᵉ au XIVᵉ siècle:* Fliche-Martin, *Histoire de l'Eglise,* vol. XIII, p. 270.

[19] Cfr. *In XII Libros Metaphys. Aristotelis Expositio,* II, lect. 1: *Ed. Taur.* 1950, n. 287, p. 82.

[20] Cfr. *ib.*

sertim de ultimo hominis fine;[21] qua anxitudine omnino vacat vel humilis vetula, quae, christianae veritatis particeps, multo uberius quam summa illa ingenia divino lumine fruitur.[22]

12. Et S. Thomas, quamvis veritatem acutissime indagando ad supremum humanae rationis culmen ascenderei, nihilominus pueri veluti animum induebat erga excelsa atque ineriabilia fidei mysteria; ideoque ante Christi cruci affixi imaginem atque ante altare flexis sistere genibus solebat, ad intellectus lumen impetrandum et cordis puritatem, quae sinunt arcana Dei clare introspicere.[23] Ultro fatebatur scientiam suam magis precatione quam studio comparatam esse,[24] atque interea vividum servabat sensum divinae transcendentiae, adeo ut tamquam praecipuam condicionem, cuilibet theologicae investigationi praeponendam, hanc statueret sententiam: ***tanto in hac vita Deum perfectius cognoscimus quanto magis intelligimus eum excedere quidquid intellectu comprehenditur.***[25] Quae sententia habenda est non solum primarium principium et quasi fundamentum illius methodi investigationis, a quo originem ducit theologia « apophatica », quam dicunt, sed signum est etiam humilitatis eius intellectus eiusque spiritus adorationis.

Cum S. Thomas in se apte componere novisset altissimos christianos sensus cum indagatricis mentis acie, quae ad omnia doctrinarum incrementa patebat tam antiqua quam recentiore aetate facta, mirum non est si idem, in ipso medio

[21] Cfr. *Summa contra Gentiles,* L. III, c. 48: *Ed. Leonina,* XIV, pp. 131-132.

[22] Cfr. *In Symbolum Apostolorum Expositio,* a. 1: *Ed. Parmensis,* t. XVI, 1865, p. 35: « Nullus philosophorum ante adventum Christi eum toto conatu suo potuit tantum scire de Deo et de necessariis ad vitam aeternam, quantum post adventum Christi scit vetula per fidem».

[23] Cfr. *Summa Theologiae,* II-IP', q. 8, a. 7: *Ed. Leonina,* VIII, p. 72; *Vita S. Thomae Aquinatis* auctore Guillelmo de Tocco, capp. XXVIII, XXX, XXXIV: *Fontes vitae S. Thomae Aquinatis,* ed. mem., pp. 102-103, 104-105, 108.

[24] *Vita S. Thomae Aquinatis* auctore Guillelmo de Tocco, cap. XXXI: ed. mem., pp. 105-106; cfr. J. Pieper, *Einführung zu Thomas von Aquin,* München 1958, p. 172 ss.

[25] *Summa Theologiae,* II-II^ae, q. 8, a. 7: *Ed. Leonina,* VIII, p. 72.

saeculi XIII discrimine, novas sapienter repperit vias ad recte statuendas relationes inter rationem et fidem; si opportune impedivit, ne, novis philosophorum opinionibus prementibus, theologica doctrina de via deflecteret; si quamlibet delevit ambiguam accommodationem rationalium et revelatarum veritatum; si denique doctrinam profliga vi t de « duabus veritatibus » -— nempe rationis et fidei, quas, etsi inter se pugnantes, diversas ob causas christiani admittere possent — cuius doctrinae fautores intimam christiani hominis unitatem destruebant atque iam tunc illas audebant comprobare doctrinales contentiones, quae deinceps, aequilibritate relicta per S. Thomam adepta, totius Europae ingeniorum culturam dilaceraturae erant.[26]

13. In opere explendo, vi cuius christiana doctrina Medii Aevi ad sui splendoris culmen evecta est, S. Thomas suis unius viribus non egit. Nam ante et post ipsius aetatem plures alii clarissimique doctores in idem allaboraverunt propositum : quorum in numero recolendi sunt S. Bonaventura — cuius quoque exitus septem post revoluta saecula commemoratur, cum ipse eodem, quo S. Thomas obierit anno —, S. Albertus Magnus, Alexander Halensis, Duns Scotus. At sine dubitatione, ex providentis Dei consilio, universae theologiae ac philosophiae « scholasticae », ut communiter appellatur, supremum fastigium a S. Thoma impositum est, eiusque opera cardo primarius in Ecclesia est defixus, circa quem christiana doctrina tunc ac postea verti potuit ac tuto incrementis proficere.

Ei igitur, Communi Ecclesiae Doctori, plenum animi Nostri plausum tribuimus hoc vergente anno, qui septimum ab eius obitu reducit saeculum, ut debitae referantur gratiae pro tot collatis ab eo beneficiis in universum populum christianum, utque publice agnoscatur et extollatur eius praestantia numquam defutura.

[26] **Cfr. J. Pieper, o. mem., p. 69 ss**

II

14. Non solum spectatis historicis et doctrinalibus condicionibus, in quibus Aquinas versatus est, nomen eius eminet, sed etiam ratione doctrinae, quae eiusmodi est, ut aetates omnes exsuperet, quae a saeculo xin ad nostra usque tempora successerunt. Hoc enim saeculorum spatio Ecclesia perennem thomisticae doctrinae vim atque momentum agnovit, praesertim autem in sollemnioribus quibusdam adiunctis, ut in Conciliis Oecumenicis Florentino, Tridentino et Vaticano I,[27] occasione promulgationis Codicis Iuris Canonici,[28] atque in Concilio Vaticano II, de quo rursus infra dicturi sumus.

A Nostris praeterea Decessoribus, atque etiam a Nobismet ipsis pluries haec S. Thomae auctoritas confirmata est. Omnibus persuasum sit hic non agi de doctrinae traditae conservandae studio, quo historiae cursus non percipitur et progressus cum timore cernitur, sed de optione innixa rationibus ***obiectivis*** atque insitis in ipsa philosophica ac theologica Aquinatis doctrina, quae sinunt in eo hominem agnoscere non sine superno consilio Ecclesiae datum, qui novitate operis sui, efïectrice vi praediti, ita egit, ut doctrina christiana novum veluti iter ingrederetur, quod attinet ad eiusdem doctrinae cursum et, in primis, ad relationes inter intellectum et fidem intercedentes.

15. Ut paucis hic rationes, quibus innuimus, perstringamus, satis sit primum memorare ***realismum gnoseologicum*** atque ***ontologicum,*** in quo prima ac praecipua philosophiae S. Thomae nota ponenda est. Loqui etiam possumus de ***realismo cri-***

[27] Cfr. Leo XIII, Epist. Encycl. *Aeterni Patris: Leonis XIII Pont. Max. Acta,* I, Romae 1881, pp. 255-284.

[28] *C.I.C,* can. 1366, 2; cfr. can. 589, 1.

tico qui, utpote conexus cum sensuum cognitione ac proinde cum rerum ***obiectivitate,*** efficit ut « ***esse*** » veram prorsus ac solidam significationem recipiat. Ita hic realismus sinit ulteriorem mentis operationem, quae, etsi universalia reddat ea quae sensibus percepta sunt, ab his tamen non ita seiungitur ut in verticem ***dialecticum*** rapiatur merae cognitionis ***subiectivae,*** ac tandem, necessario veluti motu, ad ***agnosticismum*** plus minusve absolutum perducat. ***Primo in intellectu cadit ens,*** ait Doctor Angelicus celebri quodam loco.[29] Ac primario hoc principio innititur S. Thomae gnoseologia, cuius praecellens novitas in eo consistit, quod aequabiliter pensât et aestimat tum sensuum experientiam, tum ea quae conscientia ***authentice*** percipit in cognitionis processu. A quo quidem, critico examine accedente, initium sumit sana ontologia, ac proinde tota doctrinae theologicae aedificatio. Hanc ob causam S. Thomae doctrina definiri potuit tamquam ***philosophia entis,*** quod videlicet consideratur tam in sua universali ratione, quam in existentiae suae condicionibus; exploratum pariter est ab hac philosophia Aquinatem ascendere ad ***theologiam Entis divini,*** quatenus in se ipsum subsistit et quatenus sese revelat per Verbum suum, per eventus oeconomiae salutis, ac praesertim per Incarnationis mysterium.

Hunc quidem ***realismum ontologicum*** et ***gnoseologicum*** Decessor Noster Pius XI dilaudavit, cum orationem habens ad studiorum Universitatum alumnos haec protulit significantia verba : ***In Thomismo, ut ita dicamus, quasi quoddam Evangelium naturale et fundamentum omnino solidissimum, in quo cuncta doctrinarum aedificia innitantur, continentur, siquidem Thomismo id est proprium, ut sit praeprimis obiectivus; non enim aedificationes vel elevationes mentis tantum abstractas praebet, sed aedificationes mentis, quae impulsio-***

[29] Cfr. *Quaestiones Disputatae. De Veritate,* q. 1, a. 1: *Ed. Leonina,* XXII, vol. I, fase. 2, p. 5.

nem realem rerum sequuntur [...] Praestantia et vis doctrinae thomisticae numquam deficiet, alioquin ipsam praestantiam et vim rerum oporteret deficere.[30]

16. Ut huiusmodi philosophia ac theologia reapse haberi possit, sine dubitatione cognoscendi veri facultas agnoscenda est intellectui humano, qui fundamentaliter sanus est ac praeditus quodam sensu entis; intellectus autem inclinatur ad se coniungendum cum ente in quavis parva vel magna experientia rerum, prout exsistunt, ut eas in se plene recipiat, atque ita progrediatur ad ultimas rationes causasque ponderandas, quibus eaedem definite explicentur. Revera S. Thomas, ut philosophum ac theologum christianum addecet, in unoquoque ente participationem aliquam Entis absoluti detegit, quod creat, sustentat suaque vi movet ex alto rerum creatarum universitatem, omnem vitam, quamlibet cogitationem et fidei actum.

Ex hisce porro principiis exorsus, Aquinas, dum humanam rationem ad maximam evehit dignitatem, praevalidum exhibet subsidium theologicae investigationi, ac pariter sinit, ut enucleentur et altius usque comprehendantur complura doctrinae capita, in quae ipse celérrima sagacitate prospexit. Ita dicendum est de argumentis, quae pertinent ad proprietates transcendentales et analogiam entis; ad structuram entis finiti, quod constat ex essentia et existentia; ad relationem inter res creatas et Ens divinum; ad dignitatem creatis in rebus causalitatis, quae dynamice dependet a causalitate divina; ad solidam realitatem actionum entium unitorum in ordine ontologico, quae permanat etiam in omnes partes philosophiae et theologiae, moralis et asceticae disciplinae; ad organicam structuram et finalitatem universi rerum ordinis. Si vero consideratio altius ad ipsam divinarum veritatum regionem attollatur, item dicendum est de argumentis, quae respiciunt no-

[30] Cfr. *Discorsi di Pio XI,* Torino 1960, vol. I, pp. 668-669.

tionem Dei, qua Entis subsistentis, cuius vitam arcanam ***ad intra*** revelatio cognoscere sinit; deriva tionem divinorum attributorum ; defensionem transcendentiae divinae adversus quamlibet ***pantheismi*** formam ; doctrinam de creatione et de divina providentia, qua S. Thomas non solum imagines atque sublustres umbras locutionum anthropomorphicarum superavit, sed etiam, pro sua ingenii aequilibritate suoque fidei spiritu, opus perfecit, quod hodie forsitan nuncupemus « demythizationem », sed quod verius describere possimus uti rationalem ac fide directam, suffultam et impulsam perscrutationem veritatum, quae ad christianam revelationem essentialiter attinent.

Hac quidem via et hisce rationibus S. Thomas, ut humanam extulit rationem, ita etiam quam efficacissime deserviit fidei, quemadmodum Decessor Noster Leo XIII memorandis sane verbis edixit de Angelico Doctore : ***Rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum iura conservava, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio, ad humanum fastigium Thomae pennis evecta, iam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adiumenta praestolari quam quae iam est per Thomam consecuta?***[1]

17. Alia denique est ratio, cur S. Thomae doctrina perenni vi ac momento gaudeat. Cum universalitatem et transeendentiam supremarum rationum statueret veluti caput suae philosophiae (scilicet ***ens)*** suaeque theologiae ***{Ens divinum),*** hac de causa ipse noluit conficere aliquam doctrinae summam in semet ipsa conclusam et definitam, sed ita compositam doctrinam condidit, quae continenter locupletari posset incrementisque augeri. Quod enim ipse consecutus est excipiens fructus philosophiae antiquae et Mediae Aetatis nec non rariora admodum elementa vetustarum disciplinarum naturalium, idem

[31] **Epist. Encycl.** ***Aeterni Patris: Leonis XIII Pontificis Maximi Acta,*** **I, Romae 1881, p. 274.**

semper iterari potest circa quodlibet elementum reapse validum, quod vel philosophia vel ipsae provectissimae disciplinae naturales attulerint; idque confirmatur plurium auctorum usu, qui in ipsa **S.** Thomae doctrina in venerunt optima adminicula, quibus multae conclusiones particulares pervestigationis philosophicae ac ***scientificae*** inseri possent in universalem rerum contextum atque visionem.

18. Quod autem hoc loco iterum asseverandum est, Ecclesia, etsi minime dubitet certos agnoscere terminos ac fines in **S.** Thomae doctrina, praesertim quoties haec magis colligatur cum notionibus cosmologicis et biologicis Mediae Aetatis propriis, nihilominus monet non omnes opinationes philosophicas et ***scientificas*** aequabiliter locum sibi vindicare posse in christiana sentiendi de mundo ratione, nedum prorsus christianas haberi. Re vera, ne ipsi quidem philosophi antiqui, inter quos Aristoteles Thomae carissimus, tales habiti sunt, vel suscepti ab eo integre ac sine iudicio. Ad eos enim quod attinebat, Aquinas principia sectatus est, quae etiam hodie valent ad decernendum liceatne a christianis recipi doctrinam philosophicam et ***scientificam*** huius temporis.

Nam, tametsi Aristoteles aliique philosophi — rite emendati quibusdam rebus et accommodati — poterant admitti et adhuc possunt ob vim principiorum suorum plane universalem, ob attentiorem ***realitatis obiectivae*** curam, ob unius Dei ab orbe terrarum distincti agnitionem, idem tamen affirmari non licet de qualibet philosophia vel ***scientifica*** cogitatione, cuius primaria principia nequeant cum ipsa religiosa fide conciliari, sive propter ***monismum,*** cui innituntur, sive propter rerum transcendentium negationem, sive propter ***subiectivismum*** vel ***agnosticismum.***

Dolendum sane est, quod plures nostrae aetatis doctrinae et systemata eiusmodi omnino sunt. ut cum christiana fide ac theologia prorsus componi non possint. Attamen, hac etiam de

re docet nos S. Thomas, quomodo recipi possint ex his systematis vel elementa quaedam particularia, ad perficiendam et continenter evolvendam doctrinam traditam utilia, vel saltem incitamenta ad ponderanda doctrinae capita, quae prius ignorabatur vel non satis explicabantur.

19. Via autem, quam S. Thomas tenuit in hoc comparandi opere propriasque faciendi aliorum sententias, exemplum praebere potest nostri quoque temporis studiosis. Constat, enim, eum quasi quoddam mentis colloquium inivisse cum omnibus sapientibus doctoribus antiquitatis suaeque aetatis, tam christianis quam non christianis. Is perscrutabatur eorum sententias, opiniones, dubitationes, difficultates, quarum quidem studebat reperire causas et sedes ***ideológicas,*** neque raro condiciones societatis et culturae, quibus afficiebantur. Dein eorum exponebat cogitata, potissimum in « Quaestionibus » et in « Summis ». Non vero recensebantur tantum difficultates dissolvendae vel obiectationes refutandae, sed ***dialectico*** modo proponebatur illa agendi ratio, qua is movebatur ad certas theses de argumentis, quae deliberanda erant atque excutienda. Interdum dimicabatur sereno et nobili animo, cum verbi causa agebatur de oppugnata aliqua tutanda veritate : ***contra errores, contra gentes, contra impugnantes,*** et ita porro. At semper ipse colloquium instituebat, quod fiebat mente penitus alacriterque parata ad verum agnoscendum et accipiendum a quocumque proferebatur; immo non semel impellebatur, ut in meliorem et benigniorem partem interpretaretur sententias, quae ex ipsa disputatione comprobabantur falsae. Hac igitur via S. Thomas assecutus est magnificam apteque omni ex parte ordinatam doctrinae complexionem, quae universali vi pollet quaque magistrum se exhibet nostro etiam tempore.

20. Designare cupimus postremam nunc laudem, quae plurimum quidem confert ad perennem utilitatem et praestantiam

doctrinae S. Thomae: videlicet proprietatem linguae pellucidae, pressae, essentialis, quam sibi comparavit ac procudit docendo et disputando et libros suos conscribendo. Iterare sufficit hac de re id quod legebatur in antiqua liturgia dominiciana diei festi Aquinatis : ***Stilus brevis, grata facundia: celsa, firma, clara sententia?***[32] Haec tamen non ultima causa est, cur utiliter ad Sanctum Thomam confugiatur hoc ipso tempore nostro, quippe quo sermo usurpetur saepe vel implicatior et tortuosior, vel rudior et incultior, vel etiam magis ambiguus, quam ut ibidem conspici possint et cogitationis splendor et vinculum inter eos, qui ad participandam veritatem et communicandam vocantur.

III

21. Septimo vertente saeculo a S. Thomae obitu, iterum commonere iuvat quid Ecclesia sentiat de eius munere in recte ordinandis sacrae theologiae et philosophiae studiis. Hoc modo clare patebit, cur eadem statuerit, ut catholicae scholae Aquinatem tamquam « Doctorem Communem » hac in provincia agnoscerent et sequerentur.

Romani Pontifices S. Thomae doctrinam sua auctoritate sustinuerunt, cum adhuc ipse viveret: Magistrum tutati sunt eiusque magisterium etiam ab adversariis defenderunt. Adhuc post eius mortem, cum a quibusdam locorum auctoritatibus nonnullae Aquinatis sententiae damnatae sunt, Ecclesia haud destitit ab honor ando fideli veritatis administro, atque eidem confirmavit pium venerationis obsequium, eum referens in album Sanctorum Caelitum, die 18 mensis Iulii, anno MCCCXXIII, eundemque « Doctoris Ecclesiae » titulo decorans, die 11 mensis Aprilis, anno MDLXVII.

22. Tali igitur modo Ecclesia testari voluit, per ipsam S. Thomae doctrinam, tum suum ipsius Magisterium sublimiter, plene

[32] ***In festo 8. Thomae Aquinatis,*** **II Noct., IV Resp.; cfr. J. Pieper, o. mem., p. 116.**

ac fideliter esse propositum, tum etiam « sensum fidei » totius populi Dei, quae quidem apparuerant in homine omnibus cumulato necessariis dotibus, atque historiae tempore admodum opportuno.

Ut brevi dicamus, Ecclesia sua ipsius auctoritate confirmat Angelici Doctoris doctrinam eamque adhibet tamquam peraptum instrumentum, ita ut Aquinatem —- quemadmodum, immo magis quam alios suos claros Doctores — attingat ipsis radiis Magisterii sui. Quod idem Decessor Noster Pius XI asseveravit, cum in Litteris Encyclicis ***Studiorum Ducem,*** scripsit: ***Universi nominis Christiani refert sacra haec saecularia digne celebrari, siquidem in Thoma honor ando maius quiddam quam Thomae ipsius existimatio vertitur, id est Ecclesiae docentis auctoritas.***^

23. Porro, cum longum sit memorare cunctas testificationes tanti sive Ecclesiae sive Pontificum in S. Thomam obsequii, hic tantummodo meminisse iuvabit, exeunte superiore saeculo —- quo iam ubique animadvertebantur consectaria eversae illius aequilibritatis inter rationem et fidem — ab iis iterum propositum esse eius exemplum eiusque magisterium, quippe quae conferrent unitati inter religiosam fidem, animorum culturam civileque consortium instaurandae, modis sane diversis pariterque temporum novitati accommodatis.

Apostolica Sedes animos induxit et confirmavit, ut studia thomistica ad novum florem renascerentur. Decessores Nostri, iam inde a Leone XIII ac propter eius validam impulsionem, Litteris Encyclicis ***Aeterni Patris*** datam, amorem studii ac disciplinae S. Thomae commendavere, ut ostenderent ***ipsius***

[33] Litt. Encycl. *Studiorum Ducem: A.A.S. 15* (1923), p. 324. Adnotanda sunt quae S. Thomas scripsit de mutuis rationibus inter Doctores Ecclesiae (et theologos) et Magisterium: «Ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet: unde magis standum est auctoritati Ecclesiae quam auctoritati vel Augustini vel Hieronymi vel cuiuscumque Doctoris»: *Summa Theologiae,* II-II[ae], q. 10, a. 12: *Ed. Leonina,* VIII, p. 94.

doctrinam cum divina « revelatione » quasi quodam concentu consonare? rationem et fidem ab eo amice consociari, servatis utriusque iuribus,[35] aemulationem in veritate quaerenda per momentum tributum doctrinae eius non supprimi, sed excitari potius ac tuto dirigi.[36] Praeter alia, Ecclesia doctrinam S. Thomae praetulit, cum ediceret hanc esse suam propriam[37] — quo nequaquam asseritur non licere alii scholae, domicilii iure in ipsa Ecclesia donatae, adhaerere —[38] atque eidem favere ob plurium saeculorum experientiam factam.[39] Nostra etiam aetate Angelicus et eius doctrinae studium lege ad fundamentum institutionis theologicae pertinent iis tradendae, qui ad illud munus vocantur, quo fratres in fide digne confirment atque corroborent.[40]

24. Ab ipso Concilio Vaticano II S. Thomas scholis catholicis bis commendatus est. Etenim, de sacerdotali agens institutione, his verbis est usum : ***ad mysteria salutis integre quantum fieri potest illustranda, ea ope speculationis, S. Thoma magistro, intimius penetrare eorumque nexum perspicere alumni addiscant/***[41] Eadem universalis Synodus, in Declaratione de educatione christiana, dum altioris ordinis scholas hortatur, ut earum cura, ***novis progredientis aetatis investigationibus accuratissime consideratis, altius perspiciatur quomodo fides et ratio in unum verum conspirent,*** statim enuntiat ad hoc assequendum premi oportere ***Ecclesiae Doctorum,*** praesertim

[34] **Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis: A.A.S.* 42 (1950), p. 573.**

[35] **Cfr. Leo XIII, Epist. Encycl. *Aeterni Patris: I. mem.,* ibid.**

[36] **Cfr. Pius XII, *Sermo habitus ad alumnos seminariorum, collegiorum et institutorum utriusque cleri,* 24 m. iun. a. 1939: *A.A.S.* 31 (1939), p. 247.**

[37] **Cfr. Benedictus XV, Epist. Encycl. *Fausto appetente die: A.A.S.* 13 (1921), p. 332.**

[38] **Cfr. Pius XII, *Allocutio habita quarto expleto saeculo a Pont. Universitate Gregoriana condita,* 17 m. oct. 1953: *A.A.S.* 45 (1953), pp. 685-686.**

[39] **Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis: A.A.S. 42* (1950), p. 573.**

[40] *C.I.G.,* **can. 1366, 2.**

[41] **Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 16: *A.A.S.* 58 (1966), p. 723.**

S. Thomae Aquinatis vestigia.[42] Tunc igitur primum contigit, ut Concilium Oecumenicum theologum quendam commendaret; talis autem S. Thomas est habitus. Ad Nos quod attinet, inter alia, satis sit exscribere verba, quae olim sumus elocuti : ***ii, quibus munus docendi demandatum est, [...] vocem Ecclesiae Doctorum reverenter auscultent, inter quos Divus A quinas praecipuum obtinet locum; Angelici enim Doctoris tanta est ingenii vis, tam sincerus veritatis amor, ac tanta sapientia in altissimis veritatibus pervestigandis, illustrandis aptissimoque unitatis nexu colligendis, ut ipsius doctrina efficacissimum sit instrumentum non solum ad Fidei fundamenta in tuto collocanda, sed etiam ad sanae progressionis fructus utiliter et secure percipiendos.®***

25. Nunc quaeritur, num S. Thomas Aquinas, qui saeculis, ut exposuimus, sua impressit vestigia, habeat quod nostrae ipsi suppeditet aetati. Multi homines, qui nunc sunt, apertius quam umquam alias negant vel dubitant, utrum nuntium evangelicum ipsos possit respicere; neque solum non christiani huiusmodi ponunt quaestionem. Haec etiam mentem quorundam catholicorum tangunt, qui fidem suam cum hodierno cultu civili et cum iis, quae ipsorum profanam scientiam potissimum efficiunt, comparant. Saepe autem nomine hodiernae de sermone cri tices, huiuscemodi dubitationes concinnatae obiciuntur; ac libenter asseritur sermonem, seu verba fidei, suam amisisse perspicuitatem et vim significandi.

Addendum sane est ad has contradictiones pertinere etiam controversiam iterum iterumque factam de magnis operibus, quibus doctrinae scholasticae summa praebeatur; neque semper satis distingui inter fidem ipsam et theologicae elucubra-

[42] **Cfr. Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 10: *A.A.S.* 58 (1966), p. 737.**

[43] ***Allocutio haoita ad Pont. Universitatis Gregorianae moderatores, doctores discipulosque,* 12 martii a. 1964: *A.A.S.* 56 (1964), p. 365.**

tionis opus. Ipse enim sermo theologiae scholasticae saepius talis habetur, qui nequeat accipi et comprehendi, utpote cum philosophiae antiquae iungatur et sententias obsoletas interpretetur, proprias videlicet mundi et condicionis humanae, quae a nostris iam plane differunt. Nec aliter res se habere potest — ut opinantur — siquidem disciplinae naturales, artes technicae, rationes necessitudinis socialis, animorum cultus, res politica et alia huiusmodi nimias mutationes invexerunt. Conversiones factae sunt, quod attinet ad rationalem processum cogitationis ac modum philosophice quaestiones aggrediendi et ea, quae fidei sunt, humanis viribus pertractandi. Systemati theologico illorum temporum in hodierno ingenii cultu non amplius naturaliter congruunt res, una cum verbis, quibus eiusdem systematis auctores et homines coaevi usi sunt ad eas appellandas. Inde consequitur, ut, cum paulo ante adhuc viguerit mentis habitus Medii Aevi proprius, theologica cogitandi ratio S. Thomae — ut cuiuslibet auctoris, qui fuit aetate scholastica — difficilior sit et eiusmodi, ut tempus postulet et laborem ab illis, qui in ea velint assuescere, necnon talis, in qua magis quam antea versentur periti, hisce studiis dediti. Progredientis huius rerum condicionis conscium, recens Concilium Oecumenicum consulto in novo quodam prospectu posuit Ecclesiam se ipsam considerantem et in mundo praesentem, cuius novitatem acriter percipiebat. Numquid hac de causa licet affirmare S. Thomam cuidam veluti hominum ordini esse ascribendum, qui, nedum fidei et veritatis christianae propagationi prosint, huic obsint?

Si quis hanc quaestionem eiusque momentum velit ignorare, ipsi S. Thomae Aquinatis ingenio profecto deest, qui semper quemvis fontem scientiae detegere studuit. Nostris etiam temporibus, quemadmodum nihil dubitamus, ille non minus dispicere niteretur quidquid mutat hominem, eius condicionem, eius cogitandi rationem, eius vitae genus. Gauderet equi-

dem de iis omnibus, quae eum nunc adducerent, ut de Deo modo digniore et magis persuasibili quam umquam loqueretur, non tamen a securitate illa, placida et nobili, discedens, quam sola fides intellectui humano valet impertire.

Ecclesiae filii, altiora studia colentes, non exceptis professoribus et investigatoribus sacrarum disciplinarum, cum multo acrius quam antea intellegant amplas gravesque mutationes invectas necnon necessitatem serio comparandi aetatem cum iis, quae saeculorum decursu quasi vita erant religionis christianae, minus propense S. Thomae aures praebent. Quapropter expedire videtur, ut praecomis, huic ingenio semper tribuendis, quaedam hortamenta iungamus, ad rectum et necessarium usum pertinentia, quem nostris temporibus fieri oportet operis eius, ut ipsius spiritui et cogitatis utiliter inhaereatur.

26. Nequaquam, quod saepius accidit, censeatur doctrinam scholasticam facile adiri posse, quemadmodum ea fuit saeculorum cursu. Non enim sufficit eandem doctrinam resumere una cum « materiali » veluti structura formularum, cum problematum corpore et expositione, qua olim eiusmodi quaestiones tractari consueverant. Talis resumptio non solum fidelitatem veram erga doctrinam huius auctoris in tuto non collocaret, sed etiam in discrimen afferret eius cognitionem, nostra aetate peculiari modo necessariam, immo etiam efficere posset, ut notionum germina, quae mens educere debet, nativam suam vim amitterent.

Quapropter ii imprimis, qui in Ecclesia tamquam pro munere ministerio addicti sunt theologiae studendi eamque tradendi, laborem alacres suscipiant necessarium, ut doctrina Angelici Doctoris, extra arctius circumscriptas fines scholae, in sua vitali ratione comprehendi possit. Sic fiet, ut ductores esse queant eorum, qui, cum ipsis non vacet eiusmodi onus sibi imponere, opus habent ut illius disciplinae praecipua lineamenta, aequilibritatem doctrinalem ac potissimum spi-

ritum, quo omnia eius opera perfunduntur et informantur, cognoscant. Ut patet, hoc opus, ad accommodatam renovationem doctrinalis patrimonii sive Scholastieae sive S. Thomae spectans, exsequendum erit secundum ampliorem rerum prospectum, quem Concilium Vaticanum II, ipso supra allato loco Decreti ***Optatam totius,*** n. 16, luculenter demonstravit: nempe theologiam dogmaticam oportere magis interiusque enutriatur Divinarum Scripturarum ubertate, latius pateat ad ditissima SS. Patrum Orientalium et Occidentalium adiumenta, intentior efficiatur ad ipsam dogmatum historiam, plenius adhaerescat Ecclesiae vitae eiusque liturgiae, fideliusque demum respondeat hominum, qui nunc sunt, necessitatibus pro mutabili rerum humanarum condicione.

27. Altero officio astringuntur ii, qui hac aetate discipuli S. Thomae esse cupiunt: oportet videlicet attentis animis id considerent, quod temporibus nostris maxime interest hominum, quotquot fidem penitius intellegere nituntur; quod nisi fiat, eadem mentes neque permovere neque omnino tangere potest. Etenim, nisi doctrinae hodie vigentes quis sedulo perscrutetur, dispicere non potest, nedum ostendat — comparatione quadam diligenter instituta inter discrepantias et similitudines— hoc vel illud argumentum, ad quod tractandum acceditur quodque theologia penitus illuminat.

Quodsi verae scientiae de Deo et homine grave damnum infertur, si novae doctrinarum formae ignorantur et mens intra praeteritae aetatis fines continetur, id ipsum tum fieri dicendum est, cum magni nominis Doctorum ***a priori*** respuitur disciplina seu schola, atque alimonia hauritur e sola interdumque speciosa doctrina recentiorum temporum. Veri S. Thomae discipuli numquam omiserunt necessariam hanc comparationem instituere. Quot enim ex iis, peculiarique modo periti Sacrarum Scripturarum, philosophiae, historiae, anthropologiae, disciplinarum naturalium et quaestionum oeconomica-

rum socialiumque, suis operibus aperte confirmant sese plurimum tanto Doctori hac etiam in re debere!

28. Ad hasce duas monitiones tertiam adiungimus, necessitatem dicimus exquirendi, ad modum perennis colloquii, viventem quandam communionem cum ipso S. Thoma. Hic enim aetati nostrae magistrum se praebet praeclari modi ratiocinandi, quippe qui ipsam scrutetur originem eorum, quae sunt essentialia, et humiliter amiceque verum excipiat, undecumque proveniens, atque exemplum singulare afferat illius modi, quo thesauri et supremae postulationes mentis humanae atque res altissimae, quae in Dei verbo continentur, inter se conveniant oporteat. Ipse nos docet intellegentes esse in fide, ac quidem plene atque animose tales esse. Quod si fit, ratio novis augescit incrementis, siquidem intellegentia, cum se impendit pro iis omnibus, sive magni sunt sive parvi, quorum theologus per fidem est frater, ob huiusmodi munus spiritualis veluti ducatus et ob Dei gloriam inde consequentem, honorem accipit pro honore, lumen pro lumine.

29. Quemadmodum supra est expositum, ut quis nostris temporibus fidelis sit S. Thomae discipulus, satis non est sibi proponere id facere — ac quidem per sola subsidia, quae nostra suppeditat aetas — quod ipse suis fecit temporibus. Qui eum imitari velit, progrediatur autem quasi in via aeque ab eius via distante, nihil ab eo accipiens, is difficulter ad prosperum exitum perveniet, vel saltem Ecclesiae et mundo illud lucis non praebebit adiumentum, quo indigent. Non enim habetur vera et fecunda fidelitas, nisi de S. Thomae veluti manu accipiantur principia, quae sunt totidem lumina, quibus quaestiones philosophicae gravioris momenti illustrentur ac fides aetate hac nostra melius intellegatur; itemque ipsius praecipua doctrinae capita ac notiones, ut ita dicamus, dynamicae. Ita profecto fieri potest, ut Angelici doctrina, quatenus

iugiter referatur ad auctiores usque profanarum disciplinarum progressus, vi huius mutuae veluti fecundationis, nova semper ubertate vitae florescat. Quemadmodum praecellens theologus e sacro Cardinalium Collegio recens asseveravit, ***optima ratio Sanctum Thomam honorandi semper in eo posita est, ut veritatem penetremus, cui ipse servivit, et, quantum pro viribus nostris possumus, ostendamus, quantopere eadem capax sit ad excipiendas illas res, quas humanum ingenium progredientibus aetatibus invenit"***

30. Haec sunt, quae S. Thomas egregie perfecit, quaeque commemoranda censuimus, saeculari hac celebritate, fore omnino confisi, ut eadem Ecclesiae bono valde prodessent. Nolumus autem Litteris Nostris finem imponere, nisi illud etiam mente recolamus, quod sanctus Ecclesiae Doctor — ut primus eius vitae narrator asserit — ***non solum ex claritate doctrinae scholares plus ceteris ad amorem scientiae provocavit,***[45] sed etiam praeclarissimum praebuit sanctitatis exemplum, aequalibus et posteris imitandum. Satis esto referre memoranda illa verba quae, instante brevis terrenae peregrinationis exitu, protulit quaeque videntur eius vitae quasi dignissimum sigillum: ***Sumo te pretium redemptionis animae meae, sumo te viaticum peregrinationis meae, pro cuius amore studui, vigilavi, et laboravi, te praedicavi et docui, nihil contra te dixi unquam, sed si quid dixi, ignorans dixi nec sum pertinax in sensu meo, sed si quid male dixi de hoc Sacramento et aliis, totum relinquo correctioni Sanctae Romanae Ecclesiae, in cuius oboedientia nunc trans eo ex hac vita.***[46]

Sine dubio, propterea quod ille sanctus fuit — ac quidem ***sanctissimus inter doctos et doctissimus inter sanctos,*** ut de eo

[44] Charles Card. Journet, *Actualité de saint Thomas,* Praef., Paris-Bruxelles 1973.
[45] *Vita 8. Thomae Aquinatis* auctore Guillelmo de Tocco, cap. XIV: ed. mem., p. 81.
[46] *Ibid.,* cap. LVIII: ed. mem., p. 132.

est dictum[47] — Leo XIII, Decessor Noster, eundem non solum ut magistrum ducemque proposuit, sed etiam caelestem Patronum scholarum omnium catholicarum cuiusvis ordinis et gradus declaravit et instituit,[48] quem titulum Nos confirmare gaudemus.

Cupientes ergo, ut hisce faustis sollemnibus ad honorem tanti viri salutares fructus edantur non solum in bonum Ordinis Fratrum Praedicatorum, verum etiam in universae Ecclesiae utilitatem atque profectum, tibi, dilecte Fili, sodalibus tuis cunctisque ecclesiasticarum scholarum doctoribus et alumnis, qui optatis Nostris satisfacient, Benedictionem Apostolicam, superni luminis et roboris auspicem, libenti animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xx mensis Novembris, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

PAULUS PP. VI

[47] Cfr. *Discorsi di Pio XI,* Torino 1960, vol. I, p. 783.

[48] Litt. Apost. *Cum hoc sit,* De Saneto Thoma Aquinate Patrono caelesti studiorum optimorum cooptando: *Leonis XIII Pont. Max. Acta, H,* Romae 1882, pp. 108-113.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Eduardum Tamayo Gas que, Venetiolanae Reipublicae liberis cum mandatis Legatum, Summo Pontifici Litteras commissi muneris testes tradentem. *

Señor Embajador:

Nos es sumamente grato dar hoy la bienvenida a Vuestra Excelencia en este acto de presentación de sus Cartas Credenciales, como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República de Venezuela ante la Santa Sede.

Las deferentes expresiones de Vuestra Excelencia testimonian la íntima adhesión con que el Gobierno y pueblo venezolanos se sienten vinculados a esta Sede Apostólica. Queremos ver también en ello un atestado de reconocimiento a la continuada tarea que la Iglesia ha sabido llevar a cabo en su país, para implantar el mensaje divino de salvación y para conducir al hombre a realizar su vocación eterna.

Fiel al mandato de Cristo, la Iglesia seguirá dispensando esta su obra con reiterada voluntad de servicio. No le pasan desapercibidas las condiciones de vida del hombre moderno, con los profundos cambios operados en el aspecto social y cultural, que obligan casi a pensar en una nueva época de la historia humana.[1] Esto constituye ya de por sí un estímulo para todos a tomar viva conciencia del sentido y valor de las conquistas del mundo actual.

Pero no es menos urgente la necesidad de hacer confluir todos estos resultados, mediante cauces aptos de comunicación y de participación, hacia una promoción auténtica, en lo moral y espiritual, de la persona. Es precisamente ésta la que, por su dignidad inviolable, debe no sólo constituir el objetivo primordial, sino también servir de base en todo proceso de desarrollo. De lo contrario, ese mismo desarrollo no pasaría de alimentar esperanzas artificiales, fundadas más que nada en efímeras perspectivas de consumo, con el riesgo de quedar subordinadas a metas inferiores incluso las mejores energías de la inteligencia y la voluntad.

* Die 28 mensis novembris a. 1974.

[1] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 54.

A este respecto, no podemos menos de subrayar con cuánto esmero se ha dado prioridad en su país a fomentar los ideales de paz y de justicia que tanto ennoblecen a una sociedad ordenada y pacífica, proyectada sobre un patrimonio cultural, que reserva y comunica grandes experiencias espirituales para que sirvan de provecho a toda la comunidad.[2]

En este contexto se inserta también el encomiable empeño puesto por el Episcopado venezolano, secundado por autoridades, sacerdotes y fieles —como Vuestra Excelencia ha querido poner de relieve en su discurso— para discernir las exigencias propias de la institución familiar : ello demuestra un interés especial por cultivar con la máxima dedicación esa célula de la sociedad, donde la vida se enriquece con la comunión personal, mucho más cuando se convierte en testimonio claro del sacramento de amor entre Cristo y la humanidad redimida.

Señor Embajador : No queremos terminar estas palabras sin antes asegurarle toda nuestra benevolencia y apoyo para el feliz cumplimiento de la alta misión que le ha sido confiada. Y, con nuestro sincero agradecimiento por todo cuanto nos ha expresado en nombre del Excelentísimo Señor Presidente de la República y Gobierno, rogamos a Vuestra Excelencia hacerse intérprete de nuestros mejores votos de prosperidad para las autoridades y para todos los amadísimos hijos de Venezuela, sobre la cual invocamos copiosas bendiciones divinas.

II

In Aula Consistoriali, cum « Praemium Pacis a Ioanne XXIII » sollemni caerimonia Instituto Internationali v.d. UNESCO traderetur, E.mis Patribus purpuratis, Exc.mis Praesulibus ac Viris e Legatorum Coetu ceterisque adstantibus. *

Messieurs les Cardinaux,
Messeigneurs,
Mesdames et Messieurs,

Nous sommes d'autant plus heureux et honoré de votre présence, d'autant plus reconnaissant de vous avoir non seulement comme spectateurs, mais comme témoins actifs du geste que nous venons d'accomplir, que cette Audience revêt pour nous une signification partie ni ière, bien

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 53.

* Die 30 mensis novembris a. 1974.

plus précieuse selon nous que le prix lui-même, dont la valeur, en vérité, est plus symbolique que substantielle. En mémoire de notre vénéré et regretté prédécesseur Jean XXIII et dans son esprit, nous avons remis ce prix, consacré à la promotion de la Paix, à PUNESCO, c'est-à-dire à l'Organisation des Nations Unies pour l'Education, la Science et la Culture, dans la personne des deux illustres Directeurs de cette désormais célèbre et méritante institution mondiale, le Directeur sortant et son successeur. Le premier, Monsieur René Maheu, nous est bien connu. Durant les douze années pendant lesquelles il a exercé ses hautes fonctions, nous avons eu l'occasion de le rencontrer personnellement, de l'écouter au cours de conversations fructueuses sur des thèmes d'intérêt commun, d'admirer l'ampleur et la noble inspiration de son activité ; le second, Monsieur M'Bow, est le bienvenu : ancien ministre de l'Instruction Publique dans son pays, le Sénégal, il donne le témoignage apprécié et attendu, dans le contexte de la civilisation internationale, de l'originalité foncière et de la maturité culturelle du jeune et grand continent africain.

La signification particulière de la remise de ce prix nous semble provenir de la rencontre de deux organismes, le Siège Apostolique et l'UNESCO, sur le chemin de la Paix. Suivant Pun et l'autre leur propre itinéraire, voici qu'ils se retrouvent pour célébrer ensemble ce très haut idéal, la Paix, qui apparaît toujours davantage comme un phare orientant la civilisation.

Que le Siège Apostolique soit orienté d'une manière originale, connaturale et constitutionnelle à la promotion de la Paix dans le monde, ne peut être un objet d'étonnement pour personne, pensons-Nous, si l'on se rappelle d'où l'Eglise catholique et son centre, « principe et fondement perpétuel et visible » de son unité, tirent leur élan. Ils le tirent en effet du Christ, dont la venue en ce monde fut saluée par l'annonce céleste de la Paix, d'une Paix nouvelle. Cette Paix, en rapport fécond et inépuisable avec une Paternité divine transcendante, est fondée sur le principe messianique, paradoxal mais désormais invincible, d'une fraternité universelle. Elle s'affirme et se régénère sans cesse au souffle mystérieux et ineffable, mais souverainement humain, d'un Esprit qui permet aux langues les plus diverses de s'exprimer et de se comprendre dans une conversation amicale et cordiale. Telle est, on le sait, la manifestation de l'Eglise catholique dans le monde : réalité ancienne et dynamique, elle se sent doublement appelée à se montrer vivante et présente. Le premier appel lui vient de sa propre histoire : au cours du

récent Concile, elle a repris une conscience plus vive de sa vocation originelle à être maîtresse de Paix universelle; il ne faut pas tarder à proclamer celle-ci aux hommes, parce qu'ils sont des hommes, c'est-à-dire qu'ils sont tous membres d'une même famille, l'humanité. Le second appel provient de l'anxiété que les hommes eux-mêmes éprouvent lorsqu'ils doivent résoudre le problème capital de vivre ensemble dans le monde, en une harmonie concordante et organique ; cette vie ensemble a d'autant plus besoin d'un effort inlassable de mise en œuvre que, d'une part, la maturité de son progrès démontre la logique et la nécessité de la Paix, comme le caractère criminel et absurde de la guerre, et que, d'autre part, demeure toujours instable et fragile la « tranquillitas ordinis » qui justement définit la Paix.

La Paix, disions-Nous, est nécessaire ; la Paix est possible ; voilà en quelque sorte des dogmes humains qui finalement résultent, à l'évidence, de la Religion dont l'Eglise tire sa raison d'être.

La Paix, surtout depuis les Messages de Noël du Pape Pie XII et l'Encyclique *Pacem in terris* du Pape Jean XXIII, est donc devenue le programme de notre présence apostolique dans le monde; et la voix avec laquelle nous l'annonçons veut être d'autant plus claire et persuasive, que cette présence est plus libre et dégagée de toute entrave dans ses rapports avec le monde, même dans le jeu toujours renaissant, fébrile et contrastant des intérêts humains. Etranger que Nous sommes et que Nous devons être à l'ordre temporel et politique, Nous osons, tel un humble prophète et un poète persuasif, faire de la Paix notre habituelle salutation cordiale à vous tous, hommes de la terre : la Paix soit avec vous !

Et voici alors la rencontre. C'est une rencontre à un niveau idéal très élevé. Et c'est précisément à cette hauteur idéale que Nous avons rencontré l'UNESCO par notre adhésion et notre admiration pour le principe sur lequel se fonde et dont dérive son activité multiforme et prévoyante, c'est-à-dire que « la Paix doit être établie sur le fondement de la solidarité intellectuelle et morale de l'humanité ».

Mais disons-le tout de suite : lorsque la rencontre d'aujourd'hui a été fixée, on ne prévoyait pas l'événement qui a ému ces jours-ci une si grande partie du monde de la culture, à savoir certaines délibérations de la récente Conférence générale de l'UNESCO. Nous voici alors par surprise en face d'un fait qui trouble dans l'opinion publique la sérénité de cet heureux moment. C'est pourquoi Nous exprimons d'autant plus le souhait que ce cas imprévu puisse trouver une solution ra-

pide, confiant comme Nous le sommes dans le commun désir de justice et de paix des parties en cause. Et Nous le souhaitons en pensant que les premiers à s'en réjouir seront les hôtes illustres que nous avons aujourd'hui l'honneur de compter parmi nous, les Dirigeants, et donc les représentants de l'UNESCO, à cause du caractère universel et pacifique de cette Organisation et, comme on l'a dit, de l'esprit de tolérance qui est le sien, étrangère qu'elle est aux compétitions politiques et toujours cohérente avec ses buts propres, pédagogiques, scientifiques et culturels, comme en témoigne son intérêt pour les valeurs historiques, artistiques et religieuses d'un territoire qui est pour nous tous très cher et sacré.

Et nous voici ramenés par cette évocation — à laquelle il faudrait joindre avec une mention spéciale le rappel par exemple des interventions de l'UNESCO en faveur de la Nubie et de Venise —, nous voici ramenés, disions-Nous, aux mérites authentiques de l'activité de l'UNESCO en faveur de la Paix, non seulement en ce qui concerne des lieux géographiques, mais, et bien davantage encore, des situations morales, dans lesquelles les besoins de l'humanité réclament et reconnaissent comme sage et providentielle l'œuvre de cette grande institution qui vise, nous le savons, la promotion de l'éducation, de la science et de la culture : qu'il suffise de citer la campagne mondiale en faveur de l'alphabétisation.

Mais de ces mérites de l'UNESCO, qui la qualifient aussi à notre regard avide de rencontrer dans le panorama humain les signes des efforts œuvrant pour la Paix, il a déjà été abondamment parlé par notre zélé collaborateur, Monseigneur Giovanni Benelli, ancien Observateur du Saint-Siège auprès de l'UNESCO, qui s'est rendu récemment à Paris pour annoncer à la Conférence générale de l'UNESCO réunie en Assemblée plénière, l'attribution du Prix de la Paix, qui porte le nom du Pape Jean XXIII, précisément à l'UNESCO, en reconnaissance de son œuvre. Vous n'êtes certainement pas sans en avoir tous recueilli vous-mêmes l'écho.

On pourrait donc penser que tout ce qui a été dit — au moins à grands traits — suffît à justifier notre geste amical : ce que vous êtes par rapport à la Paix, vous les illustres et valeureux représentants de l'UNESCO, ce que vous faites et ce que vous avez déjà accompli en sa faveur, tout cela mérite à nos yeux reconnaissance et donc que vous soit décerné le prix portant le nom de notre eminent et vénéré Prédécesseur, le Pape Jean XXIII. Non seulement son nom Nous autorise à

considérer votre passé et votre présent pour le trouver digne de vous conférer cette distinction significative, mais ce nom béni Nous incite en outre à regarder plus loin, à voir votre avenir, qui constitue pour Nous et pour ceux qui vous connaissent une promesse tout aussi digne de félicitations et d'encouragements que le sont les années déjà écoulées. Vous êtes un motif d'espoir pour la Paix de l'humanité et de la civilisation futures : la charte constitutive de votre Organisation en témoigne. Vous êtes projetés, tels des hérauts de Paix, dans l'histoire future. Vous faites de l'éducation, de la science et de la culture, des éléments de poids et d'une importance étonnante pour la fusion spirituelle et universelle des peuples. La politique, que vous laissez à d'autres organismes le soin de promouvoir — spécialement à l'ONU, dont vous tirez inspiration et force pour votre entreprise — réussira, nous l'espérons, à établir une cohésion pacifique, des relations juridiques et économiques organiques, une cohabitation équilibrée et ordonnée entre les Nations ; oui, mais vous cherchez à former une communion, vous travaillez pour la fraternité des peuples sur la terre. Vous essayez de donner une pensée commune à l'humanité; vous vous faites les promoteurs d'une sociologie uniforme de la culture ; vous rendez possible un langage civil identique entre les hommes. « L'UNESCO — écrit Monsieur Maheu — est une entreprise d'organisation de rapports internationaux concernant les activités de l'esprit en vue de promouvoir les droits de l'homme et de concourir à l'établissement d'un régime de paix juste et durable)).* En agissant ainsi, vous accomplissez un travail de sensibilisation silencieuse mais prodigieuse des esprits, qui semblent par ailleurs, à cause du progrès même de la civilisation, s'armer psychologiquement et techniquement pour une guerre formidable et apocalyptique, qui ne devrait jamais éclater mais qui, hélas, demeure encore possible et terriblement plus facile. Vous dissipez, pour votre part, le cauchemar d'une aussi déplorable et impensable fatalité. Vous rendez plus serein l'horizon de l'histoire à venir, vous redonnez aujourd'hui la Paix au monde en la lui assurant pour demain.

Est-il un mérite plus grand dans le concert des peuples? Et peut-il y avoir un titre meilleur pour rapprocher votre organisme du nôtre qui s'appelle assemblée de frères? Telle est en effet Pétymologie du nom même de l'Eglise, et Nous espérons et Nous œuvrons de toutes nos forces pour qu'elle le soit en réalité. Notre chemin est-il parallèle

[1] Cfr. Dans l'esprit des hommes, UNESCO, 1971, p. 313.

au vôtre? Oui, sur des plans divers, en cet instant, Nous le constatons. Parallèle, dans le sens de l'indépendance réciproque, de la communauté respective de finalité, et Nous pouvons aussi le dire, dans l'heureuse possibilité de s'intégrer l'un l'autre à certains moments, sans se confondre. Notre religion est une religion de Paix. Votre œuvre est une œuvre au service de la Paix.

Nous conclurons sur cette observation pour expliquer la raison de ce Prix qui veut avoir, malgré sa modestie au regard de la cause à laquelle il est destiné, une haute signification, comme une réminiscence biblique, celle de la célébration d'une idée-lumière, d'une idée-force, la Paix ; celle de la proclamation d'un devoir impérieux et universel, la Paix; celle de l'annonce d'une espérance positive et ineffable, la Paix.

Permettez-nous par conséquent de laisser la parole à celui dont ce prix porte le nom bon et prophétique, au Pape Jean XXIII, qui dans son Encyclique *Pacem in terris* nous a donné comme en testament cet avertissement : « A tous les hommes de bonne volonté incombe une tâche immense, celle de rétablir les rapports de la vie en société sur les bases de la vérité, de la justice, de la charité, et de la liberté : rapports des particuliers entre eux, rapports entre les citoyens et l'Etat, rapports des Etats entre eux, rapports enfin entre individus, familles, corps intermédiaires et Etats d'une part et communauté mondiale d'autre part. Tâche noble entre toutes, puisqu'elle consiste à faire régner la paix véritable, dans l'ordre établi par Dieu ».[2]

III

Ad Excellentissimum Virum Caesarem Guardo, Reipublicae Argentinae apud Sedem Apostolicam liberis cum mandatis Legatum, qui Summo Pontifici Litteras concrediti muneris fidem facientes tradidit. *

Señor Embajador:

Con profundo aprecio y agradecimiento hemos escuchado las deferentes y devotas expresiones que Vuestra Excelencia acaba de dirigirnos al presentar las Cartas que le acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República Argentina ante la Santa Sede.

[2] *A.A.S.* 55 (1963), pp. 301-302.

* Die 3 mensis decembris a. 1974.

Le damos nuestra cordial bienvenida y le manifestamos con íntima complacencia el gran afecto que sentimos por los amados hijos de su noble país.

Muchos y profundos son los vínculos que a lo largo de su secular historia han unido, en fructuosa y feliz intercomunicación, a la Nación Argentina con la Santa Sede, Ha sido como un fruto connatural del arraigado sentido cristiano del pueblo argentino, que ha sabido incorporar a sus reconocidos valores y virtudes, en lo humano, en lo cultural y social, la inspiración superior de los valores trascendentes que, teniendo su origen en Dios, constituyen una llamada perenne hacia metas más altas para el espíritu y para la misma convivencia humana.[1]

Vuestra Excelencia ha aludido en su discurso a los esfuerzos que desplegamos en favor de la verdad, la justicia, la libertad y la paz en el mundo. Pieles al mandato de amor universal enseñado por Cristo, no podemos menos de sentir la solicitud por todas las Iglesias,[2] **más aún, por todos los hombres, a quienes deseamos servir en todo lo posible, ofreciéndoles la luz de lo alto que esclarece las mentes, guía las conciencias y fortalece los propósitos en la afanosa búsqueda del verdadero sentido y destino último de las cosas y de la humanidad.**[3]

No es otro el deseo que ha animado y anima a la Iglesia en Argentina cuando ha tratado de inculcar siempre en sus fieles la necesidad de desarrollar las innumerables exigencias perfectivas que entraña el mensaje cristiano, invitándoles a esperar en una tierra y en un cielo nuevos, sin amortiguar por ello « la preocupación por perfeccionar esta tierra, donde crece el cuerpo de la nueva familia humana ».[4]

La conciencia permanente y activa de esta fraternidad universal en Dios y de la consiguiente exigencia de una solidaridad dinámicamente vivida y constantemente renovada entre quienes caminan hacia una misma meta, podrá ser fuente inspiradora de sentimientos convergentes y de esfuerzos generosos para que todos y cada uno de los argentinos afiancen la paz en la concordia de los espíritus y la reconciliación en todo el ámbito de sus relaciones e instituciones.

Es esto lo que ardientemente deseamos para la Nación Argentina, especialmente en los delicados momentos presentes. Y es un voto que

[1] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** ***Gaudium et spes,*** **n. 27.**

[2] **Cfr.** ***2 Cor.*** **11, 28.**

[3] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** ***Gaudium et spes,*** **n. 3.**

[4] **Ibid., n. 39.**

encuentra resonancias apremiantes en nuestro ánimo ante la llamada que brota de los objetivos propuestos para el Año Santo.

Señor Embajador : al iniciar la alta misión que le ha sido confiada por la señora Presidente de su país —cuyo saludo agradecemos, evocando todavía su reciente visita— le aseguramos nuestra benevolencia y apoyo para el feliz desarrollo de la misma. Asimismo invocamos para Vuestra Excelencia, para las autoridades y para todos los amadísimos hijos argentinos copiosas bendiciones del Altísimo.

IV

Sodalibus e Societate Iesu qui ad religiosae suae communitatis Praesidum Coetum Romam convenerunt. *

Venerandi ac dilectissimi Nobis Societatis Iesu Sodales,

Dum vos coram hodie admittimus, rursus ea laetitia eaque trepidatio animum commovent Nostrum, quibus iam affecti sumus tum die septimo mensis Maii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, cum trigesima prima Congregatio Generalis vestrae Societatis initium cepit, tum die quinto decimo mensis Novembris insequenti anno, cum eadem Congregatio conclusa est. Magnam laetitiam in primis Nobis affert praesentia vestra, ob paternae ac sincerae caritatis effusionem, quam non gignere non potest quaelibet congressio Vicarii Christi cum religiosis Ignatianis sodalibus, sed praesertim ob christiani apostolatus fidelitatisque testificationes, quas Nobis praebetis et de quibus admodum gaudemus; at quadam etiam trepidatione afficimur, ob causas de quibus postea dicturi sumus. Magnum igitur momentum hodierno huic occursui tribuimus : sive propter initium laborum trigesimae secundae Congregationis Generalis, quae de more occasionem huius colloquii exhibet, sive etiam propter eius significationem, historia dignam, quae minime circumscribitur peculiaribus adiunctis huius colloquii, sed ultra progreditur. Agitur enim de ignatiana Societate universa, quae, post plus quam quattuor saecula itineris sui, Romae congregatur, coram Summo Pontifice, ac fortasse cogitationem intendit ad prophetica illa verba, quae in visione audita sunt prope Urbem in loco «La Storta» vulgo vocato : *Ego vobis Romae propitius ero.*[1]

* Die 3 mensis decembris a. 1974.

[1] P. Tacchi-Venturi, S.I. *Storia della Compagnia di Gesù in Italia, narrata col sussidio di fonti inedite,* vol. II, p. I, Roma 1950, 2* ed., p. 4, n. 2; P. Ribadeneira, *Vita Ignatii,* cap. IX: *Acta Sanctorum Julii,* t. VII, lntverpiae 1731, p. 683.

Vos plane estis conscii, sicut Nosmetipsi etiam conscii sumus, nunc horam verti quasi decretoriam pro Societate vestra ; quo flt ut in animos vestros confluant memoriae, animi affectus, praesagia, quae spectant ad vestram futuram sortem atque ad munus vestrum in vita Ecclesiae. Cum vos coram cernimus, personam gerentes omnium vestrarum Provinciarum, quotquot in toto terrarum orbe sunt, oculis obversatur Nostris veluti universa Ignatiana familia, scilicet circiter triginta milia religiosorum sodalium, qui pro Dei Regno adlaborant atque magni pretii operam conferunt ad apostolica ac missionalia Ecclesiae incepta ; de religiosis viris agitur, qui in animarum salutem incumbunt atque saepe vitam suam totam in silentio atque hominibus occultam transigunt. Unusquisque ex his vestris fratribus vota procul dubio ex imo pectore profert pro hac Congregatione, quorum multa per exhibita « postulata » significata sunt, quaeque ideo postulant a vobis, qui dele gati estis, sedulam aestimationem magnamque observantiam. At videtur Nobis qualitas ponderanda esse potius quam numerus harum postulationum, quae, sive aperto sive tacito modo, sine dubitatione complectuntur propositum sese conformandi ad vocationem et ad charisma proprium Ignatianae sodalitatis, quod sine ulla intermissione vobis a maioribus traditum est; propositum etiam complectuntur sese conformandi ad Dei voluntatem, precando humiliter quaesitam ; propositum denique accedit sese conformandi ad voluntatem Ecclesiae, secundum spiritualem illam impulsionem, quae iam suffulsit Societatem Iesu, eam adhuc suffulcit atque in posterum semper suffulciet.

Plane compertam habemus peculiarem huius momenti gravitatem, quae requirit a vobis non suetam atque ordinariam vestri muneris perfunctionem, sed potius considerationem diligentem ac synteticam, liberam ac plenam de praesenti statu vestrae Societatis, ut inde pateat quomodo se habeat ad difficultates et ad quaestiones, quibus hodie ipsa premitur. Haec vos praestare debetis summa cum sagacitate atque supernaturali spiritu unice ducti, cum vestrae vitae religiosae ratio comparanda sit cum iis quae in mundo et in vestra Societate accidunt ; praeterea nonnisi Spiritus Sancti voci pronas aures praebeatis oportet, ductui ac lumini obsequentes Magisterii ecclesiastici; ideoque vos in opportunis consiliis capiendis gerere debetis humiles, animosos ac firmos, ne longius proferatur incerta rerum condicio, quae, nisi ei obviam eatur, periculorum plena fore praevidetur. Haec omnia, tamen, a vobis cum fiducia peragantur.

Ad Nos quod attinet, nostram fiduciam vobis confirmamus ; vos sincere diligimus vosque pares esse existimamus illi rerum renovationi atque restaurationi inducendis, quae ab omnibus exspectantur.

En hodierni huius occursus significatio, quam vobis ad meditandum proponimus. Qua de re vobis iam mentem Nostram aperuimus per litteras, quas Noster Cardinalis Secretarius Status, mandato Nostro, dedit die vigesimo sexto mensis martii anno millesimo nongentesimo septuagesimo ac die quinto decimo mensis februarii anno millesimo nongentesimo septuagesimo tertio; idque Nosmetipsi fecimus per litteras Nostras, a verbis incipientes *In Paschae sollemnitate,* quas die decimo quinto mensis septembris superiore anno scripsimus ad Praepositum Generalem ac, per eum, ad omnes sodales Societatis Iesu.

Illarum litterarum sententias resumentes, quas, ut Nobis in optatis erat, a vobis sedulo considerateque perpensas esse speramus, nunc vos alloquimur peculiari amore peculiarique sollicitudine permoti, nomine Christi, atque etiam — ut vobis placet Nosmetipsos habere — qua Moderator supremus Instituti vestri, vi singularis illius vinculi, quo Societas Iesu inde ab ortu cum Romano Pontifice coniungitur. In hac Societate Summi Pontifices spem magnam semper collocaverant.

Nos autem, qui occasione superioris Congregationis Generalis vobis peculiare munus commisimus atheismum oppugnandi idque censuimus veluti hodiernam rationem observandi vestrum votum oboedientiae erga Summum Pontificem,[2] hodie, initio laborum vestrorum in quos universa Ecclesia respicit, curas iterum ad vos convertimus, hoc ducti proposito, ut vos ad meditandum confirmemus atque incitemus ; in vobis aspicimus veluti in unum collectam magnam vestram religiosam Familiam, quae parumper sistit ac de terenda via consilium capit.

Hac hora, trepidationis plena, quae sessiones vestras praecedit quaeque iubet nos diligentissima animi attentione audire, *quid Spiritus dicat* vobis et Nobis,[3] menti Nostrae tres interrogationes occurrere videntur, quibus quidem respondendum esse censemus, scilicet : *Unde venitisf Qui estis? Quo pergitisf*

Nos hic coram vobis adstamus, milliarii lapidis instar, ad dimetiendum, quasi uno oculorum obtutu, iter a vobis adhuc confectum.

I. *Unde, igitur, venitisf* Cogitatio Nostra pervolat ad saeculum decimum sextum, varium sane atque implicatum, quod hodierni civilis cultus

[2] *A.A.S.* 57 (1965), p. 514: 58 (1966), p. 1177.

[3] Cfr. *Apoc.* 2, 7, etc.

hodiernique doctrinarum cursus fundamenta iaciebantur, atque Ecclesia, instante christianorum discessionis periculo, novam ingressa erat aetatem, opus promovendo religiosae ac socialis renovationis, quod in precatione atque caritate erga Deum et fratres innitebatur, hoc est in studio sanctitatis acquirendae quam maxime sincerae. Illud tempus erat, quo animi alliciebantur novo quodam cogitandi modo de homine ac de mundo, qui — etsi haec habenda non est verior facies illius motus, quem ((humanismum » appellant — saepe in eo erat ut Deum prorsus a vita et ab historiae cursu removeret ; de mundo praeterea agebatur, qui iam latius patebat ob novas terras recens repertas, ideoque plures ob causas — nempe ob rerum perturbationes, cogitationes, investigationes, restaurationes, animorum studia, appetitiones et cetera — haud parum mundo nostrae aetatis similis erat.

In hac rerum condicione, turbulenta sed splendida, vitam duxit S. Ignatius. Quamobrem si quaerimus : *Unde venitisf,* ad nos pervenire videtur *tamquam vox aquarum multarum** vox e remotis saeculis erumpens omnium sodalium vestrorum una simul clamantium : Nos ab Ignatio de Loyola venimus, Conditore nostro; ab eo viro venimus, qui sua imperitura vestigia impressit non solum in religiosa Familia ab ipso condita sed in universa quoque Ecclesia, ad christianae pietatis et apostolatus cursum quod attinet.

— Cum ipso a Manresa urbe venimus, a sacro specu qui testis fuit progredientium spiritualium ascensionum, quas magna eius anima experta est, scilicet a serena pace qua incipientes fruuntur, usque ad purificationes, quae per ((noctem spiritus » habentur, et usque ad fastigium mysticarum gratiarum, quod ipse attigit per visiones Sanctissimae Trinitatis.[5] Tunc prima lineamenta adumbrata sunt illius operis, quod saeculorum decursu tantopere contulit ad christianorum pietatem fovendam, eorum animos ad Deum dirigendo : *Exercitia Spiritualia* dicimus, quae, inter alia, christianum docent offerre *magno animo atque liberali... totum studium et arbitrium suum ... suo Creatori, ut de se suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum servire possit iuxta eiusdem beneplacitum*[6]

[4] *Apoc.* 1, 15.

[5] Cfr. Huço Rahner, *Ignatius von Loyola u. das geschichtliche Werden seiner Frömmigkeit,* Graz 1947, cap. III.

[6] *Annotaciones,* 5; *Monumenta Ignatiana,* series secunda, *Exercitia Spiritualia S. Ignatii de Loyola et eorum Directoria,* nova editio* tom. I, Rxerc. Spir. : MHSI, vol. 100, Romae 1969, p. 146.

— Cum Sancto Ignatio — vos rursus Nobis respondens — ab illo *Monte Martyrum* venimus, ubi Legifer Pater noster, die quinta decima mensis Augusti, anno millesimo quingentésimo trigesimo quarto, post Missam a Petro Fabro celebratam, una cum eo, cum Francisco Xaverio, cuius hodie festum recolitur, cum Salmerón et Lainez et Rodrigues et Bobadilla, vota nuncupavit : quae vota veluti verna gemma fuerunt, e qua postea Romae vestra effloruit Societas.[7]

— Item cum Sancto Ignatio — vos pergitis — nunc in urbe Roma sumus, unde una cum ipso, Successoris Petri benedictione muniti, profecti sumus, inde ab eo tempore quo Paulus III, post inflammatam laudationem a Cardinali Gaspare Contarini habitam vertente mense septembri, anno millesimo quingentésimo trigesimo nono, primum Societatem verbis approbavit ; quae approbatio praelusit Bullae *Regimini Ecclesiae Militantis,* quae, edita die vigesimo septimo mensis Septembris, anno millesimo quingentésimo quadragesimo, suprema Ecclesiae auctoritate ortum sanxit novae Societatis Presbyterorum. Novitas autem huius Instituti, in eo Nobis videtur esse posita, quod Legifer Pater vester plane perspexerat suorum temporum necessitates, quae postulabant, ut homines praesto essent prorsus expediti, parati omnia relinquere et quodvis suscipere munus, quod Romanus Pontifex indicaret atque, ipsius iudicio, Ecclesiae bonum requireret, omnibus semper Dei gloriae posthabitis : *Ad Maiorem Dei Gloriam.* At Sanctus Ignatius longius prospiciebat, quam illa poscebant tempora : his verbis, enim, *Quinque Capitula* concludebat : *Haec sunt quae de nostra professione typo quodam explicare potuimus, quod nunc facimus ut summatim scriptione hac informemus tum illos qui nos de nostro vitae instituto interrogant, tum etiam posteros nostros si quos, Deo volente, imitatores habebimus huius vitae.*[8]

Maiores vestri vos tales voluerunt, tales vos orti estis : quae facta, ut ita dicamus, Societatem vestram quodammodo describunt, sicut ex antiquis eius fontibus eruitur, eiusque praecipua statuunt lineamenta, itemque illam vim dynamicam tribuunt, qua per saeculorum decursum Institutum vestrum semper suffultum est.

II. *Qui igitur sitis* pernovimus. Ut enim in Nostra Epistula *In Paschae sollemnitate* brevius diximus, vos esse scimus membra Ordinis religiosi, apostolici, sacerdotalis, qui singulari admodum amoris ac

[7] P. Tacchi-Venturi, *op. mem.,* vol. II, parte I, p. 63 sq.

[8] P. Tacchi-Venturi, op. *mem.* vol. I, parte II, Roma, 2' ed. 1931, p. 189.

servitii vinculo cum Romano Pontifice est iunctus, ea scilicet ratione quae in *Formula Instituti* exponitur.

Sodales estis religiosi, ideoque viri et orationi evangelicaeque Christi imitationi addicti, et supernaturali praediti spiritu, quem sartum tectum tuentur ac protegunt religiosa *vota* paupertatis, castitatis et oboedientiae; quae quidem, nedum libero personarum statui obstent, quasi quaedam sint reliquiae aetatum ob socialem cultum obsoletarum, apertam revera testantur voluntatem libertatis assequendae secundum spiritum Dominici Sermonis in Monte; per haec scilicet officia is qui divinitus vocatur — quemadmodum Concilium Vaticanum II subtiliter expressit — *ut ... gratiae baptismalis uberiorem fructum percipere queat, (...) liberari intendit ab impedimentis, quae ipsum a caritatis fervore et divini cultus perfectione retrahere possent, et divino obsequio intimius consecratur.*[9] Qua religiosi sodales, viri estis vitae severitatis retinentes, ut Dei Filium imitari possitis, qui *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens,*[10] quique *propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis;*[11] qua religiosi igitur, sedulo oportet caveatis, ne quis — ut dicta in Epistula scripsimus — *facile se illi accommodet mentis habitui, qui, sacro exutus, pronus est in tot formas hodiernas vitae practicae agendae;* item agnoscatis praeterea et vivatis — forti sane animo ac modo in exemplum proponendo — *utilitatem asceticam et opportunitatem animos formandi (...), quae in vita communi insunt,* eam integram servantes adversus *individualismi,* ut aiunt, Uberiorisque singularitatis sollicitationes.

Vos insuper estis *apostoli:* Evangelii nempe praecones, qui quoquoversus mittimini pro germana illa indole, quae vestrae Societatis imaginem distinguit : viri igitur quos ipse Christus mittit in mundum universum, ad sanctam suam doctrinam inter cuiusvis ordinis condicionisque homines disseminandam.[12] Haec sane fundamentalis ac pernecessaria nota est fidelis Sodalis Ignatiani, qui in Exercitiis itemque in Constitutionibus impulsiones potest identidem reperire ad virtutes sibi peculiares excolendas, a S. Ignatio propositas, idque validiore usque ratione, vehementiore animi contentione, intermisso numquam studio

[9] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 44; cfr. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* nn. .12-14.

[10] *Phil.* 2, 7.

[11] *2 Cor.* S, 9.

[12] Cfr. *Ex. Spir.* n. 145: cfr. MHSI, vol. 100, Romae 1969, p. 246

ad id assequendum, quod melius, quod « magis », quod plus est.[13] Ex his quippe fontibus ipsa varietas ministeriorum, quae pro munere vestra Societas exsequitur, intimam penitus causam haurit ad agendam vitam apostolicam, quam « pleno sensu » vivere oportet.

Ac tum vos estis *sacerdotes:* haec quoque nota ad istius naturam Societatis spectat, quamvis minime sit praetermittendus antiquus legitimusque mos de cooptandis Fratribus, sacro Ordine haud ornatis, qui et ipsi benemerentes honorabili semper efficacique munere in vestro instituto perfuncti sunt. Sacerdotalis enim qualitas expresse a legifero Patre pro omnibus Religiosis professis exquisita est, et optimo quidem iure, quoniam necessarium sane est sacerdotium Ordini quem ideo instituerat, ut potissimum hominum sanctificationem per divinum Verbum atque sacramenta accuraret. Ac revera sacerdotalem characterem ipsa vestri devotio ad vitam apostolicam agendam postulat, quae — verbum iuvat iterare — « pleno iure » exercenda est : a sacri Ordinis charismate, quo homo conformetur Christo a Patre misso, praecipuo tamquam e fonte manat apostolica indoles missionis, quam uti Ignatiani Sodales ex officio obitis. Sacerdotes igitur estis, in illa *familiaritate cum Deo* exercitati et versati, in qua beatus Ignatius suam Societatem condidit ; sacerdotes qui docent, *sermonis gratia* instructi ;[14] sacerdotes eo intendentes, *ut sermo Dei currat et clarificetur;*[15] sacerdotes qui Dei gratiam sacramentis celebrandis ministrant, quique potestatem accipiunt suscipiuntque officium cohaerenter participandi apostolicum opus, quo communitas christiana, praesertim per Eucharistiae celebrationem, intus enutritur atque coagmentatur ; ideo et sacerdotes plane conscii — ut in Nostra quadam oratione, anno MCMLXIII, diximus — *sive antecedentis sive consequentis inter Sacerdotium et Eucharistiam necessitudinis, qua fit ut Sacerdos sit non solum augusti Sacramenti minister et effector, sed etiam primus eius cultor et sapiens doctor et indefatigatus distributor.*[16]

Demum, vos *cum Romano Pontifice peculiari voto estis coniuncti,* siquidem talis cum Petri Successore conexio, quae membrorum Societatis praecipuus nucleus est, semper confirmavit, immo etiam vestram

[13] Cfr. generales normas, seu *criteria* Constitutionum.

[14] Cfr. *Monumenta Ignatiana, Sancti Ignatii de Loyola Constitutiones Societatis Iesu,* tomus III, textus latinus, p. I, c. 2, 9 (59-60) ; MHSI, vol. 65, Romae 1938, p. 49.

[15] *2 Thess.* 3, 1.

[16] Ad Itálicos sacerdotes qui XIII hebdomadae de accommodata rei pastoralis renovatione interfuerunt, d. 6 m. Sept. a. 1963; *A.A.S.* 55 (1963), p. 754.

visibiliter significat communionem cum Christo, primo summoque duce istius Societatis, quae antonomasiva appellatione Christi propria est, Societas nempe Iesu. Talis etiam cum Pontifice conexio semper effecit, ut sodales Societatis plane liberi essent, id est Spiritus motione regerentur, apti ad omnia quaeque munera vel difficillima vel remotissimis in regionibus exsequenda evaderent, ab angustioribus temporum locorumque condicionibus expediti, afflatu vere catholico et universali prorsus perfusi.

Equidem Nos in harum quattuor notarum veluti concentu mirabilem illam fructuum ubertatem formarumque aptabilitatem patefieri videmus, quae volventibus saeculis Societatem distincte ostenderunt tamquam hominum ab Ecclesia « missorum » Societatem : inde namque rerum theologicarum habita investigatio traditaque institutio; inde apostolatus sacrae praedicationis, spiritualis curationis, librorum scriptorumque editionum, religiosae variorum coetuum incitationis, moralis educationis per Verbum Dei et Reconciliationis Sacramentum, quae peculiari ingeniosoque officio, vobis a sancto Conditore commisso, respondeant ; inde apostolatus, qui dicitur, socialis necnon data scientiae doctrinaeque provehendae opera, quae a scholarum domiciliis, ut iuvenes solida expletaque disciplina informentur, in omnes gradus altiorum studiorum Universitatum ac *scientificarum* pervestigationum pertingunt ; inde etiam *puerorum ac rudium in christianismo institutio,* quam Ignatius, cum primum iam ipse exararet exemplum *Quinque Capitulorum,* tamquam unum quod potissimum intenderent, suis filiis concredidit ; [17] inde « missiones », tamquam efläcax suaviterque memorandum testimonium « missionis », ipsi Societati explendae ; inde denique adhibitae pauperibus, aegrotis, reiectis hominibus curae. Ubicumque enim in Ecclesia, vel in provinciis quae plurimum habent difficultatis primaque quasi in acie stant, in compitis ubi variae inter se occursant doctrinae, in vallis — paene dixerimus — ubi sociales oriuntur conflictationes, facta est ac fit comparatio inter vehementiores hominum postulationes et perennem Evangelii nuntium, ibi fuerunt et sunt sodales Ignatiani : Societas vestra apte cohaeret et commiscetur cum ipsius Ecclesiae societate ob multiplicia quidem, quae scite fovetis, opera, sane perspectum habentes ea omnia ad unum propositum esse redigenda atque coniungenda, quod Dei gloria hominumque sanctifica-

[17] Cfr. P. Tacchi-Venturi, *op. mem.,* vol. I, parte II, p. 183.

tio est, seduloque caventes ne inanes exsistant dissipationes, quae prioris momenti optiones impediant.

Curnam igitur dubitatis? Vobis profecto est spiritualis disciplina robustiore stilo signata, certus prorsus neque ambiguus oris habitus, saeculorum quaedam comprobatio, inde manans e virtute rationum ac viarum, quae, cum sint inter historiae aetates ad obrussam exactae, vestigia fortis illius spiritus, qui beato Ignatio fuit, praeferunt. Nullo igitur pacto cuique erit dubitandum, quin maius impensiusque studium peracti hucusque itineris insistendi vestrique charismatis asservandi renovatus fons spiritualis et apostolicae fecunditatis evadat. Verum profecto est in Ecclesia sollicitationem, nostro huic tempori peculiarem, hodie pervagari : dubitationem nempe obstinatam seu, ut aiunt, ***systematicam;*** **severam naturalis proprii habitus reprehensionem ; omnia innovandi cupiditatem; uberiorem agendi rationem atque** ***individualismi*** **spiritum. Quas vos experimini difficultates, eae sunt quas hodie christiani in universum experiuntur, tanta cum facta sit humani cultus conversio, quae ipsam Dei notionem attingat; vestrae difficultates eaedem sunt ac difficultates huiusce aetatis apostolorum, qui, dum acri cura nuntiandi Evangelii afficiuntur, pariter animadvertunt quam difficile sit idem interpretari sermone, quem hodierni homines intellegere possint; vestrae difficultates alios etiam Ordines religiosos tangunt. Dubitationes sane et difficultates veras, graves, quas ex vobis aliqui experiuntur, comprehendimus. Vos enim collocati estis in prima veluti statione interioris renovationis, quam Ecclesia, praesertim post Concilium Vaticanum II celebratum, mundo huius temporis ad saeculares formas inclinato efficere studet. Societas vestra — dicere liceat — haud infirmum indicium Ecclesiae vitalitatis per aetatum cursum est; ipsa fortasse tamquam certus cardo, multae quidem significationis, est, quo totius Ecclesiae difficultates et sollicitationes, nisus et incepta, perennitas prosperique eventus vertuntur.**

Agitur certe de discrimine, quo — ut saepe saepius dictum est — angor ac forsitan auctus proditur ; sed Nos, qui sumus Christi Vicarius, cuius est in fide fratres confirmare,[18] itemque vos, quibus grave incumbit onus recte seien ter que vestrorum appetitiones Fratrum proponendi, omnes ideo vigilare oportet, ne necessaria, quae fiat, rerum accommodatio afferat detrimentum naturali corporis habitui seu ***identitati,*** **neque personae Ignatiani Sodalis singular itati, qualem in** ***Formula Instituti***

[18] **Cfr.** ***Lc.*** **22, 32.**

expositam tum historiae vices tum spiritualis mos, Ordinis proprius, aperte proferunt, atque sincera interpretatio ipsarum nostrorum temporum postulationum adhuc videtur exigere. Haec igitur imago neque adulteranda, neque deformanda est.

Neque apostolatus necessitas appellanda est id quod nonnisi vitae spiritualis corruptela et deminutio potius vocari debet; ut enim S. Ignatius clare admonuisse traditur, quicumque Societatis Iesu sodalis ad apostolatus opus mittitur, cavere omnino debet, ne sui obliviscatur ut in aliorum salutem incumbat; eidem non tantummodo fas non est vel minimum peccatum admittere ad spirituale lucrum quam maximum faciendum, sed ne licet quidem se in peccandi periculum committere.[19] Si vestra Societas in discrimen se ipsa adducat, si vias periculorum plenas ingrediatur, quae ipsi propriae non sint, detrimenta sane afferantur etiam iis omnibus, quorum christiana educatio atque institutio quocumque modo Ignatianis sodalibus tantopere debetur.

Iamvero, ut vobis pariter ac Nobis in comperto est, hodie inter quaedam Ignatianae familiae agmina gravis animadvertitur rerum incertitudo, immo quaedam agendi cogitandique ratio, qua in dubium revocatur ipsa germana forma religiosae vitae vestrae. Ignatianus sodalis, qualem summatim descripsimus, suapte natura spiritualis incitator est, qui scilicet homines sui temporis ad catholicam vitam excolit qua sacerdos et apostolus, cum haec revera sit persona ipsi propria.

Nunc vero quaestiones ponimus, quae a vobis etiam sunt ponendae, ut diligens recognitio vitae vestrae instituatur et animi confirmentur : precandi studium, contemplatio, vitae simplicitas, paupertas, supernaturalem adiumentorum usus, quomodo apud vos se habent? Quomodo se habent apud vos mentis adhaesio et sincera professio veritatum spectantium ad fundamentalia capita fidei et doctrinae moralis catholicae, qualia a Magisterio ecclesiastico proponuntur? Quomodo se habet voluntas cooperandi plena cum fiducia cum Summo Pontifice? Illae *nubes caelo obductae,* quas animadvertebamus anno millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, quamquam *magna parte* evanuerunt consultis trigesimae primae Congregationis Generalis,[20] nonne, pro dolor, diu nimis in vestrum Institutum umbras proicere perrexerunt? Nonnulla dolenda

[19] Cfr. *Monumenta Ignatiana,* series prima, *Sancti Ignatii de Loyola Epistolae et Instructiones, tom* XII, fase. II: MHSI, Annus 19, fase. 217, Ianuario 1912, Matriti, pp. 251-252.

[20] *A.A.S.* 53 (1966), p. 1174.

facta, quae dubium iniciunt, num quis adhuc ad Societatem pertineat, saepius accidunt; quae quidem Nobis undique significantur, praesertim a Pastoribus dioecesium, ac detrimentum afferunt ipsi clero ceterisque religiosis et laicis catholicis. Haec facta a vobis et a Nobis postulant apertam doloris significationem : non quidem ut de iis iterum fiat sermo, sed ut coniunctis viribus opportuna remedia adhibeantur, quorum ope Societas Iesu talis permaneat aut rursus fiat, qualis requiratur et qualis esse debeat, ut Conditoris proposito et Ecclesiae exspectationi hodie respondere queat. Necessarium quidem est, ut scite investigetur de statu vestrae Societatis, utque rerum hominumque condiciones experientia cognoscantur ; sed necessarium etiam est — idque expedit iterum admonere — ut secundum sensum spiritualem et secundum lumen fidei aestimatio fiat de iis quae sunt agenda ac de via quam ingredi oportet, ratione habita voluntatis Dei, qui requirit ut ad ipsius nutum omnino nos praesto simus.

III. *Quo ergo pergitisf* Quaestioni sane respondendum est. Ceterum, et vos eandem quaestionem iam diu posuistis dilucide, fortasse non sine discrimine.

Meta quam tenere studetis, cuiusque est haec Generalis Congregatio signum temporum opportunum, est — atque nihil aliud habenda est — quam sana et aequa et apta accommodatio ad iusta huius temporis postulata, servata videlicet substantiali Societatis vestrae indole propria ac certo atque definito Conditoris vestri charismate. Huc prorsus spectavit Vaticanum II Concilium per Decretum *Perfectae caritatis,* ubi haec verba leguntur : *Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones.*[21] Quam ad rem, velimus quidem vobis plenam inicere fiduciam, et hortari vos ut impetum sumatis ad ambulandum congruenter hodiernae societatis menti atque spiritui, id tamen monentes, ut ceterum generatim fecimus in Adhortatione Apostolica *Evangelica testificatio* n. 51, talem renovationem, necessariam quidem, efficacem esse non posse, si a religionis forma familiae vestrae propria declinet, quam vestra fundamentalis Regula seu *Formula Instituti* tam dilucide describit. En Nostrae Adhortationis verba : *Accommodatio enim cuiusvis animantis ad ea, in quorum ambitu degit, non est in eo posita, ut veram suam amittat identitatem, sed in eo, ut se conformet*

[21] N. 2.

vitali vigore sibi peculiari. Hodiernas animorum propensiones et postulationes hominum, qui nunc sunt, alte percipientes, id agere debetis, ut e fontibus vestris veluti lymphae nova vi pollentes exsiliant. Huiusmodi officium aptum est ad animum accendendum, et quidem ratione habita difficultatum.[22]

Quare Nos hortamur videlicet toto pectore, ut renovationem hanc persequamini, quam ipsa Ecclesia tam evidenter tantaque auctoritate voluit. Neque tamen momentum atque insita pericula Nos, aeque ac vos, latent. Mundus, in quo degimus, *nostrum religiosum mentis habitum in discrimen adducit, atque interdum vel ipsum fidei nostrae iudicium:* scilicet huius aetatis homines profano cuidam atque incredibili humanismo tam confidunt ac iudicio suae rationis, nihil religioni attribuenti, tam concedunt, ut progressionis suae opus tum personalis tum socialis humanis tantum viribus absolvendum esse putent, cum iuxta nostram sententiam, qui viri Dei sumus, hominis transformatio in Christum agatur per fidem quae est in Deum viventem, per imitationem Christi quantum maxime potest absolutam, per electionem Crucis et belli contra malignum et peccatum suscepti. Meministis illorum verborum : *Sub Crucis vexillo Deo militare et soli Deo atque Romano Pontifici... servire?* [23]

Ceterum Ignatii saeculum mutationem humanisticam, id est de hominum condicione atque opinione, subiit, eandemque tam validam etsi non tam tumultuosam quam insequentibus saeculis, in quibus nempe dubitationis perpetuae principes floruerunt, et absolutae negationis, et commenticiae unius terrestris regni formae, quo vera transcendentia haberi posse omnino negatur. Sed, *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius saeculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes.*[24] Huius autem admirabilis sapientiae et nuntii nos praecones sumus. Sed quem ad modum in Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum memoriam redegimus, cum Synodum dimitteremus, ita et vobis idem iteramus : nempe quantumvis difficultatibus adflictis *Christus est nobiscum et in nobis; in nobisque loquitur et per nos; neque iusta subsidia*

[22] *A.A.S.* 63 (1971), p. 523.

[23] Bulla *Regimini militantis Ecclesiae,* apud P. Tacchi-Venturi, *op. mem.,* vol. I, parte II, *Documenti,* Roma, a. 1931, pp. 182-183.

[24] *1 Cor.* 1, 20, 21.

nobis negabit[25] ut huius aetatis hominibus christianum nuntium, seu sapientiam, afferamus.

Vera autem et clara hominum societatis visio atque consideratio de *altero etiam nos periculo* monet : hoc est ipsa novitas, quae omnia in quaestionem adducit. Haec vero, sine dubio, multum valet ad hominum progressionem; sed tum maxime, cum novitas ad Eum refertur qui nova facit omnia,[26] per perenne suae ipsius mortis atque Resurrectionis mysterium, cuius nos participes facit, per Ecclesiae suae sacramenta : minime vero cum novitas illa aliquid relativum induens, hodie evertit, quod heri constituit. Adversus has illecebras, haud difficile est ea videre, quae vos semper progredientes efficere potestis quaeque vos vicissim propellent : fides potissimum et amor.

Propterea in itinere quod vos extremo hoc saeculo suscipitis, quodque sacer Annus optimo auspicio signat ad vitam omnino ad Deum convertendam, Nos duplex charisma proponimus apostoli proprium, quod scilicet et identitatem vestri Instituti tutari debet et doctrinam vestram usquequaque illuminare, aeque ac studiorum domicilia, atque ephemerides, seu commentaria vestra : hinc, videlicet, *fidelitatem* non sterilem aut inertem, sed vivacem ac fecundam, erga traditionem et fidem et institutionem Conditoris vestri, ut sal terrae et lux mundi maneatis.[27] Bonum depositum custodite.[28] *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare.*[29]

Ex altera parte, habetis charisma caritatis, nempe *ministerii* magno animo pro omnibus hominibus fratribus implendi, qui nobiscum ad futurum saeculum contendunt; sollicitudo Pauli ipsius est, qua unusquisque verus apostolus intus incenditur : *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos ... Per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.*[30]

Perfectio in utriusque charismatis concursu posita est, seu in fideli-

[25] Cfr. *A.A.S.* 66 (1974), p. 639.
[26] Cfr. *Apoo.* 21, 5.
[27] Cfr. *Mt.* 5, 13, 14.
[28] Cfr. *1 Tim.* 6, 20; *2 Tim.* 1, 14.
[29] *Eph.* 6, 11-13.
[30] *1 Cor.* 9, 22; 10, 33.

tate et caritate, neutra alteram superante. Res sane difficilis, at certo possibilis. Hac aetate vehementissime alterum illud charisma attrahit : agere melius videtur quam esse; operari melius quam contemplari; vita concreta magis necessaria videtur quam consideratio abstracta, quo factum est, ut theologia deductiva locum inductivae daret ; ex quo concludendum forsitan videri potest singulos fidelitatis et caritatis aspectus repugnare inter se. Minime tamen, ut probe scitis : ambae enim de Spiritu Sancto procedunt, qui est amor. Numquam homines nimis amabuntur, sed hoc in amore solo et cum amore solo Christi. *Ecclesia ad hoc se applicat, ut in omni materie ostendat doctrinam divinitus enuntiatam, utpote catholicam, omnes hominum cogitationes rectas assumere ac perficere, quae per se ipsae aliquid semper secumferunt imperfectum atque miserum.*[31] Sed si hoc non accidit, prompta ad serviendum voluntas degenerare potest in *relativismum,* et converti ad prudentiam hominum eorumque sensum *immanentisticum,* atque etiam similis fieri eiusdem humanae consortionis, cuius saluti consulendum fuit, et tandem reduci etiam ad saecularismum necnon cum profanis rebus confundi. Vos deprecamur, ne vos efferat *spiritus vertiginis.*[32]

Hanc ad rem quod attinet, volumus praeterea vobis quasdam significare normas, quas in considerationibus vestris enodare poteritis :

a) rerum iudicio et discretione, in quibus mirabiliter iam exercitati estis ob Ignatianam religiositatem, vobis opus semper erit, ut eadem in quaerenda synthesi utriusque charismatis seu utriusque poli vitae vestrae, vos sustinere valeant. Oportebit semper ut perquam dilucida et consequenti ratione eligere valeatis, aut inter mundi aut inter Evangelii necessitates, eiusque paradoxi de morte et vita, de cruce et resurrectione, de stultitia et sapientia. Illud vos dirigat iudicium, quo Paulus ita provocabat : *Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta, Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, ...; ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis eius et societatem passionum illius, configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis.*[33] Reminiscamur eam semper esse summam regulam, quam Dominus Noster statuit : *a fructibus eorum cognoscetis eos;*[34] nisus autem, quo iudicium vestrum dirigi debet,

[31] H. De Lubac, *Catholicisme,* Paris 1952, cap. IX, p. 248.

[32] *Is.* 19, 14.

[33] *Phil.* 3, 7-8; 10-11.

[34] *Mt.* 7, 16.

docilitas vestra erit in audienda voce Spiritus, ut fructum Spiritus afferatis, qui ***est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.***[35]

b) **Opportunum autem erit meminisse necessitatem bene faciendi** ***electionem primariam*** **inter varia incitamenta, quibus actuositas apostolica vos in mundo huius aetatis urget. Hodie, revera, difficultas sane homines afficit in rebus considerate ac sine ulla dubitatione eligendis; timor fortasse et dubium adest num possint se ipsos plane perficere ; ac proinde cupiunt omnia esse, omnia facere, omnes sine discrimine sequi humanas et christianas vocationes, cum sacerdotales tum profanas, institutorum tum religiosorum tum saecularium proprias, se ad quaedam applicando, quae ad alios spectant. Ex quo sequitur, ut taedium superveniat, quaedam incaute et ex tempore agantur, animus frangatur. Vobis vero vocatio est definita, illa nempe de qua nunc vos admonuimus, quae est aliquid peculiare neque ulli ambiguitati obnoxium in iis, quae ad religionem et apostolicam vocationem attinent. Hoc quidem vobis est penitus in praecipuis eius rationibus et praeceptis investigandum.**

c) Denique, in vestram memoriam iterum revocamus promptam oboedientiae voluntatem, quae videtur esse proprius et peculiaris habitus Societatis vestrae. ***Ceteris in Ordinibus*** **— Ignatius ipse in illa Epistola scripsit diei vigesimae sextae mensis Martii anno millesimo quingentésimo quinquagesimo tertio —** ***utilitas percipi potest ex ieiuniis, vigiliis aliisve asperitatibus sed ego admodum cupio, fratres carissimi, ut qui Deo Domino nostro in hac Societate deserviunt, oboedientiae puritate atque perfectione emineant, per veram nostrarum voluntatum renuntiationem nostrorumque iudiciorum abnegationem***[36]

In oboedientia, ipsa habetur substantia imitationis Christi, ***qui per oboedientiam mundum, ipsa deficiente perditum, redemit, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.***[37] **In oboedientia apostolicae fecunditatis secreta ratio innititur. Quo magis nova et ardua aggredimini, eo vel magis intus ei consociemini oportet, qui vos mittit :** ***Omne genus apostolatus molimina permittuntur, cum firmiter aposto-***

[35] *Gal.* 5, 22.

[36] *Monumenta Ignatiana,* series prima, *Sancti Ignatii de Loyola Societatis Iesu Fundatoris Epistolae et Instructiones,* tomus IV, fase. V: MHSI, Annus 13, fase. 153, sett. 1906, Matriti, p. 671.

[37] Ibid.

lorum oboedientia fiditur.[38] Haud equidem ignoramus, si oboedientia multum ab iis qui oboediunt postulet, eandem plus etiam ab iis postulare, qui in potestate sunt : quippe eorum munus est omnes omnium subditorum audire voces ; prudentibus uti consultoribus, ut sincere res perpendantur ; coram Deo ea tantum deligere, quae cum eius voluntate congruant ; in iis vero quae répugnent, sese firmiter interponere. Revera, quivis Ecclesiae filius plane scit suam fidelitatem oboedientia probari in eaque inniti : *Catholicus fidelis probe novit propterea Ecclesiam praecipere, quod ipsamet in primis Deo oboediat. « Homo liber » ille vult esse, at iis se sociare recusat, qui « quasi velamen habent malitiae libertatem ».*[39] *Oboedientiam aestimat pretium libertatis esse, sicut eadem unitatis est fundamentum.*[40]

Dilecti filii!

Conventum hunc absolventes, nonnulla Nos obtulisse putamus, quae ad propositam vobis viam, sive in hodierni sive in futuri temporis mundo pergendam, spectent. Hunc mundum agnoscite : sicque vester in Christo erit; iisdem atque S. Ignatii oculis eum aspicite; eodem animo spiritualibus eius necessitatibus advertite; iisdem pugnate armis, Deum nempe orantes, solas Dei partes et gloriam quaerentes, caelestes res meditantes, ad omnia patranda vosmet ipsos paratos praebentes. Neque profecto videmur nimium a vobis requirere, si optatum hoc Nostrum significemus : ut in ista videlicet congregatione diligenter perpendatis iterumque proferatis, quae tamquam *essentialia* habeantur Societatis Iesu sodalium munera, et textum apparet, brevem quidem sed fundamentalem, quo sodalis quisque vester uti valeat ad seipsum excutiendum, ad peculiarem religiosam naturam suam dispiciendam, ad munia redintegrandae ad divinam sibi factam vocationem iterum audiendam, ad communem vitae consuetudinem cum fratribus coagmentandam. Praesens haec hora id exigit, Societas decretoriam vocem quandam exspectat. Caveatis ne id diutius desideretur !

Ad Nos quod attinet, maxime sane animi attentione labores istos prosequimur, qui magnopere conferant oportet ad sanctitatem atque apostolicam navitatem, nec non ad fidelitatem erga vestrum charisma atque Ecclesiam ; hos vero labores praecipue prece confirmamus, ut lumen Sancti Spiritus, qui Spiritus est Patris et Filii, vos collustret, vos robo-

[38] Loew, Journal d'une mission ouvrière, p. 452.

[39] Cfr. *1 Pet.* 2, 16.

[40] H. De Lubac, *Méditations sur l'Eglise,* p. 224, cfr. pp. 222-230.

ret, vos conducat, vos excitet et impellat ad propius usque Christum cruci affixum consequendum. Ad Iesum communem omnium orationem nunc dirigamus, eadem adhibentes S. Ignatii verba: *Suscipe, Domine, universam meam Ubertatem. Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem. Quicquid habeo vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quicquam ultra posco.*[41]

Ita, ita, fratres et filii ! Pergite, *in Nomine Domini.* Iter simul prosequamur, liberi, oboedientes, in Christi dilectione invicem coniuncti ad maiorem Dei gloriam. Amen.

NUNTIUS TELEVISIFICAS

Episcopis et christifidelibus Cilensis Nationis datus occasione dedicationis templi nationalis votivi B. M. V. a Carmelo, loco vulgo Maipu, exeunte Anno Sancto in locali Ecclesia celebrato. *

Venerables hermanos en el Episcopado y amadísimos hijos de Chile:

Con ánimo henchido de gozo nos dirigimos a vosotros en una ocasión tan especial y solemne como es la consagración del Templo Votivo Nacional, dedicado a la Virgen del Carmen, en Maipú.

Nos complace sobremanera saber que, respondiendo prontamente a la iniciativa de vuestro Episcopado, la comunidad católica chilena ha vibrado de manera espontánea y unánime ante el reclamo de rendir homenaje entrañable y amoroso, como la mejor culminación del Año Santo, a la Patrona celestial de Chile, tan íntimamente asociada a la historia y vida de vuestro pueblo.

En efecto, la devoción mariana, que floreció tan pronto en la cultura aimará y quichua, ha ido enraizándose cada vez más entre vosotros, llegando a constituir una faceta importante y dinámica de vuestra religiosidad y ayudándola a encarnarse en las realidades de cada momento. Es como si la historia antigua y reciente, un pasado lleno de

[41] *Ex. Spir.*, n. 234; op. cit., MHSI, vol. 100, Romae 1969, pp. 308-309.

* Die 28 mensis novembris a. 1974.

realizaciones y un presente ávido de proyectar, con redoblada voluntad de progreso espiritual y humano, las legitimas aspiraciones de todos en un ambiente cada vez más cristianamente solidario y fraternamente participado, hubiese hallado expresión de genuina autenticidad en torno al misterio de María.

Queremos hoy exhortaros a proseguir, perfeccionándolo siempre, ese camino. María es, en efecto, el modelo por excelencia de la Iglesia; un modelo, siempre válido, de fe, como respuesta a la palabra de Dios, premisa y cauce de su prodigiosa maternidad divina; modelo de amor operante, de presencia activa y alentadora en la comunidad orante de los Apóstoles [1] y que « precede con su luz al peregrinante pueblo de Dios como signo de esperanza cierta y de consuelo hasta que llegue el día del Señor)).[2]

Podemos pues declararnos dichosos de tener por Madre en la Iglesia a la Madre de Jesús. Ella, asociada misteriosamente y para siempre a la obra de Cristo, « continúa obteniéndonos los dones de la salvación eterna ».[3] Esta constante solicitud suya por los elegidos,[4] no puede menos de ser un verdadero resorte interior, en el corazón palpitante al unísono de todos sus hijos, para descubrir en cada semejante a un hermano « sellado con el mismo Espíritu, el cual es prenda de nuestra herencia, mientras llega la plena redención del pueblo de su patrimonio ...».[5] Y es en la adhesión plena, vivida, a este patrimonio del Espíritu, donde deberán encontrar convergencia y estímulo las aspiraciones de renovación y reconciliación, individual y social, que constituyen los objetivos del Año Santo.

Una devoción auténtica a María traerá por tanto como fruto connatural para vosotros, chilenos, y para todos cuantos en esta fecha memorable participan de vuestro fervor mariano, un creciente empeño de servicio al Evangelio, con verdadero afán por llevar a todos los hombres el mensaje de salvación y edificar solidariamente, entre los liberados en Cristo, el reino de Dios. De este modo, « al ser honrada la Madre el Hijo ... será mejor conocido, amado, glorificado ».[6]

Confiamos vivamente en que vosotros, amadísimos hijos de Chile, ali-

[1] Cfr. Exhortación Apostólica sobre el Culto a la Santísima Virgen, nn. 16-21.

[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 68.

[3] Ib. 62.

[4] Cfr. ib.

[5] *Ef.* 1, 14.

[6] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 66.

mentando en vuestros espíritus una siempre rejuvenecida comunión en los ideales del progreso cristiano, sabréis abrir camino a una nueva floración eclesial, instaurada sobre el amor, en la vida de ese querido país. Depositamos estos votos nuestros ante la Virgen del Carmen de Maipú, a la que hemos querido también rendir nuestro homenaje con la donación de un manto y una corona, símbolos de confianza filial en su poderosa protección. Invocando su valiosa intercesión ante el Señor para que asista siempre a todos los amadísimos hijos de esta nación y premie el esfuerzo de cuantos han hecho posible la hermosa realidad de ese Santuario Nacional, os bendecimos a todos en el nombre del Padre, y del Hijo y del Espíritu Santo.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

De abortu procurato

I. ***Prooemium***

1. Quaestio de abortu procurato deque lege quae abortus libertatem forte concedat, fere ubique acrium disceptationum argumentum evasit. Quae disceptationes minoris gravitatis profecto essent, si de vitae humanae causa non ageretur, quae primordiale bonum est, necessario tuendum ac promovendum. Id cuique patet, quamquam multi rationes quaerere conantur, ut, contra manifestam rei veritatem, etiam abortus huic causae inservire possit. Ac mirum non videri non potest, quod dum ex una parte gliscere cernimus apertam reclamationem adversus poenam capitis et quodlibet belli genus, ex altera vero parte animadvertimus magis magisque abortus libertatem vindicari, sive absolutam sive certis limitibus circumscriptam, qui quidem laxiores usque fiunt. Ecclesia autem, utpote quae plane sit conscia ad muneris sui partes pertinere hominis defensionem contra ea omnia, quae illum destruere vel dehonestare possint, hanc quaestionem silentio praeterire nequit: cum Dei Filius homo factus sit, iam nemo est, qui, ob communem naturam humanam, frater eius non sit, nec vocetur ut christianus fiat, ad salutem ab ipso accipiendam.

2. Apud plures Nationes, publicae auctoritates quae renituntur libertati abortus lege sanciendae, vehementibus sollicitationibus premuntur, ut ad hoc faciendum inducantur: id dicitur nullius violare conscientiam, cum suam cuique sequendi sententiam libertas relinquatur, atque impediatur ne

quis propriam aliis imponat. « Pluralismus ethicus » vindicatur, quasi hic e « pluralismo ideologico » suapte natura consequatur. At de rebus agitur, quae inter se magnopere differunt, quia actiones citius quam merae opiniones alios attingunt in iis, quae ad ipsos pertinent, et quia numquam alicui fas est ad opinandi libertatem appellare, ut aliena iura laedat, maxime autem ius ad vitam.

3. Plures laici christiani homines, medici praesertim, atque etiam patrum matrumque familias consociationes, viri in re politica versati vel gravibus officiis fungentes, adversus huius opinionis motum consulto excitatum fortiter obstiterunt. Potissimum autem plures Conferentiae Episcopales, nec non Episcopi nomine proprio, opportunum duxerunt de tradita Ecclesiae doctrina sine ulla ambiguitate fideles commonere.[1] Haec documenta, quorum mira est concordia, praeclara in luce collocant observantiam, quae secundum naturam humanam et doctrinam christianam, humanae vitae debetur. Nihilominus fieri contigit, ut eorum plura, hic illic, non sine quadam reticentia reciperentur ac vel etiam prorsus recusarentur.

4. Pro munere sibi concredito promovendi atque tutandi fidem et mores in Ecclesia universali,[2] S. Congregatio pro Doctrina Fidei statuit in omnium christifidelium mentem praecipua huius doctrinae capita revocare. Hoc modo ipsa, dum Ecclesiae unitatem in luce ponit, Apostolicae Sedis auctoritate confirmabit, quae hac in re feliciter Episcopi iam sunt aggressi. Ac fore confidit, ut universi fideles, non iis exceptis qui his controversiis novisque opinionibus perturbati sunt, plane intellegant hic non agi de opinione aliis opinionibus opponenda,

[1] Plura hac de re Episcoporum documenta inveniuntur in G. Caprile, *Non uccidere. Il Magistero della Chiesa sull'aborto,* Pars II, pp. 47-300. Romae 1973.

[2] *Regimini Ecclesiae universae,* III, 1, 29. Cf. *ibid.,* 31. «Ad eam spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide connectuntur»: *A.A.S.* 59 (1967), p. 897.

sed de ipsis tradenda constanti doctrina supremi Magisterii, quod regulam morum, fidei lumine collustratam, exponit.[3] Patet igitur hac Declaratione graviter onerari fidelium conscientias.[4] Faxit Deus, ut per eam universi quoque homines illuminentur, quotquot sincero corde « veritatem facere » student (cf. ***Io.*** **3, 21).**

II. *Doctrina fidei exponitur*

5. « Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum » ***(Sap.*** **1, 13).** Verum quidem est Deum animantia creavisse, quae certo temporis spatio vivunt, et mortem abesse non posse a mundo viventium corporeorum. Illud autem quod est in primis propositum, vita est; omnia in hoc aspectabili universo sunt facta propter hominem, qui imago Dei est et rerum creatarum fastigium ***(Gen.*** **1, 26-28).** In humanarum rerum ordine, « invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum » ***(Sap.*** **2, 24).** Mors per peccatum invecta, peccato haerere pergit, cuius signum et simul consectarium exstat; eadem tamen praevalere nequaquam poterit. Etenim Christus Dominus, resurrectionis veritatem confirmans, in Evangelio proclamat Deum non esse Deum mortuorum, sed viventium ***(Mt.*** **22, 32);** ac mortem, sicut peccatum, per resurrectionem in Christo devictum iri (cf. *1* ***Cor.*** **15, 20-27).** Hinc intellegitur humanam vitam, hisce etiam in terris, pretiosam esse. Quae vita a Creatore inspirata est, eademque ab ipso resumitur (cf. ***Gen.*** **2, 7;** ***Sap.*** **15, 11).** Vita humana permanet sub Dei protectione: sanguis hominis clamat ad ipsum (cf. ***Gen.*** **4, 10),** qui requiret ut eius ratio reddatur : « ad imaginem quippe

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 12: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 16-17. Haec Declaratio non de cunctis agit quaestionibus, ad abortum pertinentibus; theologorum est eas sedulo expendere de iisque disputare. Nonnulla enim tantum memorat fundamentalia principia, quibus theologi tamquam lumine et regula uti debent, et quorum ope omnes christiani certitudinem suam confinnant de praecipuis doctrinae catholicae capitibus.

[4] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 25: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 29-31.

Dei factus est homo » ***(Gen.*** 9, 5-6). « Non occides » ***(Eco.*** 20, 13) : hoc est mandatum Dei. Vita dono quidem datur, sed simul officia coniuncta habet: non solum, enim, accipitur ut « talentum » (cf. ***Mt.*** 25, 14-30), sed opus est inde lucrum colligatur. Ad quos fructus ferendos, multiplicia munera in hoc mundo homini offeruntur, a quibus ipse se subducere non potest; idque christianus homo altius intellegit, quippe qui probe sciat sibi vitam aeternam pendere ex iis, quae ipse, Dei gratia adiutus, in terrestri hac vita peregerit.

6. Ecclesiae Traditio semper docuit humanam vitam tutandam esse, eique esse favendum tam in initio, quam in variis eius processus temporibus.[5] Ecclesia inde a primaeva aetate, cum Graecorum Romanorumque moribus adversaretur, instanter asseveravit christianorum mores hac in re ab illis longe distare. In opere, cui ***Didachè*** est index, id clare enuntiatur : « Non interficies fetum in abortione neque interimes infantem natum ».[6] Athenagoras sedulo annotat a christianis pro homicidis eas feminas haberi, quae medicamentis utuntur ad fetum eiciendum; ipse damnat interfectrices puerorum, etiamsi hi adhuc vivant in sinu matris, ubi iam « Deo curae esse » existimantur.[7] Tertullianus fortasse de hac re non semper consona scribit; nihilominus hoc essentiale principium clare ponit:

[5] Sacri auctores haud instituunt disputationes philosophicas de fetus animatione, sed ad vitae periodum se referunt, nativitati praeviam, cui Deus prospicit: Deus creat et format hominem, eum veluti manu sua effingens. De huiusmodi argumento primum sermo fieri videtur in *Ier.* 1, 5, de eoque mentio in plurimis aliis invenitur Scripturarum locis. Cf. *Is.* 49, 15; 46, 3; *Iob.* IO, 8-12; *Ps.* 22, 10; 71, 6; 139, 13. In Evangelio S. Lucae (1, 44) legimus: «ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo ».

[6] *Didachè Apostolorum, V,* 2, ed. Funk, *Patres Apostolici, T,* 17; *Epistola Barnabae, XIX,* 5, eadem exprimit (Funk, *op. mem.,* I, 91-93);

[7] Athenagoras, *Legatio pro christianis,* 35 *(PG* 6, 970: *SC* 3, pp. 166-167). Cf. etiam *Ep. ad Diognetum,* V, 6 (Funk, *op. mem.,* I, 399: *SC* 63) quae de christianis dicit: «liberos procreant, sed non abiciunt fetus».

« Homicidii festinatio est prohibere libere nasci, nec refert, natam quis eripiat animam an nascentem disturbet. Homo est et qui est futurus ».[8]

7. Saeculorum decursu, Sancti Ecclesiae Patres eiusque Pastores ac Doctores eandem doctrinam tradiderunt, neque tamen diversae sententiae de puncto temporis, quo spiritualis anima in corpus infundatur, ullam umquam fecerunt dubitationem de abortus illiceitate. Verum quidem est Media Aetate, qua communiter existimabatur animam spiritualem nonnisi post primas hebdomadas in fetu praesentem adesse, diversam aestimationem de tali peccato deque poenarum gravitate esse factam; scilicet probatos quoque auctores pro hoc priore vitae tempore, in solvendis casibus, benigniores quasdam sententias retinuisse, quas tamen pro insequentibus graviditatis temporibus respuebant. Nihilominus ab iis numquam tunc negatum est abortum, etiam primis iis diebus, obiective grave esse peccatum. Ac reapse in talem condemnationem omnes convenerunt. E tot, quae exstant, documentis satis esto nonnulla commemorare. Primum Concilium Moguntinum, anno DCCCXLVII celebratum, poenas resumit a superioribus Conciliis illatas contra abortum, ac decernit severissimam poenitentiam imponendam esse mulieribus quae « partus suos necant vel quae agunt secum, ut utero conceptus excutiant ».[9] In Decreto Gratiani haec Summi Pontificis Stephani V verba referuntur: « Conceptum in utero qui per avorsum deleverit homicida est ».[10]

[8] **Tertullianus, *Apologeticum* IX, 8: *PL* I, 314-320: *Corp. Christ.* I, p. 103, 1. 31-36.**

[9] **Can. 21 (Mansi, 14, eoi. 009). Cf. Conc. Eliberitanum, can. 63 (Mansi, 2, col. 16) et Ancyranum, can. 21 *(ibid.,* 519). Cf. etiam Gregorii III decretum de paenitentia iis imponenda qui tale crimen admisissent (Mansi, 12, p. 292, can. 17).**

[10] **Decretum Gratiani, *Concordia discordantium canonum,* C. 2, can. 20, a. 5. Medii Aevi aetate vero ad Augustini auctoritatem appellabatur, qui in opere *De nuptiis et concupiscentiis,* e. 15 ita scribit: «Aliquando eo usque pervenit haec libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret; et si nihil valuerit conceptus fetus aliquo modo intra viscera exstinguat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere; aut si in utero iam vivebat, occidi antequam nasci» *(PL* 44, 423-424; *CSEL* 42, p. 230: cf. *Decretum Gratiani,* C. 32, q. 2, c. 7).**

S. Thomas, Doctor communis Ecclesiae, docet abortum grave peccatum esse, legi naturae contrarium.[11] Renatarum Litterarum aetate, Xystus V abortum quam maxima severitate condemnat.[12] Saeculo post, Innocentius XI respuit quorundam propositiones canonistarum, laxismo faventium, qui a culpa excusare conabantur abortum ante illud tempus procuratum, quo a quibusdam censebatur animam spiritualem in novum viventem infundi.[13] Nostris temporibus postremi Romani Pontifices eandem doctrinam quam accuratissime declaraverunt: Pius XI gravioribus obiectationibus expresse respondit;[14] Pius XII clare reiecit abortum directum, eum scilicet qui finis vel medii ad finem rationem habet;[15] Ioannes XXIII magisterium SS. Patrum revocat, cum statuit indolem sacram hominis vitae, quippe « quae inde a suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet».[16] Recens Concilium Oecumenicum Vaticanum II, cui Paulus VI praefuit, severissime abortum damnavit: « Vita ... inde a conceptione, maxima cura tuenda est; abortus necnon infanticidium nefanda sunt crimina ».[17] Idem Paulus VI, qui saepius de hoc argumento ser-

[11] *In IV Sententiarum,* distinct. 31, textus expositio.

[12] Constitutio *Effraenatam,* a. 1588 *(Bullarium Roman.,* V, 1, pp. 25-27; *Fontes Iuris Canonici,* I, n. 165, pp. 308-311).

[13] Denz.-Schön. 2134 (1184). Cf. Pii IX Const. *Apostolicae Sedis (Acta Pii IX,* V, pp. 55-72; *A.S.S.* 5 (1869), pp. 287-312; *Fontes Iuris Canonici,* III, n. 552, pp. 24-31).

[14] Litt. Encycl. *Casti Connubii: A.A.S.* 22 (1930), pp. 562-565; Denz.-Schön. 3719-21 (2242-2244).

[15] Pii XII sententiae sunt certae, definitae, plures; eaedem argumentum esse possunt alicuius completae tractationis. Ex omnibus autem unam solummodo proferimus, quae in sermone legitur ad Sodalitatem Medicorum Italorum a S. Luca, die 12 mensis Nov. habito, a. 1944; «Finché un uomo non è colpevole, la sua vita è intangibile, ed è quindi illecito ogni atto tendente direttamente a distruggerla, sia che tale distruzione venga intesa come fine o soltanto come mezzo al fine, sia che sì tratti di vita embrionale, o nel suo pieno sviluppo ovvero giunta ormai al suo termine» *(Discorsi e Radiomessaggi,* VI, p. 191).

[16] Litt. Encycl. *Mater et Magistra: A.A.S.* 53 (1961), p. 447.

[17] Const. *Gaudium et Spes,* II, c. 1, n. 51; cf. n. 27: *A.A.S.* 5S (1966), p. 1072; cf. p. 1407.

monem habuit, asseverare non dubitavit huiusmodi Ecclesiae doctrinam « neque esse mutatam, neque posse umquam mutari ».[18]

III. *Adiunguntur argumenta rationis lumine comparata*

8. Observantia humanae vitae debita non christianis tantummodo praecipitur; eam enim ratio quoque per se ipsa exigit, si quidem inquirat quid persona humana sit et quid esse debeat. Rationali natura cum constet, homo subiectum personale est, quod in seipsum cogitationem intendere, atque de actibus suis et ideo de sua ipsius sorte decernere valet: ipse liber est. Quapropter est sui dominus, vel potius, cum se perficiat in tempore, ei subsidia praesto sunt, unde talis fieri possit; in hoc proprium ipsius munus positum est: anima eius, a Deo immediate creata, spiritualis est, ac proinde immortalis. Item ad Deum ipse patet, ac nonnisi in eo plenam sui ipsius perfectionem inveniet. Is autem vitam degit cum suis similibus societate coniunctus, et quasi innutritur per mutuum personale commercium cum ipsis, in pernecessario sociali convictu. Respectu habito ad societatem atque ad alios homines, cuilibet humanae personae ius est sui possidendi, necnon possidendi suam vitam suaque diversa bona; idque stricta iustitia omnibus erga ipsum imponitur.

9. Attamen temporali vita, quae in hoc mundo ducitur, non omnia continentur, quae ad personam pertinent, quippe cui proprius sit altior vitae gradus, qui nequit fine terminari. Corporalis vita bonum quoddam fundamentale existimanda est, quod hisce in terris tamquam ceterorum omnium condicio habetur. At praestantiora bona exstant, quorum causa licebit,

[18] Alloc. *Salutiamo con paterna effusione,* die 9 Dec. habita, a. 1972 *(A.A.S.* 64, 1972, pp. 76-79). Inter huius indeclinabilis doctrinae documenta est praecipuo loco habenda S. Officii declaratio, Qua abortus directus damnatur (Denz. 1890). *A.S.S.* 17 (1884), pp. 555-56; 22 (1888-90), p. 748; Denz.-Schön. 3258.

immo etiam necessarium esse poterit, eiusdem vitae iacturam facere. In personarum societate, commune bonum est finis, cui singulae personae servire debent cuique sua privata commoda subicient. Bonum tamen personae humanae finis ultimus haud est; sub hoc respectu, societatis prorsus est inservire personae, cum haec nonnisi in Deo destinatam sibi supremam metam consequi possit. Eadem nonnisi Deo ultime subicitur; ideoque numquam fas erit hominem pro mero instrumento haberi, quo quis libere uti possit ad celsiorem finem adipiscendum.

10. Circa mutua iura et officia personae atque societatis, ad moralem disciplinam spectat conscientias illuminare, ad ius vero definire atque ordinare quae sint officia praestanda. Iamvero, complura quidem iura sunt, quae humana societas tribuere per se nequit, utpote quae ei praecedant, quae tamen et tutari et efficacia reddere debet: huiusmodi sunt, maxima ex parte, ea quae hodie « iura hominis » appellantur, quaeque nostra haec aetas se plane declaravisse gloriatur.

11. Primum personae humanae est ius vivendi. Ei alia quidem sunt bona, quorum nonnulla sane pretiosiora sunt, at ius ad vitam fundamentum est atque condicio ceterorum, ac proinde magis quam cetera protegendum est. Ad societatem vel publicam auctoritatem, quaecumque est eius forma, nullo modo spectat illud ius aliis reservare, aliis autem auferre : quodlibet huius generis discrimen, tum nomine stirpis vel sexus, tum nomine coloris corporis vel religionis factum, semper iniquum est. Illud enim est ius non ex gratia aliena profluens, sed cuilibet gratiae antecedens, ac postulat proinde, ut agnoscatur; si denegatur, stricta iustitia violatur.

12. Si ratio discriminis innititur diversis vitae hominis aetatibus, non minus excusatione caret ac aliae quaelibet rationes. Ius ad vitam integre pertinet ad senem vel maxime debilita-

tum; ab eo qui insanabili aegritudine afficitur, non amittitur; legitimum est non minus puero recens nato, quam homini maturitatem habenti. Revera quaevis vita humana observanda est ex eo ipso tempore, quo generationis processus incipit. Simul atque ovum fecundatum est, iam inchoata est vita, quae neque patris neque matris est, verum novi viventis humani, qui propter se ipsum crescit. Is numquam humanus fiet, nisi iam tunc talis fuit.

13. Scientia genetica recentioris temporis praeclare confirmat has res, quae manifesto semper patuerunt, quaeque minime tangunt disputationes de certo animationis tempore.[19] Ipsa videlicet demonstravit iam a primo momento adesse fixam structuram seu programma geneticum huius viventis : hominem nempe, et quidem hunc hominem individuum, omnibus suis notis propriis praefinitisque iam ornatum. Ab ipsa fecundatione iniit mirificus cursus cuiusdam vitae humanae, cuius singulae potentes facultates tempus poscunt, ut recte ordinentur atque ad agendum praeparentur. Hoc saltem dici potest, scientiam aetatis nostrae, etiam perfectissimam, nullum efficax adiumentum suppeditare abortus fautoribus. Ceterum non pertinet ad scientias biologicas decretoriam sententiam ferre de quaestionibus proprie philosophicis et moralibus, cuius-

" Haec declaratio consulto quaestionem reliquam facit, quo temporis momento anima spiritualis infundatur. Qua de re ut traditio non est unanima, ita auctores inter se differunt. Nam cum alii affirment id primo vitae tempore fieri, aliis placet non hoc ante fieri, quam germen in sua sede steterit. Nimirum non est scientiae eas dirimere quaestiones, quia existentia animae immortalis ad eiusdem provinciam non pertinet. Agitur enim de quaestione philosophiae propria, a qua haec moralis affirmatio nullo modo dependet, duabus his de causis: 1) quia, etiam si ponatur infusionem animae tardius supervenire, est nihilominus in fetu incipiens *humana* vita (de qua biologicae scientiae ope constat), quae et praeparat et exigit animam, per quam natura a parentibus accepta perficiatur; 2) quia si solum tamquam *probabilis* illa animae infusio, de qua dicimus (non enim de re contraria umquam constabit), iudicetur, vitam ei adimere idem est ac *periculo* se committere occidendi hominis, non tamquam in spe, sed omnino anima instructi.

modi est quaestio de momento quo constituitur persona humana, vel de abortus legitimitate. Ex ratione vero morali hoc constat: etiamsi forte dubitetur sitne fructus conceptionis iam persona humana, obiective iam grave peccatum est se committere in periculum homicidii faciendi. « Homo est et qui est futurus ».[20]

IV. *Respondetur nonnullis obiectationibus*

14. Lex igitur divina atque ipsa naturalis ratio excludunt quodlibet ius directe interficiendi hominem innocentem. Verumtamen si causae, quibus abortus defenditur, semper essent manifesto pravae vel futtiles, haec quaestio non tam vehementer agitaretur : quae contra inde gravissima fit, quod aliquibus in casibus, immo fortasse bene multis, abortus recusatio in discrimen adducit alia magni momenti bona, quae homines tutari solent quaeque nonnumquam etiam videri possunt aliis antecedere. Non agnoscere non possumus gravissimas has difficultates : exempli gratia, valetudo matris in periculum adduci potest, et quidem in ipsum vitae discrimen; grave onus esse potest, quod secum affert alius in familia infans, praesertim si iustis de causis existimatur ille futurus esse abnormis vel mansurus vitio aliquo invalidus ; premere potest etiam certum quoddam pondus, quod obtinent in aliquibus regionibus quaestiones honoris et dedecoris, vel deminutio capitis et dignitatis, et ita porro. At prorsus est declarandum ex his rationibus nullam umquam obiective tribuere posse ius decernendi de alterius hominis vita, etiam in eius exordio; ad futuram autem infelicitatem infantis quod attinet, nemo, ne eius quidem pater aut mater, possunt se in eius substituere locum nec si in primo germinis seu embryonis statu versetur, ut ipsius nomine mortem praeponant vitae. Ille ipse infans cum ad maturam aetatem pervenerit, numquam ius habebit

20 Tertuix. cf. not. 8.

mortem sibi consciscendi; donec igitur sui iuris non est, tanto minus parentes eligere valent pro eo mortem. Etenim vita bonum est nimis fundamentale, quam ut aequiperari et comparari possit cum incommodis etiam maximis.[21]

15. Quantum motus ad feminas emancipandas eo praecipue spectat, ut ab omni iniquo discrimine eas expediat, tantum quidem plene probatur.[22] Hac autem in re multum profecto restat agendum in variis humani cultus provinciis. Attamen natura mutari nequit, nec femina, sicut ne vir quidem ipse, subduci possunt ab officiis, quae natura ab iis poscit. Ceterum, omnis libertas publice agnita semper tamquam finibus circumscribitur certis aliorum iuribus.

16. Idem dicendum est de vindicatione sexualis libertatis. Si intellegitur sub hac dictione acquisitus paulatim dominatus rationis verique amoris in appetitus naturae, cum tamen ipsa delectatio non spernatur sed in suo convenienti loco retineatur — et in hoc dominatu posita est sola vera **libertas** —, nihil ei obici potest; talis enim libertas a iustitia **violanda** semper cavebit. Verum, si quis contra putat virum et feminam « liberos » esse, quasi iis liceat voluptate sexuali frui usque ad satietatem, nulla habita ratione vel legis vel necessariae ordinationis vitae sexualis ad eius fecunditatis fructus,[23] tunc eiusmodi cogitandi modus nihil christiani in se habet; immo ipso homine indignus est. Quidquid est, nullum tribuitur inde

